[illegible]


DONEET·LE·DIEUX

¶ Incipit liber de temperantia.

Circa temperã-tiam Cardinalem virtutem. Queritur primo Utrũ temperantia sit virtus specialis. Arguitur q̃ non. Uirtus que est circa id quod est omni virtuti commune non est virtus specialis: sed temperantia est circa id quod est omni virtuti cõmune: ergo temperantia nõ est virtus specialis. In oppositũ sunt omnes autores moralis phie qui ponunt tẽperantiã specialem virtutem. ¶ Notandum q̃ temperãtie nomen accipitur tripliciter. Uno modo vt significat omnẽ moderationem et temperiem quã ratio ponit in humanis operationibus et passionibus / et quia hec moderatio omni virtuti communis est: quia omnis virtus habet modum ꝑ circunstantia / ideo hoc mõ temperantia nõ est virtus specialis sed cõmunis. Uult tamẽ Tho. q̃ tẽperãtia differt a fortitudine ratione / etiam sicut vtraq; sumitur vt virtus cõmunis. Nam tẽperantia retrahit ab hijs que cõtra rõem appetitum alliciunt. fortitudo autem impellit ad ea sustinẽda vel aggrediendu ꝑpter q̃ homo refugit bonũ rationis. Hec opinio nõ michi placet. ¶ Et arguo primo sic contra eam. fortitudo sm q̃ hui9 modi habet modũ ponẽ timori terribilium / et audacie ausibiliũ / ergo fortitudo sm q̃ fortitudo est temperantia hoc modo accepta. Secundo aut operatio que est a fortitudine secundũ q̃ fortitudo habet circunstantiam debiti modi / aut non si non / g̃ non habet operatio secundum q̃ a fortitudine est q̃ sit bona et virtuosa. si sic / ergo fortitudo scd̃m q̃ fortitudo est tẽperantia. Tercio ausibile contra rationẽ trahit appetitum ad hoc q̃ subeat pericula belli / aut ergo moderatio huius fit per fortitudinem secundũ q̃ fortitudo: vel secundũ q̃ temperãtia si scd̃m ergo non est fortitudo secundũ q̃ fortitudo medio critas iter timores et audacias nec inter terribilia et ausibilia: si sic: ergo fortitudo secundũ q̃ fortitudo facit vt ea que alliciũt appetitum in pericula belli / non alliciãt ipsum contra rationem. ¶ Secundo modo accipitur tẽperantia strictissime / et sic temperantia est moderatiua delectationum et tristitiarum gustus et tactus: quomõ accipit eam Aris. tercio ethicorũ. ¶ Tercio modo accipitur temp̃antia pro habitu moderatiuo delectationũ et tristitiarũ nõ arduarum: dixi aũt nõ arduarũ vt temperantia contineat sub se mansuetudinem / liberalitatem / modestiam / affabilitatẽ / veritatem / eutrapeliam / et vt per illud differat a fortitudine secundum se et secundũ omnes species suas / cui conuenit moderare delectationes arduas et paucis hominibus conuenientes. q̃ si alicui non placeat ista restrictio excogitet ipse aliam per quam differat temperantia a fortitudine cardinali virtute / et continuat virtutes quas diximus / aliosquin talis sciat se non diffiniuisse temperantiã cardinalem virtutem. Ex quibus patet q̃ diffinitio illa quã dat Augus. li. de libero arbitrio ca. ix. ¶ Temperantia est affectio cohibens appetitũ ab hijs rebus que turpiter appetuntur: nisi sub itelligatur cõiter ab omnibus: aut nõ arduis erit omni virtuti morali communis. Similiter idem dicitur de illa quã ipse dat lib. lxxxiij. q̃ conclusionũ cum ait. Temperantia est refrenatio cupiditatis ab iis q̃ tpaliter delectant. Idem est de temperantia de quã dicit libro de moribus ecclesie cum ait. Omne officiũ temperantie est exuere veterem hominẽ et in deo renouari et cõdemnari omnes corporeas illecebras laudẽq; popularẽ / totũq; amorem ad inuisibilia et diuina conferre. vbi constat cõtineri omnem penes actum moralium virtutum / et ita in omnibus his vel accipitur temperantia primo modo / vel si tertio mõ restringenda sunt restrictione supradicta aut alia cõsimili. Ambrosius autẽ libro de Jacob ait. Temperantia est virtus metamẽta gule ceterasq; mundi cupiditates / passiones motusq; cohibens. q̃ ibi vel diffinit temperantiam primo modo dictã / vel per hoc additum mũdi intelligit passiones vulgares nõ arduas sed cões. Dubium aũt est de diffinitione Tullij quã ponit in fine primi rethoricorum dicens q̃ temperantia est in libidinem atq; alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Constat aũt q̃ presũptuosus vanus et superbus patiuntur non rectos impetus / et ideo difficile est videre qua particula hec diffinitio faciat differre temperantiam a fortitudine. ¶ Aliqui aũt ad defensionẽ hui9 diffinitionis dicunt primo q̃ libido accipitur tripliciter. ¶ Uno modo pro placentia dulcedinis ex delectabili innato circa gustũ et tactum: quia alij sensus non habent delectationẽ nisi ꝑ accidẽs. Secundo modo accipitur pro omni placentia ex cõuersione actuali ad bonum cõmutabile. Tertio modo accipitur ꝑ mala dispositione relicta ex peccato secundũ quam de facili inclinamur in bonũ cõmutabile / et hoc modo accepit Augus. qñ dicit q̃ omne peccatũ est ex libidine hoc intellectum vniuersaliter / videtur impossibile / nã si libido est mala q̃litas relicta ex pctõ Tunc quero de illo peccato / aut ipsum est ex libidine aut non. si sic / tunc ante ipsum fuit peccatum. Et tunc quero. si sit ex libidine et arguã vt prius. q̃ si ꝓcedatur erit processus in infinitũ / nec erit dabile primũ peccatũ: si nõ ergo falsum est dictũ Augustini dicentis. Omne pctm̃ est ex libidine q̃ si dicas q̃ intelligit de peccato posteritatis ade: quia quodlibet eius pctm̃ est ex libidine et fomite originato ex peccato primi parentis. Contra seclusa q̃cunq; inclinatione fomitis adhuc potest in nobis cadere peccatũ igitur. Antecedens ꝓbat quia per peccatũ ade nullam peccabilitatẽ perdidim9: sed infecti sumus vna noua quam non habuit: que est inclinatio fomitis: ergo sicut adam ante peccatum fuit peccabilis sine quacũq; inclinatiõe fomitis etiã

A. ij.

Tres acceptiones tẽperantie

Impugnat. Burida. Thomã in dfa fortitudinis et temperantie.

Augustinus

Applicatio diff. nitionũ tẽperantie ad suũ propositum

Ambrosius

Tullius

Triplr accepit libido.

em et nos. quia illam peccabilitatē nō ꝓdidimus ergo sequitur ꝙ potest in nobis causari peccatū sine libidine id est sine hoc ꝙ ad illud moueat mala dispositio et qualitas inducta per peccatū primi hominis: sed hec aliena sunt a presenti materia. Dicūt ergo isti ꝙ Tullius accepit libidinem primo modo Et quia addit Tulli. atq3 alios non rectos impetus quod videatur extendere temperantiam ad actus fortitudinis. Ideo dicunt ꝙ impetus non significat omnē inordinatum motum: quia mot9 in arduū non est ex impetu sicut motus in delectabile: immo difficultas que est circa illud arduum vt dicunt retrahit ab impetu. Unde impetus precipue est delectabilis trahentis ad subitū motū ex seipso

Impetus duplex

¶ Uel vt dicunt aliter dicendum est. ꝙ duplex est impetus. scilicet ex precipitatione potentie/ et ex vehementia obiecti trahentis primo modo fit impetus ire. Secund9 autem ex communiter concupiscibili ¶ Ista videtur michi non solū voluntaria: sed etiam cōtra rationem et experientiam. Nam timor periculorū bellicorum licet non faciat impetum in actum fortitudinis sed ab eo retrahat. facit tamen impetū in fugā inordinatam. et amor victorie facit impetū in actum pugne etiam non rectum. amor preterea honoris facit impetum multum violentum in graues administrationes et in ꝓcurationē fallacium artium quibus faciliter honores / dignitates et officia ꝓcurātur/ ideo nisi addatur impetus non arduos aut aliud simile. non video in illa diffinitione aliquid per quod differat temperātia a fortitudine.

Distinctio quatuor virtutū cardinaliū secūdum Burida.

¶ Est autem alius modus dicendi quem ponit Buridanus multum subtilis. dicit enim ꝙ virtutes ab aliquibus distinguunt ex distinctione obiectorū/ et hec vt dicit est artificiosissima distinctio quā secutus est Aris. Ab aliis autem distinguunt per diuersas proprietates quas omnes vna queq3 virtus obseruat circa propriū obiectum/ et hoc modo distinguendo vt dicit posuerunt Seneca et Tullius quatuor virtutes cardinales: quarū vna firmat animū in ope bono cōtra difficilia et est fortitudo que est ꝯmunis omni operi virtuoso quia secūdo ethicorum. circa difficile est ars et virtus. Secunda moderat excess9 et defectus in actionibus et passionib9 et operationibus et est temperantia: que etiam cōmunis est omni operi virtuoso: cum in omni opere virtuoso possit esse superhabundantia et defectus et mediocritas. Tertia mensurat actiones et operationes que sunt ad alios et ad bonum commune dirigit et hec iusticia que etiam cōmunis est omni virtuti. Quarta que determinat medium in omni virtute. et hec dicitur prudentia. et etiam omni virtuti cōmunis est. Ista opinio quamuis videatur subtilis videtur tn̄ michi ꝯfundere omnes doctrinam de moribus

Impugnatio Buri. et bīt thome distinctione virtutū cardinaliū.

¶ Arguo sic. nulla distinguitur ab inuicem per ea que cōmunia sunt omnibus illis distinctis: sed quodlibet horum est omnibus istis virtutibus cardinalibus commune: ergo virtutes cardinales non distinguntur per istas proprietates. Maior est certa. quia omne distinctiuum est proprium. Et minor est opinantis.

¶ Secundo accipio vnam istis proprietatibus puta firmare animum circa difficilia quod etiam secundū se conuenit omni virtuti. Arguo sic. aut conuenit omni virtuti per se: ita scilicet ꝙ temperantia in materia sua firmet animū contra difficilia et iusticia similiter et prudentia et tunc hoc nō videtur esse magis propriū fortitudini q3 aliis neq3 temperantie magis conuenit moderari excessus et defectus q3 aliis virtutibus Tum etiam quia hoc est falsum de actu proprio prudentie: q2 talis actus est actus cognitiuus et iudicatiuus ꝗ non communiter per se aliis virtutib9. immo per prudentiam omnis virtus est conectatrix medii sui/ aut ergo cōuenit cuilibet alteri virtuti per accidens scilicet per fortitudinem et hoc est aperte falsum quia si sic sequeretur ꝙ nulla virtus posset habere actum secundum omnem circunstantiam bonum sine fortitudine/ et nulla sine temperantia/ sed oporteret ꝙ omnes virtutes ad actū vnius virtutis concurrerent. Tum secundo quia sequeretur ꝙ temperantia secūdum ꝙ tēperantia non firmaret animum contra difficilia que impediunt a recto vsu delectationum gustus et tact9 nec fortitudo secundū ꝙ huiusmodi esset mediocritas inter audacias et timores. nec inter excessum timendi et defectum timendi: nec inter excessum audendi et defectum audendi

¶ Tercio aut quālibet virtus est circa materiam quālibet: aut cuilibet virtuti respondet sua propria materia: si primū tunc est virtutes nō distinguuntur per materiam sed distinguunt per actus circa materiam. Indubitanter sequitur inconueniens illatū in precedenti ratione. scilicet ꝙ nullus erit actus virtutis nisi ad ipsum causandū cōcurrāt omnes quatuor virtutes Tum secundo quia multe sunt operationes virtutis que non sūt ad alterum: ergo saltem ad tales non concurrit iusticia Antecedens p3 de vi cibi et pot9: de appetitu honoris et glorie

¶ Quarto si sic sequeret ꝙ sola temperantia esset virtus sed cōsequens est falsū. Et patet cōsequētia quia posito actu temperantie omni alio remoto opus est virtuosū. q2 mediat inter superabundantiā et defectum. cōsequētia tenet: quia si est vituperabilis deficit aut superabūdat. ergo si nec deficit nec superabundat sed mediat: non est vituperabilis

¶ Quinto omnis virtus inclinans ad moderate agendum inclinat ad superandū omnē difficultatem que nata est impedire hmōi moderatā actionem: sicut quantum grauitas inclinat deorsum tātum inclinat ad superandum omne illud quod impedit motū deorsum. et inde est qd graue positum supra trabem frangit eam. Tum etiam q2 quecunq3 inclinant in motus contrarios vel quietos inclinant ad seinuicem vincendū sed difficultas inclinat ad motum contrarium moderationi et temperantia ad ipsam moderationem qui sūt motus contrarii: ergo tēperantia inclinat per se ad superandum difficultatem et pugnādum contra difficilia in materia sua. Confirmat quia tūc illud Aris. omnis virt9 est circa difficile nō verificaretur nisi de vna virtute scz de fortitudine Ex quibus patet ꝙ non potest dici. ꝙ quelibet vir-

tus sit circa quamlibet materiam. Si autem dicatur q̃ cuilibet virtuti respondet sua ppria materia. Tunc arguitur sic. Cuilibet virtuti respondet sua propria materia: ita q̃ vna nõ agit ĩ materia alteri᷒: ergo cuilibet virtuti correspõdet oĩs proprietas requisita ad hoc q̃ actus sit bonus et laudabilis: ergo temperãtie cõuenit superare difficilia ĩ materia sua. Hic autem nõ volo comprehendi pprietates sumptas ab actibus cognitiuis quia cuilibet virtuti sua prudentia correspondet sicut et sua materia. ¶ Or si dicat q̃ iste proprietates non dicuntur distinguere istas virtutes: sic q̃ proprietas cõueniens fortitudini cõueniat omnib᷒ alijs p fortitudinẽ: sed sic q̃ superare difficilia dicit̃ proprietas fortitudinis eo q̃ maxime cõuenit fortitudini ⁊ moderare inter superabundãtias ⁊ defectus maxime cõuenit temperantie ⁊ sic de alijs. Hoc non potest bene sustineri. Tum primo quia proprietas prudentie que est determinare medium conuenit prudentie: ⁊ per prudentiam cuilibet virtuti. nullis em̃ virtus inuenit in materia sua mediũ nisi prudentia: quia inuentio medij ⁊ dictamen de circunstantijs sine quo nõ est recta inuentio medij est actus habitus cognitiui. Confirmatur quia si proprietas prudentie cõuenit p se alijs virtutibus: aut cõuenit prudentie in aliqua certa materia: aut in qualibet: aut in nulla. nõ in aliqua certa tantum/ qz nullius virtutis materia plus est propria prudẽtie q̃z alterius. Si in qualibz habetur intentum. si in nulla ergo actus ille nõ sibi cõuenit: cum actus inuentiuus medij nõ possit esse nisi in materia. Secundo arguo de duabus scilicet de superare difficilia: ⁊ de moderare excessus et defectus: ⁊ suppono q̃ si alie sint similes q̃ argumentum ita curret de alijs. Arguo sic. Superare difficilia nõ pl᷒ conuenit fortitudini q̃z temperantie ⁊ iusticie/ nec moderare excessus et defectus magis conuenit temperãtie q̃z fortitudini aut iusticie igitur distinctio ista nulla. Antecedens pbat᷑. qz si plus conuenit fortitudini supare difficilia q̃z alijs/ aut plus cõuenit fortitudini in materia sua et hoc nõ conuenit alijs in materia fortitudinis aut in materia aliarũ virtutũ. et hoc non. qz nõ cõuenit fortitudini superare difficilia in materia aliarũ virtutũ. Sed dices forte q̃ fortitudini magis conuenit in materia sua supare difficilia q̃z temparantie in materia sua. Contra hoc arguitur sic. Q̃ztamcunq̃ inclinationem facit fortitudo ad superandum difficilia in materia sua/ tantam inclinationem facit temperantia ad superandũ difficilia in materia sua ergo fortitudo nõ magis inclinat ad superandum difficilia in materia sua q̃z temperantia in materia sua. Antecedens probatur: quantamcunq̃ vim et impetum in actum suum facit fortitudo, tantam facit et temperantia: sed constat q̃ vbi occurrunt difficilia superãda neutrius actus potest esse nisi superentur difficilia: ergo quantamcunq̃ inclinationem facit fortitudo ad superandum difficilia: tantam inclinationem facit temperantia in materia sua. Secundo, quotienscunq̃ in duabus aut pluribus virtutibus sunt duo actus subordinati equaliter. quantamcunq̃ inclinationem facit vtraq̃ virtus in principalem tantã inclinationem facit vtraq̃ in eum qui subordinatus est sed tam in fortitudine q̃z in tempantia actus superandi difficilia subordinatur moderationi inter supabundantiam et defectũ equalr̃: quia vero bic̃ ideo tantuz supantur difficilia vt habeatur actus medius inter superabundantiã et defectũ ita q̃ si potest haberi iste actus medius sine superando difficilia: quia forte nulla difficilia occurrerent superanda non esset opus superatiõe difficilium sicut contingit in temperãtia sm̃ gradum tempantie: et in fortitudine sm̃ gradum tempantie. Tum etiam quia videmus q̃ audax superat difficilia ptinentia ad fortitudinem quia tamen non insequit̃ mediũ inter supabundantiã et defectum ideo vituparamus ipm̃ ex quo vt videt̃ indissolubiliter pz q̃ actus supandi difficilia in fortitudine subordinatur moderationi inter habundantiã et defectum. ¶ Ex his arguo sic. aut igit̃ fortitudo ⁊ tempantia equaliter se habent ad huiusmodi actum moderãdi: et tunc equaliter se habebunt ad actum subordinatum qui est superare difficilia aut inequaliter et tunc aut hoc magis conuenit fortitudini q̃z tempantie: ⁊ hoc est contra te qui dicis q̃ superare difficilia magis conuenit fortitudini et moderare inter superabundantiaz et defectum magis conuenit tempantie: aut econtra magis ɔuenit tempantie q̃z fortitudini: ergo actus subordinatus scz superare difficilia magis cõuenit tempantie q̃z fortitudini. ¶ Or si dicas q̃ fortitudo dr̃ esse magis circa superationẽ difficilium quia difficilia que superat sunt maiora qz sunt pericula mortis. Tunc arguo sic fortitudinem magis esse circa difficilia nõ est aliud q̃z fortitudinez esse circa magis difficilia: ergo sic distinguere ⁊ distinguere hmõi virtutes nõ est aliud q̃z distinguere eas per obiecta. Nam maxime terribilis sunt alia obiecta a non maxime terribilibus et difficilibus: ergo male dicit Buridanus cum ait. q̃ Seneca ⁊ Tullius ponentes quatuor virtutes cardinales non distinxerunt eas per obiecta: sed per quasdã pprietates. Secundo si fortitudinem esse magis circa difficilia non est aliud q̃z eam esse circa magis difficilia. Quero quid sit temperantiaz magis esse circa moderationem inter superabundantiam et defectum/ aut est eam esse circa ea que difficillima sunt ad moderanduz aut que facillima ad moderandum / aut circa ea quorum moderatio est maxime necessaria. non primũ: quia difficultas moderationis prouenit ex difficultate retrahentium: ergo vbi retrahentia sunt difficiliora: ibi moderatio est difficilior sed per te retrahentia ab actu fortitudinis sũt difficiliora: ergo in fortitudine moderatio est difficilior. Nec secundum. quia nunq̃z ɔsurgit virtus ex facilitate sm̃ q̃ hmõi. Tũ scd̃o, quia videmus plures incidere in inmoderationem oppositã temperantie q̃z in alias inmoderationes. Nec tertium quia in omni virtute supabundantia et defectus equalit̃ egent moderatione. Tuz scd̃o quia nũq̃z consurgit virtus ex hac preelse q̃ aliquid magis

Solutõ dñi Thome

Solutõ dñi Thome

vel minus venit in vsum. Tum tercio quia scdm veritatẽ hoc nõ esset distinguere temperãtiam ab alijs nisi per obiecta. quia scz tẽperãtia est circa ea quoꝝ moderatio est magis necessaria. ex eo q est nobis frequentior vsus eorum que moderanda sunt per eaz: et talia moderabilia sũt illa que vocauimus non ardua. Ex istis patet q ista distinctio virtutum licet multis videatur pulchra et subtilis/non potest rationabiliter defẽdi. Ideo michi melius videtur esse sequendum q a principio questionis dictũ est: scilicet q tẽperantia virtus cardinalis distinguitur a fortitudine. quia ipsa est circa delectationes et tristicias quorum moderatio non est ardua. Fortitudo autem est circa ea que ardua sunt et plena magnis laboribus et periculis sicut supra dictuz est. Pro responsione ad questionẽ sit prima cõclusio. ¶ Temperantia tertio modo dicta est virtus. Probatur omnis habitus inclinans habentem ad tenenduz mediũ inter superabũdãtiã et defectũ vituperabiles est virtus: sed tẽperantia est huiusmodi igiẗ. Minor probaẗ. quia delectationes quarũ moderatio nõ ẽ ardua contingit magis cõcupiscere q̃z opz/ et magis tristari q̃z opz de earũ absẽtia. Contingit etiã minus cõcupiscere eas q̃z opz/ et per tẽperantiaz concupiscimus et fugimus eas scdm q oportz/ et scdm q recta ratio dictat: igiẗ. ¶ Scda conclusio. Tẽperãtia primo mõ nõ est virtus specialis. Patet satis ex predictis. ¶ Tercia conclusio. tẽperãtia tercio mõ est virtus specialis. q sit virtus probatũ est. q specialis probatur. quia habet materiã speciale scz delectationes et concupiscentias quaruz moderatio non est ardua/ et tristicias oppositas. Differt enim a prudẽtia per hoc q est habitus electiuus. Differt a iusticia per hoc q est circa delectationes et tristicias/ et differt a fortitudine per hoc q est circa ea quorum moderatio nõ est ardua. ¶ Contra primam conclusionez arguitur sic. Nulla virtus repugnat inclinationi nature eo q in nobis est naturalis inclinatio ad virtutem: vt dicitur secundo ethicorum: sed temperantia retrahit a delectationibus ad quas natura inclinat vt dicitur scdo ethicorũ: ergo tẽperãtia nõ est virtus. Scdo. Virtutes sũt cõnexe adinuicẽ: sz multi habẽt tẽperãtiã q̃ nõ hñt alias virtutes. nã multi inueniunẗ tẽpati qui sunt auari vel timidi. Tercio. secundũ Aris. tẽperantia est minus circa tristicias q̃z circa delectationes: ergo nõ cõsistit in medio: ergo ipsa non est virtus. Cõsequẽtia pz quia omnis virt⁹ cõsistit in medio. Ad pmã rñdet beatus Tho pcedẽdo maiorẽ et negãdo minorẽ. quia natura nõ inclinat nisi ad delectatiões scdz rationẽ homini cõuenientes et a talibus nõ retrahit tẽperãtia: sz potius ad eas inclinat ipsa aũt retrahit a delectationibus bestialib⁹ ad quas nõ inclinat natura. Põt huic addi solutio Burl. q per naturam possumus aliqñ intelligere que p lõgã cõsuetudinẽ trãsierũt in naturã et hoc mõ virtus bene inclinat cõtra naturã. ¶ Scdo mõ possumus intelligere qualitates quasdã indiuiduales nobis ingenitas q̃ nõ cõsequunẗ totã spẽz humanã et hoc mõ virt⁹ pt naturã aliqñ inclinat. Tercio mõ possum⁹ intelligere materiã vel formã et etiã q̃litates ac dispositiones necessario totã humanã spẽm cõsequentes et hoc mõ nulla virtus inclinat cõtra naturam. Et de ista natura videẗ intelligi solutio Tho. cõstat enĩ q virtus frequenter inclinat cõtra impetũ et inclinationem quã faciũt alique qualitates ingenite sed quia operatio in quã inclinat non est contraria inclinationi quã facit natura aut qualitates eius secũdum rõnẽ sue speciei ideo operatio virtutis nec violenta nec contra naturã dicenda est. Ad scdãz respondet beatus Tho. q illi qui carẽt alijs virtutib⁹ nõ hñt temperantiã quia non habẽt prudentiã qua carẽt oẽs viciosi et si operantur actus prudentie hoc faciunt ex quadam naturali dispõne sm q virtutes quedam imperfecte naturaliter insũt hominib⁹. Ista solutio non placz michi sed quia depẽdet ex ea questione que est de cõnexione virtutũ ideo nichil ad presens. Ad formã ego nego antecedẽs nã hoc est expressissime contra. Cal. i collationib⁹. ¶ Ad terciã cõcesso antecedẽte nego consequẽtiam qz cõsistere in medio non est equaliẗ esse circa vtrumqz extremorũ: sed est circa vtrũqz extremoꝝ esse electiuũ et operatiuũ cõformiter ad dictamẽ recte rõis vt tamen clarior sit solutio potest distĩgui maior scz q tẽperantia minus est circa tristicias q̃z circa delectationes vno sensu est q temperantia minus i. imperfectius est operatiua circa tristicias q̃z circa delectatiões et sic negaẗ. Alio modo q minus id est infreq̃ntius est circa tristicias q̃z circa delectatiões qz nõ taz frequenter occurrit materia vtendi tẽperantia circa tristicias q̃z frequẽter occurrit circa delectatiões et sic cõcediẗ cum quo stat q sit electiua mediũ circa vtrasqz. ¶ Contra terciã acceptionẽ tẽperãtie arguitur sic. si sic sequereẗ q temperantia nõ solũ esset circa delectationes et tristicias tact⁹ et gustus: sz etiã circa delectationes aliorũ sensuũ visus auditus olfactus/etiam circa delectationes intellectus: sed cõsequẽs est falsũ. igiẗ. pz cõña quia multe tales delectationes sũt non ardue et circa eas cõtingit superabundare et deficere viciose: ergo hitus electiuus mediũ circa has erit virtus sed nõ est alia virtus q̃z tẽperantia: igiẗ. Tũ scdo qz tales delectationes et maxime visus magis nate sunt capere ingenĩũ viciosũ q̃z cetere cũ sensũ visus sz Aris. pl⁹ ceteris diligam⁹. Tum tercio qz videm⁹ multos luxuriose delectari in aspectibus mulierũ non tñ scdz q visus referẗ ad tactũ sed etiã secũdũ se quia alias luxuriosus nõ magis delectareẗ i visu vnius mulieris q̃z alterius nisi inq̃ztum per visũ iudicatur esse dulcioris tactus: sed cõña est falsuz igiẗ. Minor pz qz si mulier esset turpis q̃z tñ cum qz esset lenissima tactu nõ ita delectareẗ in ea. Tum quarto. qz Tulli. diffiniens temperantiaz dicit q est rõnis in libidinẽ atqz in alios non rectos impetus animi firma et moderata dñatio: sed cõstat q non solum circa tactum et gustum sunt non recti impetus immo etiam circa visum et alios sensus quin etiã circa intellectũ: igiẗ. Tũ quinto pz per senecã libro de quattuor virtutibus capit. de temperantia dicentem. Sit continens es cunctis esto benignus/nemini blandus. paucis familis

Prima pclo

Scda pclo

Tertia pclo

Triplex acceptio nature ex Burl.

Quid virtute cõsistere in medio

Cõtra terciã acceptionẽ tẽperantie q̃ est auctoris

aris omnibus equus: sed hec non tm̄ habent locum circa delectationes gustus et tactus: falsitas autem consequentis probatur. quia pari ratione esset circa delectationes in pecunijs in honorib⁹ in ludis et omnib⁹ alijs quod falsū est/cum circa tales ponantur alie virtutes speciales. Tum secūdo quia passiones maxime disparate et nullam penitus habentes cōnexionem non videntur pertinere ad eandem virtutē specialē: sed delectationes que dicte sunt omnino sunt disparate a delectationibus gustus et tactus nec habent vllam cōnexionem cum eis: prime enī eleuant hominem supra morem bestialem: alie non: cum sint nobis et bestijs cōmunes/et hanc rationē innuit Aris. tercio ethicorum tractatu de temperantia cum ait. Nō est autem neqꝫ in alijs animalibus secundum hos sensus delectatio preter secundum accidens tales autem delectationes circa quas temperantia est et intemperantia quibus reliqua animalia communicant seruiles et bestiales videntur. Secundo delectationes in pecunijs pertinent ad magnanimitatem: ergo alique delectationes nō ardue pertinent ad magnanimitatem: ergo temperantia non est circa delectationes omnes non arduas. Antecedens probatur quia dictū est supra ꝙ contemptus externorum bonorū pertinet ad magnanimitatem et in hoc contemptu fundata est humilitas quā ad magnanimitatem pertinere supra diximus. Ad primā dicitur ꝙ circa delectationes aliorum sensuum est temperantia tercio modo dicta accipiendo scꝫ tēperantiā vt est virtus cardinalis secundum ꝙ Tulli. et Senec. et multi alij auctores de ea loquūtur hoc modo enim eutrapelia est pars eius/affabilitas/veritas/mansuetudo/liberalitas quas constat esse circa alias delectationes nec hoc dico ꝓpter rationes arguēdo adductas. Ad primā enim probationem facile est dicere ꝙ circa delectationes visus nisi inquātum ordinant ad tactum vel ad excessum aut defectum alterius virtutis raro contingit viciose superabundare et deficere ita diceret de delectatiōe intellectus. De honoribus respondeo ꝙ moderatio eorum est ardua et ꝑtinet ad magnanimitatē. ¶ De pecunijs dico ꝙ duplex est earum moderatio vna ardua que posita est in contemptu et ista pertinet ad magnanimitatem. alia est non ardua que posita est in recta dispensatione et distributione earum et ista pertinet ad liberalitatem. ¶ Ad secundam ꝓbationē rñdeo ꝙ quantumcunqꝫ magis sensum visus diligamus tm̄ raro in delectationibus eius excedimus excessu moraliter viciose et non pertinente ad tactum et gustum aut ad alias delectationes. Ad terciam dico ꝙ sine dubio visus habet ꝓprias delectationes sine relatione ad tactum et etiam auditus quia tm̄ non sunt notabiliter excessiue aut defectuose nisi inquantum induunt excessum aut defectum secundum ea que pertinēt ad alias virtutes ideo nō necesse fuit huiusmodi excessus sub aliqua virtute reponere. De quarta satis dictum est et de quinta quia Tul. et Senec. loquuntur de temperantia terciomō dicta Ad probationes autē quibus probatur falsitas cōsequentis rñdetur. Ad primā iam satis responsum est. Ad secundam nego maiorem pericula enim bellica et administratio et duorum nullam habent cōnexionem et tm̄ ad eandē virtutem ptinent scꝫ ad fortitudinem cardinalē. similr̄ virginitas et cōiugalis castitas nullā cōnexionē hn̄t et tamen ad eandem virtutem ꝑtinent. Dico ḡ ꝙ ad hoc ꝙ passiones disparate ad eandem virtutem pertineant non requiritur inter eas connexio/sed sufficit ꝙ contineantur sub aliquo cōmuni quod est obiectum adequatū talis virtutis ita est autem ꝙ omnes delectationes quarum moderatio non est ardua sub eodem cōmuni obiecto continentur. Neqꝫ valet auctoritas Arist. ad propositum ꝙ Arist. nō loquitur de temperātia sm̄ ꝙ virtus cardinalis sub se virtutes superi⁹ enumeratas continens: sed distincte a mansuetudine: affabilitate: et sic de alijs eam accipit.

¶ Ad secundam rationem iam satis responsum est. Dico enim ꝙ circa pecunias reperitur aliqua moderatio ardua que vt dictum est posita est in contemptu earū et talis moderatio ꝑtinet ad magnanimitatem. alia est nō ardua et talis pertinet ad liberalitatē. ¶ Cōtra tertiam conclusionem arguitur ad tēperantiā pertinet se integrū ac incorruptū seruare: sed hoc pertinet ad omnem virtutem igitur. Maior est Augusti. libro de moribus ecclesie. Secundo secundum Ambrosium libro de officijs in temperantia maxime tranquillitas animi spectatur et queritur: sed hoc ꝑtinet ad omnem virtutem igitur. ¶ Tertio secundum Tullium in de officijs decorum nequit ab honesto separari et ꝙ iusta omnia decora sunt sed decorum ꝓprie est a temperantia vt idem velle videtur ergo temperantia est cōmunis virtus. Ad istas tres rationes respondet beatus Tho. ꝙ sicut nomen temperantie conuenit omnibus virtutibus excellenter tamen cōuenit virtuti que est circa delectationes gustus et tactus ita integritas tranquillitas et decorum efficiuntur ab omni virtute excellenter tamen et maxime a temperantia. videtur tm̄ michi ꝙ isti autores nō acceperūt temperantiam pro virtute que est tantum circa delectationes gustus et tactus: sed acceperunt eam primo modo vel tercio modo. Primo modo autem tēperantia nō est virt⁹ specialis. Tercio mō vero est virt⁹ specialis et vna de quattuor sꝫ non est ita specialis sicut scḋo mō quia tēperantia scḋo mō est species temperantie terciomodo accepte.

Questio secunda.

Queritur secūdo

Utrum temperantia sit virtus cardinalis? Arguitur ꝙ non temperātia ē circa ea que maxime distant a ratione quia circa delectatiōes bestiales: ergo ipsa non est virtus cardinalis. In oppositum est Gregorius secundo moralium temperantiam inter principales virtutes enumerans. ¶ Notandum ꝙ opinio Thome est ꝙ virtus cardinalis siue principalis dicitur que princi-

B. iiij.

Duplex moderatio affectionū circa pecunias

Cōtra tciā cōclusionē

Diffinitio virtutis cardinalis sm̄ btm̄ Tho.

palius laudat ex aliquo eorum que cōiter requirun-
tur ad rōnem ꝟtutis. et qꝛ moderatio que in omi
virtute reperit̃ ꝓcipue laudabilis est in delecta-
tionibus tactus: tum qꝛ tales delectationes sunt
nobis magis naturales et ideo difficilius est ab
eis abstinere et ꝯcupiscentias eaꝝ refrenare: tum
etiam qꝛ eaꝝ obiecta magis sunt necessaria pre-
senti vite ex hoc ꝯcludit ꝙ tēperātia est ꝟtus car-
dinalis. Ista opinio nō michi placet ꝯtra quā po-
no duas ꝓpositiones. ¶ Prima est non ideo ali- — *Due ꝯclusiones ꝯ Tho.*
qua virtus dr̃ cardinalis qꝛ precipue sibi vendi-
cat aliqd eoꝝ que cōmuniter ad virtutē requirū-
tur. ꝓbata est hec propositio scd̃a ꝯclusione de
fortitudine. Secunda propositio moderatio nō
est precipue laudabilis in delectationibꝰ tactus
probat̃ primo qꝛ scd̃m ea que dicta sunt modera-
tio in his nō est ardua. moderatio vero in his circa
que est fortitudo est ardua: sed moderatio ardua
est semꝑ laudabilior nō ardua igit̃. Scd̃o mode-
ratio in omni ꝟtute ē id qđ potissime laudatur ꝗ
virtus q̄ moderationē laudabiliorē hꝫ est ceteris
excellentior: sed temꝑantia nō est ceteris ꝟtutibꝰ
excellentior imo scd̃m Tho. est omniū infima igit̃
Añs pꝫ qꝛ posita moderatione est operatio lauda-
bilis ea remota nō est laudabilis et quecūqꝫ sunt
laudabilia in ꝟtute iō laudabilia sūt qꝛ ad mode-
rationē ordinata sunt. Tercio moderatio in dele-
ctationibꝰ circa q̄s est tēperantia nō est difficili-
or ceteris ꝗ nō est maxime laudabilis: ꝯña ista vi-
det̃ tenere et fundari in dictis opinantis quia ideo dicit
eā laudabiliorē qꝛ est difficilior. et añs ꝓbat̃ qꝛ si
est difficilior aut hoc est ex seipsa aut ex ꝓhibenti-
bus eā ex his scꝫ q̄ alliciunt ad imoderationē op-
positā aut retrahunt ab huiōi moderatione non
primū qꝛ seclusis ꝓhibentibus allicientibꝰ scꝫ et
retrahētibꝰ nulla remanet difficultas vt ꝑ expiē-
tiam ꝯstat. Si scd̃m tūc arguit̃ sic vbicūqꝫ diffici-
lius est superare ꝓhibentia siue retrahētia a mo-
deratione ibi difficilior est moderatio sed secūdū
Tho. difficilius est vincē retrahētia a bono et mo-
deratiōe rōnis in fortitudine q̄ʒ in tēꝑantia ꝗ mo-
deratio in fortitudine est difficilior q̄ʒ in tēꝑantia.
Cōfirmat̃ ad moderationē hñdā supposito dicta-
mine rōnis opꝫ et sufficit vincē totū retrahens ꝗ
vbi difficilius est vincē retrahens et ꝓhibens ibi
difficilior est moderatio. et hoc supposito ꝙ verū
est ꝙ moderatio nullā difficultatē habeat nisi ex
retrahētibus. ¶ Prima ꝯclusio tēꝑantia nō — *Tres ꝯclusiones principales.*
ideo dr̃ cardinalis qꝛ sibi vendicat aliqđ eo-
rū q̄ principaliter ptinent ad rōnē ꝟtutis in cōi. pꝫ
ex dictis. ¶ Secunda ꝯclusio tēꝑantia nō ideo
est virtus cardinalis qꝛ ipsa vna sit de illis circa
quas sic voluit̃ tota humana conuersatio ꝙ hñs
eas est simpliciter bonꝰ et aliqua deficiente quibus-
cūqꝫ aliis hītis nō est simpliciter bonꝰ pōt ꝓbari
rōnibus quibus hoc probatum est de fortitudine.
¶ Tertia conclusio iō tēꝑantia est virtus car- — *Virtꝰ cardinalis scd̃m auctorem.*
dinalis qꝛ est vna de illis circa quas tanq̄ʒ circa
cardines voluit̃ moralis honestas ꝙ hñs eas hꝫ
potissimos virtutū habitus inclinantes ad actꝰ
oīm virtutū moraliū et eos limitantes et moderā-
tes pōt hec ꝯclo ꝓbari rōnibꝰ quibus illis ꝓcedens fu-
pta de fortitudine ꝓbata est. ¶ Contra terciā ꝯ- — *Contra terciā ꝯclonē*
clusionē arguit̃ sic si temꝑantia est virtus cardi-
nalis aut ergo q̄libet aut aliqua et aliqua nō: nō
q̄libꝫ qꝛ non est verum de qualibꝫ ꝙ ipsa sit vna
de illis quattuor circa q̄s tanq̄ʒ circa cardines vol-
uit̃ etc. nec scd̃m qꝛ non est maior rō de vna q̄ʒ de
alia. Secūdo qꝛ hoc predicatū ꝟtus cardinalis
vel dr̃ de tēperantia et de nulla parte eiꝰ vel de tē-
ꝑantia et qualibꝫ parte eiꝰ vel de tēperātia et ali-
qua parte eiꝰ et aliqua nō: nō primū qꝛ est predi-
catū verificatū de termino ꝑsonaliter supponēte
ergo nō est possibile ꝙ dicat̃ de temperantia et de
nulla parte eiꝰ et nec secūdum nec terciū vt pꝫ ex
precedente argumento. Tercio hoc nomē virtꝰ
cardinalis vel est nomē collectiuū vel non: nō po-
test dici ꝙ sit nomē collectiuū quia non est dabi-
lis quecūqꝫ multitudo pro qua supponat: si non
sit nomē collectiuū tūc cum nō sit terminus scd̃e
intentionis sequit̃ ꝙ si dicit̃ de toto dicit̃ de ali-
qua parte subiectiua. Quarto quia cum dicit̃ ꝙ
tēperantia est virtus cardinalis vel accipit̃ tēpe-
rantia secūdo modo vel tercio mō non scd̃o mō
qꝛ ipsa tm̄ est circa delectationes tactus et gustꝰ
vltra quas multe sūt alie requisite necessario ad
honestatē moralem que nō sunt nec sub hac nec
sub illis tribus contente. Nec [illegible] modo quia ca-
piendo hoc modo tēperantiaꝫ et cōformiter forti-
tudinē et iusticiā scꝫ extēsiue noībus oēs virtutes mo-
rales cōtinet̃ sub his ꝗ iste virtutes non inclinant
ad actus aliarū virtutū nec limitant actus aliaꝝ
virtutū qꝛ preter eas non sunt alie ergo non cōue-
niūt iste ꝯditiones tēperantie tercio mō accepte.
Quinto māsuetudo est pricipalior virtus q̄ʒ tēpe-
rātia igit̃ ipsa magis est virtus cardinalis dicen-
da. añs ꝓbat̃ quia ira circa quā est mansuetudo
est difficilior ad refrenandū q̄ʒ cōcupiscētia circa
quā ē tēperātia qđ ꝓbat̃ sic qꝛ q̄ʒto aliqđ ē ma-
gis īpetuosū tāto est difficiliꝰ ad refrenādū sꝫ ira
est magis īpetuosa q̄ʒ ꝯcupiscentia scꝫ illud ꝓuer-
bioꝝ. xxvij. ira nō hꝫ misericordiā nec erūpēs fu-
ror et impetū spiritꝰ ꝯcitati q̄s ferre poterit? Sex-
to hūilitas q̄ refrenat ꝑsūptionē īmoderatē spei
est principalior q̄ʒ tēperantia q̄ refrenat ꝯcupi-
scētiaꝫ sꝫ hūilitas nō ē ꝟtus cardinalis ergo nec
tēperantia. Añs ꝓbat̃ qꝛ spes est ꝓcipalior mo-
tus animi q̄ʒ desideriū vel ꝯcupiscentia. Septio
delectationes circa quas est ꝯcupiscentia sūt di-
stantissime a rōne ꝗ virtus circa eas existens non
est cardinalis añs ꝓbat̃ qꝛ sūt hoībus et brutis
cōmunes. ¶ Ad primā dicit̃ ꝙ tēperātia est vir- — *Ad primā rationē.*
tus cardinalis et tm̄ nec q̄libꝫ tēperantia est ꝟtus
cardinalis nec aliqua sic et aliq̄ nō sicut sortes est
suppositū creature rōnalis et tm̄ nulla ps est sup-
positū et similit̃ equꝰ vel hō sm̄ aliquos est totū
etherogeniū et tm̄ nulla pars eiꝰ est totū ethero-
geniū: qꝛ nec os nec caro nec sanguis similit̃ ignis
est vnū de quinqꝫ partibꝰ principalibꝰ vniuersi et
tm̄ nulla ps eiꝰ est vna de quinqꝫ pricipalibꝰ ptī-
bꝰ vniuersi et secans extendit̃ a loco sue originis
vsqꝫ ad mare et tm̄ nulla ps secane extēdit̃ a loco
originis secane vsqꝫ ad mare. ¶ Ad scd̃m pꝫ rñsio
per exempla eius data satis apparet ꝙ sunt aliq̄

predicata dicta de termino supponente psonaliter q̄ verificant de toto ꝛ nō de aliqua parte eius. Ad tercium dico qꝫ li virtus cardinalis vel est nomē collectiuū vel satis hꝫ pprietates nois collectiui qr dicit de toto ꝛ nō de aliqua parte eius q̄dam esti nois sunt non proprie collectiua q̄ tn̄ hn̄t pprietates nominis collectiui sicut patuit in exemplo de his noibus fortes secans ꝛ similibus. Ad quartū dico qꝫ accipit tertio mō ꝛ ad pbationē dico qꝫ multe sunt virtutes alie q̄ rate sunt ꝛ q̄ ppter raritatē suā parū cognite fuerūt habēo qꝫ iste quattuor virtutes habꝫ habitꝰ potissimos honesta sē moralē ꝯcernētes ꝛ habꝫ etiā habitus inclinātes cū mediantibꝰ actibus elicitis in actꝰ aliarū virtutum si que alie sint ab illis quattuor. Ad quītū dico qꝫ mãsuetudo ꝯtinet sub temperantia tertiomodo accepta quia est circa passionē cuiꝰ moderatio nō ē ardua. Ad sextaꝫ dico qꝫ spes ē passio respectu cuiuscūqꝫ boni ꝯcupiscibilis desiderati cuiꝰ adeptio estimat de ppe futura ideo nō reducit ad aliquod dictū genus virtutis. Ad aliam dico qꝫ hūilitas non est virtus cardinalis qr non est genꝰ virtutis tale quale dictū est sꝫ ꝯtinetur sub virtute cardinali scꝫ sub fortitudine. Ad septimā distinguo vel distantia subiectiua vel cāsal vꝫ directiui ad directū de pmis sine sic siue nō nichil ad propositū qr actus cōnis trāsit in ea q̄ sunt ꝛ loco et subiecto a se distātia de tertio vero negat imo dico qꝫ loqndo de tali distātia aliqua comagis distant quo habent plura vel fortiora retrahentia a directione et regula rationis. Rō ait te appositum soluta est.

¶ Questio tertia

Queritur tertio

Q vtrū tēpantie sit vna virtus sm̄ spēm. Arguit qꝫ sic quia alias plures essent virtutes cardinales q̄ quattuor qd̄ falsū ē. In oppositū arguit tempantiam qlle ꝛ alie sunt circa obiecta spē distincta ꝗ sunt etiā spē distincte. ¶ Notandū qꝫ sub temperantia virtute heroica multe virtutes ꝯtinent temperantia pprie dicta mãsuetudo/liberalitas/affabilitas/veritas/eutrapelia/modestia. has omnes ꝯcedit beatus Thomas pertinere ad tpantiā pter liberalitatē quā dr ptinere ad iusticiam ꝛ ideo hic pbaremꝰ qꝫ liberalitas magis ptinet ad tpantiā q̄ ad iustitiā nisi hoc pbandū sup esset cū de liberalitate agemus. ¶ Sit ergo pma cōclusio tpantia tertio mō dicta multas sub se tēperātias sp̄e distinctas cōtinet pbat qr cōtinet sub se eutrapeliā ꝛ mãsuedinē sed eutrapelia ꝛ mãsuetudo sp̄e differūt saltem subalterno igit. minor pbat qr plus dn̄e eutrapelia ꝛ mãsuetudo q̄ eutrapelia ꝛ affabilitas. sed eutrapelia ꝛ affabilitas spē dn̄t ꝗ mansuetudo ꝛ eutrapelia sp̄e dn̄t. eodemmō pbat de aliis spēbus. ¶ Scda cōclō verecūdia ꝛ honestas nō sūt ptes integrales tpantie pbatur nō est plꝰ necesse ad actū tpantie refugere turpitudinē contrariā tpantie et amare pulchritudinē eiꝰ q̄ ad fortitudinē refugere turpitudinē et amare pulchritudinē actus fortitudinis sed ppter scdm nō ponunt verecūdia et honestas ptes fortitudinis ꝗ nec ppter primū ponunt ptes teperātie integrales. alie rōnes dabunt cū de his spāliter aget. Scdo verecundia ꝛ honestas si sint virtutes aut passiones sunt cōes omnibus virtutibus cū in materia cuiuscūqꝫ virtutis turpe sit et verecundabile difformare se recte rōni honestū vero se eidē conformare. ¶ Tertia cōclusio modestia/mãsuetudo/affabilitas/eutrapelia/veritas. nō sunt partes potentiales tēperantie. probatur qr si haberent rōnem partium potentialium respectu temperātie hoc ideo esset qr modū illū quē obseruat temperātia circa materiā principalem ille obseruāt circa alias materias minus principales: sed hoc nō igit. minor pbatur quia materia temperantie ꝛ materia aliarū virtutū nullomodo sunt connexe ergo vna non est dicenda principalis et alia minus principalis. tum scdo quia actus ipsius temperantie scilꝫ moderatio nullo modo dependet a moderatiōe aliarū nec econtra: ergo vnus actus nō dicitur magis principalis et alius minus principalis. Scdo. quia si sic sequeretur qꝫ iustitia et fortitudo essent ptes potentiales temperātie: sꝫ cōns est falsum igitur. cōns ptꝫ cōsequentia. quia moderatio in tēperantia sm opinantem est difficilior q̄ in iustitia aut fortitudine ergo ratione huius maioris difficultatis et materia respectu materie et actus respectu actus dicetur magis vel minus principalis. primaria vel secūdaria. quia nō videtur esse assignabilis quecūqꝫ ratio secūda cōnexione que nō reperit: ppter quā ratione vna virtus sit scdaria ꝛ alia primaria nisi ratione materiarū et actuū. et in materiis non potest subesse ratio nisi ratiōe actuū. cum ergo actus moderandi sit difficilior sm opinantē in temperantia q̄ in fortitudine et iustitia: sequitur qꝫ erit ordo inter materias et materias et inter actus et actus: et per consequens iste dicentur partes potentiales respectu illius. Tertio. quecumqꝫ se habent vt pars potentialis et totū: hoc ideo est. aut quia certum modū subordinationis habens respectu vnius actus. aut respectu actuū subordinatorū: sed hoc est falsū. Tum primo quia hec nō sufficiunt. Tum scdo quia teperantia ꝛ ille virtutes ad vnū actum vnū et eundē subordinantur Tum tertio. quia nec actus illarū subordinantur actibus temperantie. Quarto quia si sic sequeretur qꝫ affabilitas/veritas/et eutrapelia essent partes potentiales mansuetudinis: sed cōns est falsū igitur. cōns patet. pña. quia materia circa quam est mansuetudo est principalior q̄ materie aliarū. et moderatio eius est difficilior q̄ moderatiōe aliarū. Quinto quia videtur multis qꝫ moderatio mansuetudinis sit difficilior q̄ temperātie: cum ira maioris sit impetus. nec valet dicere qꝫ non ē tante durationis. hoc enim falsum videtur de iracundis quos Ar. duros appellat ¶ Quarta cōclusio predicte virtutes sunt partes subiective temperātie tercio modo dicte. pbatur cuilibet earum cōuenit diffinitio tēperantie tercio modo dicte. qd̄ patet per singulas diffinitiōes sive a Tullio sive ab

Marginalia: Spēs temperātie vnē virtus cardinalis. — Pria cōclo — Scda cōclo — Tertia cōclusio. — Qrta cōclo

Ambrosio siue ab Augustino date sint quas su-
pra recitauimus. Sed dicet Thomas q̄ ille diffi-
nitiones sunt diffinitiones temperantie p̄rio mo-
do quo sez dicit temperantiā accipi nō s̄m anto-
nomasiā: sed s̄m cōitatē significationis sui nobis qȝ cō
cedo de quibusdā descriptionibus nō tn̄ de oībus
quia non est verisimile q̄ illi auctores qui diui-
dunt virtutē in quattuor: postea diffiniant tēpe-
rantiā mēbrū diuisionis diffinitiōe cōuenientē oī
bus aliis membris hoc cū esset nimis incrudite
factum. Scd̄o Seneca et Tullius et Ambrosius
diuidentes virtutē in quattuor sub hac diuisiōe
oēm v̄tutem cōprehēdere voluerūt. sed cōstat q̄
virtutes que dicte sunt nec sub prudentia nec sub
fortitudine: nec sub iusticia cōtinent̄ ergo cōti-
Quinta conclusio. nentur sub temperantia. ¶ Quinta cōclusio. di-
stinctio illarū partiū tēperantie quas Thomas
potentiales vocat nō videt̄ ab eodē cōueniēt̄ as-
Distinctio ptiū tēperātie secundū btūm Tho. signata. ¶ Pro quo ē aduertendū q̄ btūs Tho.
p̄ distinctione istarū partiū ita dr̄. Quecūq̄ v̄tus
moderationē operat̄ in aliq̄ materia a delectatiō
nibus tactus et refrenationē appetitus in aliqd
tendētis pōt poni pars tēperātie sicut v̄tus et ad
libita q̄ qdē ꝯtingit tripl̄r. Vno mō in īterioribꝰ
motibus animi. Alio mō in exterioribꝰ motibus
et actibꝰ corporis. Tertio mō in exterioribꝰ rebus.
Inueniunt̄ aūt tres motꝰ animi tēdētes in aliqd
preter motū cōcupiscentie quē moderat̄ et refre-
nat tēperātia. Primꝰ est motꝰ volūtatis cōmote
ex īpetu passiōis et hūc motū refrenat cōtinentia
ex qua fit vt licȝ hō īmoderatas ꝯcupiscētias pati
at voluntas tn̄ nō vincat̄. Alius motꝰ interior in
aliqd tendēs est motus spei et audacie que ipsam
cōsequit̄: et hūc motū moderat̄ humilitas. Ter-
tius est motus ire tendens in vindictā quē refre
nat māsuedo siue clemētia. Circa motus aūt et a-
ctus corpales moderationē facit modestia quā
Andronicꝰ in tria diuidit. s. ad q̄rū p̄mū ptinet di-
scernere qd faciēdū: qd q̄ dimittēdū: et qd q̄ ordi
ne sit agendū: et q̄ztū ad hoc ponit bonā ordina
tionē. aliud est q̄ hō in eo qȝ agit decentiam ob-
seruet: et q̄ztū ad hoc ponit ornatū. Tertiū aūt est
ī colloquiis amicorū vl̄ q̄buscūq̄ aliis et q̄ztū ad
hoc ponit̄ austeritas. Circa exteriora v̄o duplex
est moderatio adhibēda. p̄mo qdē vt superfluis non
requirant̄: et q̄ztū ad hoc ponit̄ a Macrobio percitas
et ab Andronico p̄ se sufficiētia. Scd̄o aūt vt hō
nō nimis exq̄sita requirat. et q̄ztū ad hoc ponit Ma
crobiꝰ moderationē. Andronicꝰ v̄o simplicitatē.
Improbatio distinctionis p̄dicte hec Thome. ¶ Hec opinio in multis deficit. Pri-
mo in hoc q̄ dicit q̄ quecūq̄ v̄tus moderationē
operat̄ ī alia materia etc. q̄ cū oīs v̄tus moralis
alia a tēperātia opet̄ moderationē in alia mate-
ria a tpantia oīs v̄tus moralis: alia a tpātia cēt
pars tpātie. Scd̄o defic̄ in hoc q̄ dic̄ q̄ ꝯtinētia mo
derat̄ motū volūtatis cōmote ex īpetu passiōis et
cū ipse p̄fecit q̄ loquit̄ de alio motu ab illo quē
moderat̄ tēperātia vellē bn̄ scire q̄s motus mode
rat̄ cōtinentia. Secūdo volo q̄ tēperātia mode-
ret̄ aliquos motus aut tūc vel parū aut voluntas
est cōcitata illis motibus vel nō: si nō: ergo non ha-
bet illos motus: si sic: ergo nō solū cōtinētia: sed
etiam temperantia moderatur motuȝ voluntatis
cōmote ex impetu passionis. nec potest dici q̄ il-
le motus non est passio. quia omnis motus nota-
biliter insurgens contra iudicium recte rationis
est passio. Tercio continentia per te preter illos
motus quos moderatur temperantia moderatur
motū voluntatis impetu passionis concitate sumo
pro tunc en illam motum temperantia immedia-
te aliquid potest aut non. si nō ergo temperantia
non facit vniuersaliter moderationeȝ circa oēs
delectationes tactus et gustus: si sic/ ergo nō est opus
continentia. Item volo q̄ tēperantia moderaue-
rit in aliquo oēs motus suos. Tunc quero vtruȝ
possibile sit hoc stante q̄ voluntas sit concitata ī
petu alicuius passionis pticularis ad continēti-
am/ aut non: si sic/ ergo cum illa passio sit delecta
tio aut tristicia gustus vel tactus contra rationeȝ
insurgēs: sequitur q̄ temperātia nō moderauerit
omnes suos motus: quod est contra suppositum:
si nō: ergo preter tēperantiā nō est opꝰ cōtinētia
Iste rationes videntur michi apparentes multū
contra opinantem q̄zuis tamē secūdū veritateȝ cō
cludant apparebit cuȝ agetur de temperantia et
continentia proprie dictis. Tercio deficit in hoc
q̄ ponit humilitatem partem temperātie. Nam
supra ostendimus q̄ ptinet ad magnanimitatem
et constat q̄ moderatio quā facit est ardua. Secū
do quia ex ista ratione videt̄ posse concludi q̄ for
titudo pertinebit ad temperātiā cum ipsa mode
ret motuȝ spei et audacie. Quarto deficit in hoc.
q̄ ponit bonā ordinationeȝ partē tēperantie cuȝ
vt patet ex descriptione eius ibi posita ipsa sit vir
tus intellectualis vel prudentie pars. Discernere
enim ad vim cognitiuam pertinet/ nec habet An
dronicus q̄ huiusmodi discretio et bona ordinatio
sit ad tēperātiā ptinens tanq̄ȝ virtus moralis ad
iuncta. sed pertinet ad eam hoc est tanq̄ȝ pruden
tia directiua circa talem materiam quāad modū
bona ordinatio et discretio de periculis bellicis
subeundum et non subeundum ptinet ad fortitu-
dinem bellicaȝ. ¶ Potest autē aliter assignari di Distinctio ptiū tēperātie secundū auctorem.
stinctio ptium subiectiuaruȝ tēperātie tercio mō
dicte. omnis enim temperantia est moderatio nō
ardua/ aut ergo est moderatio ire aut cōcupiscen
tie/ aut cōuersationis humane. si primū sic est mā
suetudo. si tertiū sic est affabilitas veritas et eu-
trapelia. si secūdū hoc est tripliciter/ quia aut est
cōcupiscētia cuius delectatio est potissima in vsu
aut in possessione. si primū sic est liberalitas q̄ est
circa pecunias et que potius pugnat contra illi-
beralitatē q̄z cōtra prodigalitatem. si secundum
hoc est dupliciter: quia aut consistit in vsu sensuū
et sic est tēperātia ꝓprie dicta: aut in vsu quarū-
dā rerū exteriorū et rerū que sic vtendo offēdūtur
et sic est modestia. ¶ Sexta conclusio. tēperantia Sexta ꝯclo
non est vna virtus secūdū speciē. Patet satis ex
dictis. De tēperātia autē stricte accepta dicet̄ cuȝ
agetur de ea. ¶ Ad rōnē ante oppositum dico si Rñsio ad rōnem ante oppositum
cut dictū est in questione precedenti q̄ hoc cōple-
xum virtus cardinalis facit terminū de quo dici
tur collectiue teneri pro multitudine sez habitu-
um bonorū sub eo contentorū et ita dicit̄ determi-

no cōmuni de aliqua parte eius subiectiua. Huic simile esse videtur de hoc incomplexo elementū: cum dico aqua est vnū de quatuor elementis: q2 enim aqua in multas ptes diuisa est de quarum nulla vere dicit q; sit vnum de quattuor elementis: quāuis tamen de qualibet vere dicatur q; est aqua. q; si virtus cardinalis nō haberet ex cōmuni vsu loquēdi hanc vim nō haberē. p incōueniēs concedere q; quelibet temperantia esset virtus cardinalis: r q; essent plures virtutes cardinales specie distincte q̄z quattuor: cum quo tamen stat q; hoc cōmune virtus cardinalis cōuenieter prima sui diuisione diuidit in quattuor mēbra q2 licet sint septem vel octo vel centum: quelibz tamē illarū sub aliquo istarū quattuor cōtinet q2 quelibet vel est temperantia: vel est fortitudo: vel iusticia: vel prudentia. et sic de alijs.

¶ Quarta questio.

Circa temperantiam strictissime acceptā Queritur primo vtrū ipsa sit circa delectationes tactus r gustus solū. Arguit q; nō, circa delectationes aliorū sensuū est dare virtutē aliquā et nō aliam a temperantia igitur. Maior probat q2 vbi dabilia sunt extrema vituperabilia ibi dabile est mediū laudabile sz circa tales delectationes dabilia sūt extrema vituperabilia igit. In oppositū est Arist. iij. ethi.

vna dormiendo patiatur resolutionem seminis sine quacunq; corruptione integritatis et delectet non solum dormiendo sed etiam vigilando cum meminit volo tamen q huiusmodi resolutio nullo eius vicio procurata sit sicut frequenter contingit sit vero alia nichil penitus sciens aut cogitans de resolutione seminis et de delectatione que inde consueuit causari que pecunia seducta consentiat alicui et sit in desloratione eius tantum dolor q nullam penitus delectationem sentiat imo nec semen emittat: quo facto ipsa postea informata de resolutione seminis et delectatione eius proponat perpetuo abstinere a tali delectatione. Arguo sic prima est virgo et non secunda ergo propositum integritatis seruande et non propositum immunitatis a delectatione est virginitas ergo nec delectatio nec resolutio seminis est materiale pertinens ad rationem virginitatis sed ipsa integritas opposita libidinose corruptioni si eam ibi ponendum sit materiale illud debet dici materia quod est obiectum principale volitionis vel nolitionis interioris. Conclusio predicta videtur michi probabilior q opposita de virginitate feminei sexus in masculis aut non est satis difficile videre in quo consistit virginitas cum in masculo nulla videtur corruptio signaculorum virginalium subsequi coitum et ob hoc forte motus est beatus Thomas non sine magna apparentia ponere eam in delectatione consequente resolutionem seminis quia nihil apparet commune vtriq; virginitati nisi huiusmodi resolutio. Sed sicut dictum est virgo virginitate corporis potest desinere esse virgo sine quacumq; delectatione tali et sine quacunq; resolutione per solam rupturam signaculorum virginalium per actum libidinosum dixi autem per actum libidinosum q2 vt dictum est membra illa sine signacula possunt multis aliis modis rumpi sine deperditione virginitatis corporee. Et hoc habetur augusti. primo libro de ciuitate dei ita dicens membra illa possunt diuersis casibus vulnerata vim perpeti et medici aliquando saluti opitulantes hec ibi faciunt que horret aspectus obstetrix etiam virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans dum inspicit perdidit. Et subdit non opinor quemq; tam stulte sapere vt huic perisse aliquid existimet etiam de corporis sanctitate quamuis illius membri integritate iam perdita Ex hac auctoritate motus beatus Thomas q. c. lii. articulo primo in responsione ad tercium dicit q integritas corporalis membri per accidens se habet ad virginitatem in quantum scilicet per hoc q ex proposito voluntatis abstinet quis a delectatione venerea remanet integritas in membro corporeo: vnde si contingat q per alium modum aliquo casu membri in integritas corrumpatur non magis preiudicat virginitati q si corrumpatur manus aut pes. Et in responsione ad quartum dicit q delectatio que est ex seminis effusione dupliciter potest contingere vno modo vt procedit ex mentis proposito et sic tollit virginitatem siue fiat per concubitum siue absq; concubitu. Nec huic obstat q Augustinus dicit in libro de virginitate q virginis integritas et per piam continentiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est facit enim hic mentionem Aug9 de concubitu vt dicit q huiusmodi resolutio communiter et naturaliter fit ex concubitu. Alio modo potest contingere preter propositum mentis vel in dormiendo vel per violentiam illatam cui mens non consentit quamuis tamen delectationem experiatur aut etiam ex infirmitate nature vt patet in his qui fluxum seminis patiuntur et sic non perditur virginitas quia talis pollutio non accidit per impudicitiam quam virginitas secludit. Ex his dictis Thome infero aliqua correlaria primum est q que per violentiam corrupta est et non consentit corruptori est vere virgo et hanc expresse concedit Thomas. Secundo sequitur q illa que per experientiam cognoscit q cum de die cogitationem habet circa venerea de nocte in somno habet de eadem re somnium et resolutionem seminis in qua delectatur si talis ex proposito habet huiusmodi cogitationem et de nocte dormiendo sequatur resolutio seminis et delectatio q ipsa non manet virgo quamuis tamen habeat propositum perpetue integritatis seruande quia delectatio in ea ex seminis effusione ex mentis proposito procedit. Tercio sequitur q perfecti sciathicus concubens libidinose cum perfecta sciathica scienter et voluntarie ex parte vtriusq; et ex lectione philosophie naturalis aut ex instructione alicuius docti viri cui credunt conditionem perfecte sciathicorum cognoscentes possunt multociens cohabitare simul cum ruptura signaculorum virginalium per actum libidinosum ad huiusmodi rupturam a natura ordinatum sine deperditione sue virginitatis quam suppono in eis fuisse vsq; ad primum concubitum. et patet consequentia quia secundum Aristotelem libro problematum perfecte sciathicus non potest generare quia non fit ab eo resolutio seminis si ergo isti sciant naturam et conditionem perfecte sciathicorum ipsi sciunt q non potest in eis fieri seminis resolutio et per consequens neuter eorum habet propositum delectationis ex seminis resolutione ergo vterq; eorum manebit virgo post multos concubitus et rupturam claustrorum virginalium per actum libidinosum. Quarto sequitur q hec naturaliter possibilis et sine quocumq; miraculo virgo parit sequitur enim hec paris hec est virgo demonstrando vtrobiq; illam que corrupta est per violentiam ergo virgo parit. Antecedens est possibile ergo et consequens. Quinto sequitur q si sint due virgines quarum vna proponat cras et post cras concubere cum viro et de facto faciat sine emissione seminis tamen ea ita continuet per mensem integrum Alia vero proponat concubere cras sed interueniat impedimentum non solum cras sed per totum mensem prima erit ita immunis a corruptione opposita virginitati sicut secunda. De istis illatis plura concedit albertus cuius opinionem videtur imitatus Thomas dicit ergo q secundum auctoritates sanctorum virginitas est integritas carnis et testis corruptionem mentis Dicit autem integritas carnis non quelibet in corruptio puta a vulnere vel gladio sed incorruptio ab actuali et completa delectatione concupiscentie ex voluntate operante vel consentiente vel non dissentiente vel non in quantum potest renittente. Ex voluntate operante sicut in his qui digito vel ma-

mis vel digito vel quouis alio adiuncto tangūt vt cōprimūt neruos inferiores in mēbris genitalibus quatinus sua sensibilitate perfectā coitus delectationem consequantur: qḋ indubitanter verū est si claustra virginalia rumpant: si aūt non rumpantur etiā si propter incitationes nature sequeret delectatio ex effusione hoc remanet in questione si perdatur virginitatis integritas corporalis vocat autem vt dicit completam delectationē omnē illā q̄ est operis in tanta delectatione quanta est coitus. dicit cōcupiscentiē ad differentiā purgationis nature quia natura tā in viro q̄ī femina purgat se a quibusdā superfluis per illum locum addit q̄ si mulier cogitet de coitu et de membris illis vt in ea excitetur estus cōcupiscētie vt delectetur in eo et sequat effusio seminis et delectatio tūc ipsa perdit virginitatem dicitur enī corrupi corpus vt dicit corruptione vicē nos passionis in violatione virginitatis et laxatione venarum et viarū per quas expletur coitus non dissentientē voluntatem dicit esse in non clamantibus non renitentibus in his qui nō corde et corpore renituntur vt si non possunt defendere corpus saltem cor a cōcupiscētia et sensu delectationis impediant vt aūt ego breuiter expediā de primo correlario cōcedit ipsū secūdum tū vltimā eius particulā opz addere q̄ violentia fuerit tanta q̄ non consenserit sz renisa sit corde et opere ita q̄ inq̄tum potuit se a sensu delectationis īpediuit et ī hoc non videt sentire cū eo Thomas q̄ dicit q̄ virginitas nō pdit nisi ex proposito mentis pcedat seminis effusio scdz correlariū cōcedit tercjū aūt et quartū vt videt nō possunt euadere probatur preterea cōclusio predicta illa integritas est de ratiōe virginitatis scdz quā fiūt aut feruntur iudicia humana de virginibus et nō virginibus sed ex integritate signaculorum virginaliū sumitur iudicium de virginitate corporali alicuius et non ex īmunitate a delectatione ex effusione seminis prouenientē vt pz per medicos et obstetrices. et hoc etiā pz auctoritate cipriani epistola decima ita dicentis: Et idcirco cōsulte et cū vigore fecisti frater carissime abstinendo diaconū qui cum virgine sepe mansit sed et ceteros qui cū virginibus dormire consueuerunt: q̄ si penitentiam huius illiciti concubitus sui egerint et a se inuicē recesserint inspiciant interī virgines ab obstetricibus diligēter et si virgines inuēte fuerit accepta cōicatione ad ecclesiam admittantur. Preterea si sic sequeret q̄ virgo consentiens corruptori in qua ex coitu corrumperent claustra virginalia et effunderet semē impediret tamē propter vim doloris ne delectaret illa ex emissione seminis esset vere virgo secūdū corpus patet quia in ea non esset delectatio illa quā Thomas et Albertus dicunt requiri ad corruptionē integritatis virginalis. Ex supradictis infero primo q̄ virgines fluxum seminis patiētes nō sunt de nō virginibus corrupte per solam distillationē humoris et delectationem inde consequentem patz quia stat huiusmōi distillatio cum integritate signaculorū virginalium. Secūdo infero q̄ puelle q̄ in annis puerilibus anteq̄ incipiant pubescere agūt turpia quibus rūpuntur signacula pudoris debent dici corrupte quia cum hec faciunt discernūt talia facta circa aliquas partes corporis esse causatiua alicuius delectationis et nō circa alias puta circa manū vel pedē ergo ista faciēdo intēdūt delectationē venereā ergo opus eorum est libidinosū: sed omnis confractio signaculorū virginaliū per opus libidinosū est corruptio virginitatis igit. Confirmat quia puelle ante annos pubertatis hābent discretionem sufficientem ad meritum vel demeritum ergo potest opus earum esse libidinosum et per consequens et virginitatem perdere per tale opus. Tercio si in illa etate paterent sine violentia coitum viri dicerent corrupte et non videtur rationabiliter posse negari quin dicerēt corrupte si frequenter hoc paterentur et delectarentur non in emissione seminis sed in contactu et agitatione membrorum libidinosorū ergo si hec eadem a seipsis patiantur debebunt dici corrupte. Tercio infero q̄ vir non prius corruptus et similiter femina qui per opus libidinosum voluntariū humorem de genitalibus membris emittit censendus est corruptus et non virgo. Contra asserantum dicentem q̄ triplex humor fluit de genitalibus membris scilicet semen vrina et humor similis semini medius inter semen et vrinam qui distillat aliquando propter solum feminei tactum vel aliquorum turpium auditum: et vult q̄ per solam seminis resolutionem perdatur virginitas quia ipsa sola vt dicit locum coitus supplet vel eius delectationem cōplet. probat quia alias nō videret posse probari de aliquo q̄ esset corruptus presertī de muliere nisi per actū generationis ex patz cōsequētia quia incertū est semper quis humor sit ex genitalibus mēbris emissus nisi p actuz generationis quia huiusmodi ille medius nō ē generationi aptus. Secūdo tam femina q̄z masculus possūt virginitatē pdere vt dictū est sine quacunq effusione humoris ergo per effusionē solius humoris medij p opus libidinosū non perdit virginitas īmo si possibile esset q̄ p opus libidinosuz emitteret vrina nō minus perderet virginitas q̄ vt dictum est sine emissione interdum perdit. Et si queras quid intelligit per opus libidinosum. Responsio q̄ quāuis q̄ attactus et oscula et alia multa dici possunt opera libidinosa denominatione extrinseca vel intrinseca hic tamen per opus libidinosū non intelligo nisi agitationem membri genitalis solum siue a se siue ab alio factam.

Quinta conclusio In masculis per opus libidinosū perditur virginitas patz quia in eis perdit virginitas vt cōstat aut ergo per solā effusionem seminis aut per ruptarā signaculorum virginaliū aut per laxationē venarū aut per opus libidinosū non primū sicut satis probatum est de feminis vt patet satis per argumentum de scithicis nec secūdū quia in masculis nō videnf esse talia signacula virginalia nec terciū quia sic ois emissio seminis sine opere libidinoso corrūperet virginitatē cū laxet et dilatet venas ergo restat quartum. Secūdo opus libidinosū viri cōiugati cum ea que non est sua sine quacunq emissione de non adultero facit adulterū ergo consimile opus masculi virginis facit de virgine non

virginem. Ans et cōsequentia videtur satis certa.

Contra secundam et quartam conclusiones.

¶ Contra secundam et quartam conclusionem. Arguitur primo sic: si integritas pudicicie pertinens per se ad virginitatem aut tanquam materiale aut tanquam formale non tanquam formale quia virginitas formaliter et essentialiter est propositum mentis nec tanquam materiale. tum primo quia virginitas est forma simplex ergo non est composita ex materiali et formali. tum secundo quia nichil legatur ab aliis pertinet ad illud tanquam materiale cum ex materiali et formali fiat unum sed integritas corporis est in corpore et propositum mentis est in anima ergo unum non se habet sicut materiale respectu alterius. ¶ Secundo omnis virtus alia a iusticia est circa passiones sed virginitas est virtus ergo ipsa est circa passiones et non nisi circa delectationes venereorum ergo virginitas est immunitas ab huiusmodi delectationibus et ista videtur esse potissima ratio Thome quam tangit cum ait non sensibiles passiones sunt materia corporalium passionum. Tercio arguitur si sic sequeretur quod violenter corrupta non esset virgo sed consequens est falsum igitur, et consequentia probatur quia in ea sunt corrupta signacula virginalia falsitas autem consequentis patet in ea non deperit corporis virginitas cui nichil deperit de sanctitate corporis quia virginitas corporis est corporis sanctitas quedam sed violenter corrupte nichil deperit de sanctitate corporis secundum illud Aug. primo de civitate dei membra illa possint diversis casibus vulneratas vim perpeti etc. Et subdit non opinor quenquam tam stulte sapere ut huic perisse aliquid existimet etiam de ipsius corporis sanctitate quamvis etiam illius membri integritate iam perdita. ¶ Quarto omne illud quo exuitur et perditur pudicicia sufficit ad virginitatem perdendam sed per voluntariam resolutionem seminis perditur pudicicia ergo sequitur quod illa sufficit ad perdendum virginitatem. Maior videtur esse Augustini primo de civitate dei ubi de violenter corruptis probat quod non perdunt virginitatem quia non perdunt pudiciciam. ¶ Quinto violenter corrupte non perdunt integritatem corporis per actum libidinosum ergo non perdunt virginitatem. Ans probatur quia si perdunt per actum libidinosum aut perdunt per actum proprium aut per actum alienum. non per actum proprium quia tunc non esset violenter corrupta. nec per actum alienum quia aliena malicia nulli est imputanda. Sexto per Augustinum loco supradicto dicentem quod non potest corrumpi corpus nisi corrumpatur animus. Septimo probatur per illud beate lucie: si invitam me violaveris castitas michi duplicabitur ad coronam sed si desiisset esse virgo non fuisset in ea duplicandum premium castitatis igitur. Septimo tali deberetur aureola ergo est virgo corpore et mente ergo non perdidit virginitatem corporis. ¶ Octavo si sic sequeretur quod oppressa dormiendo non esset virgo sed consequens est falsum igitur et patet consequentia quia in ea corrupta sunt claustra virginalia et falsitas cōsequentis patet sicut de violenter corrupta. Nono nullus nisi per actum proprium culpabilem potest pati detrimentum in his que virtutis sunt sed corrupta per violentiam vel dormiendo nullum habet actum culpabilem ergo non est impossibilitata ad virtutem

virginitatis. Decimo arguitur auctoritate ambrosii dicentis in secundo de virginitate aperite aures virgines dei virgo christi prostitui potest adulterari non potest: ubicunque virgo dei est templum dei est nec lupanaria infamant castitatem sed castitas etiam loci abolet infamiam. ¶ Undecimo per illud Augustini primo de civitate dei ita ne ut non aliquam polluat aliena libido metuitur non polluit si aliena erit si autem polluet non aliena erit: et per illud eiusdem ibidem nullus magnanimus vel pudicus in potestate habet quid de sua carne fiat sed tantum quid annuat mente vel renuat. quis tandem sana mente putaverit se perdere pudiciciam si forte in apprehensa carne sua exerceatur expleatur libido non sua. ¶ Decimotercio per illud Hiero. in li. ebraicarum questionum corpus mulieris non vis maculat sed voluntas. ¶ Decimoquarto per Augu. in epistola ad victorianum. Ad deum ingemiscentibus omnino suis aderit qui adesse cōsuevit, et aut nichil in carum castissimis membris libidine hostili perpetrari permittit: aut si permiserit cum carum animus nulla cōsentionis turpitudine contaminatur et carnem suam defendit crimine et quicquid in ea nec committit nec permittit libido patientis solius erit culpa facientis. Omnis illa violentia non pro corruptionis turpitudine: sed pro passionis vulnere deputabitur. ¶ Decimoquinto. si caro patientia pro christo dividatur ferro in manu vel in alio loco laudatur sed non est plus in pietate dividi ferro in uno loco quam alio modo dividi in loco pudoris igitur. ¶ Decimosexto. nulla passio violenta meretur vituperium: sed veniam potius et misericordiam ergo talis violatio nihil habet verecundie vel turpitudinis: sed amissio virginitatis est turpis et opprobriosa: igitur. ¶ Decimoseptimo. posita dormiendo et post pollutionem delectata virginitatem perdit et tamen claustra pudoris in ea manent integra igitur. ¶ Decimooctavo. In his quorum est eadem virginitas secundum speciem est idem modus corrumpendi virginitatem: sed virginitas in masculis et feminis est eadem secundum speciem et non corrumpitur in masculis per fractionem signaculorum virginalium quia talia non habent: ergo nec in feminis per huiusmodi rupturam corrumpitur virginitas. ¶ Decimo.ix. actus exterior nihil addit bonitatis vel malicie super actum interiorem et maxime super illum qui est formaliter impulsivus executionis. Tunc sic. volo quod sint due virgines quarum quelibet habeat firmam voluntatem consentiendi corruptori et vadat utraque ad locum in quo debet reperire corruptorem et una corrumpatur de facto et alia propter indispositionem alterius viri intrantis eam corrumpere: sed propter hoc non potentie non corrumpitur. Tunc sic in utraque est actus interior libidinosus eque malus et eque imperativus executionis: sed una per actum quem habuit perdidit virginitatem: ergo et alia. Ad oppositum sequitur quod cum non differant nisi per actum exteriorem quod actus exterior addet aliquid malicie super actum interiorem cuius oppositum suppositum est. ¶ Vicesimo. virgo que per actum voluntarium delectationem habet ex resolutione seminis perdit castitatem et non perdit castitatem vidualem neque cōiugalem: ergo castitatem virginalem. ¶ Vicesimoprimo. pono duas virgines quarum una habeat solum propositum mentis circa delectationem venereorum sed nihil executionis. Alia vero cum

propoſito mētis habeat emiſſionē ſeminis et delectationē conſequentē ſine corruptione tamē ſignaculoꝝ virginaliū puta in multis caſibus ſupra expreſſis. tūc omnis act⁹ malus quo nō tm̄ mēs virginis ſ3 etiā corp⁹ eius polluit̄ et maculatur eſt corruptiuus virginitatis Sed act⁹ ſecūde virginis eſt actus malus quo nō tm̄ mēs eius ſ3 etiā corpus polluit̄ cū ſit in ea libidinoſa ſeminis emiſſio: ergo actus eius eſt corruptiuus virginitatis. Uiceſimo ſcd̄o. Arguit̄ auctoritate Cipriani epl̄a. x. vbi de virginibus que dormierunt cū viris loquens ait. Nec aliquis putet ſe poſſe excuſatione hac defendi ꝙ inſpici ⁊ pbari poſſit an virgo ſit. Cū ⁊ manus obſtetricū et oculi ſepe fallantur. Et ſi incorrupta inuenta fuerit virgo ex ea parte ſui qua mulier eſt. pōt tamē ex alia corporis parte peccaſſe que corrūpi poteſt ⁊ tn̄ inſpici non poteſt certe ipſe concubitus ipſe cōplexus ipſa cōfabulatio ⁊ inoſculatio ⁊ ꝯiacentiū duoꝝ turpis et feda dormitio q̄ntum dedecoris et criminis ꝯfitetur: ſi ſuperueniens maritus ſponſā ſuā iacentē cū alio videat nōne indignat̄ et fremit et per zeli dolorē fortaſſis et gladiū ſumit in manu ex quibus verbis apparet ꝙ poteſt virgo corrumpi ſignaculis virginalibus incorruptis Ad iſtas rationes. Rn̄deo. ¶ Ad primam dicitur ꝙ ſi materiale accipiat̄ proprie tūc integritas corporis nec tanq̄3 materiale nec tanq̄3 formale pertinz ad virginitatē virtutē: ſi aūt accipiat̄ īproprie. p obiecto circa qd̄ aliud eſt tūc dico ꝙ integritas ꝓdicta ptinet ad virginitatē mentalē tanq̄3 materiale. virginitas aūt mentalis nō eſt aliud q̄3 propoſitū ſeruandi virginitatē corporeā: virginitas corporea eſt illa integritas que dicta eſt. pbationes autem procedūt de materiali proprie dicto. Ad ſecundam concedo maiorem et minorem de virginitate mentis. concedo etiā ꝯñs primū3 ſcz ꝙ virginitas virt⁹ ē circa paſſiōes ⁊ etiā circa venereas ē enī virginitas virt⁹ ppoſitū ſeruādi virginitatis corpalis tā firmū ꝙ p nullas delectationes venereas poſſit ꝯ̄ rectā ratiōe3 auelli. Et cū inferē q̄ ē imunitas ab huiuſmodi delectatiōib⁹. nego ꝯñā3. ſ3 bñ ē imunitas a delectatiōib⁹ virginitatis incorporee corruptiuis. Argumēta q̄ ſūt a tercio vſq3 ad decimū. vij. relinquo qz de violēter aut neſciēter corrupti poſtea erit q̄ſtio. Ad. xvij. nego ꝓmā ptē añtis ꝓpter cās ſupradictas. Ad. xviij. nego maiorē illa enī nō maiorē h3 apparētiā veritatis de virginitate q̄3 de caſtitate ⁊ tñ h3 multos caſtitas virginalis cōiugalis ⁊ vidualis ē eadē ſcd̄ꝫ ſpēz nec tñ ē eidē mod⁹ corrūpēdi eas. ita etiam dico ꝙ q̄3uiſcūq3 virginitas ſit eadē ſpē i maſculis ⁊ feminis ꝓpter tn̄ diuerſitatē organoꝝ in his ⁊ illis ē ali⁹ mod⁹ corrūpēdi virginitatē. Et ſi quis vellet negare virginitatē eſſe eiuſdē ſpeciei i viris ⁊ feminis. Nā in diffinitione virginitatis feminee etiā mētalis ponit̄ integritas ſignaculoꝝ virginaliū. In diffinitione autē virginitatis virilis ponit̄ aliud loco ei⁹ ⁊ ideo nō eſt eadē diffinitio et per ꝯñs nec eadē ratio ſpecifica ⁊ hoc ſuppoſito ꝙ virginitas corporis nō ſit eadē ſpē i eis pōt ſic defēdi ꝙ eſt eadē ſpē in eis ⁊ tn̄ ꝙ vtraq3 virginitas eſt ab ope libidinoſo notabiliter ſenſibili immunitas. Per opus aūt libidinoſū notabiliter ſenſibile intelligo agitationē mēbri que in feminis ſufficit corrūpere ſignacula ⁊ in viris nō patientibus impedimentū ſemē reſoluere Iſta aūt diuerſitas nō ꝓuenit ex diuerſitate aliqua ſpecifica inter virginitatē femineam et virilē ſed ex diuerſitate organorum. ¶ Ad. xix. cōcedo totū caſum et dico ꝙ ſcd̄a manet virgo corpore: ꝓma autem virginitatē et mentis et corporis perdidit. Et ita habent dicere cōtrarie opinantes addito caſui ꝙ in ſcd̄a nulla ſit facta ſeminis reſolutio. Et ad argumentū cōcedo primam partem añtis et ſecundam: et nego ꝯñs. et ad ꝓbationē ꝯñe nego cōſequentiā. iſta enī ſcd̄a eſt ita mala et impudica ſicut ꝓma. Nec habet prima aliquid malicie moralis quin tantū habeat ſcd̄a et tn̄ prima habet aliquid corruptionis corporalis qd̄ nō habet ſcd̄a. illa autem corruptio corporalis non eſt mala moraliter malicia intrinſeca ſed extrinſeca ſcz malicia mentis et ideo nichil malicie addit̄ p actū exteriorem. et ſicut corruptio illa in prima denoīatur impudica ab īpudicicia mētis ita et actus exterior quē habuit ſcd̄a ad perficiendū3 libidinoſam voluntatem ſuā eſt mala et impudica impudicicia mentis et extrinſeca denoīatione. et ſi dicas ꝙ ꝓma perdidit virginitatē mētis ⁊ corporis q̄ et ſcd̄a nego ꝯſequentiā3 ſed bñ perdidit ſcd̄a virginitatē mētis ſicut prima. Perditio aūt virginitatis corpalis nō eſt mala malicia intrinſeca ſed extrinſeca tantū. ideo nō ꝓpter hoc plus malicie habet. Ad. xx. ſcd̄m rigorē ſermonis nego ꝓmā partē añtis ꝓpter ꝯfuſionē quā facit hoc verbum perdit ꝓpter negationē incluſā3 in eo ſequitur enī pdidit caſtitatē ergo nullam caſtitatē h3. ſtat autem ꝙ caſtitatem aliquā3 perdat ⁊ caſtitatē aliquā retineat quia ſūt diuerſe ſpecies caſtitatis ideo nego eam in rigore ſermonis ſed cōcedo iſtā caſtitatē perdat non tamē neceſſe eſt ꝙ pdat virginitatem nec mentis nec corporis qd̄ pz q2 ſtat ꝙ p actū voluntariū habeat reſolutionē ſeminis ⁊ cū hoc firmū ꝓpoſitū nunq̄3 pdendi integritatē corporis p op⁹ libidinoſū tūc videt̄ ꝙ talis retinet virginitatē mētis et tn̄ aliq̄3 caſtitatē perdit oppoſitā ſcz intemperātie venereę cui ſuccūbit. exemplū hui⁹ eſt de caſtitate ꝯiugali. ꝯſtat enī ꝙ cū caſtitas coniugalis directe opponatur adulterio poteſt aliqua mulier ſimul retinere caſtitatem ꝯiugalem ꝑſiſtendo ſcz in propoſito nō ꝯ̄cōicandi corpus ſuum alteri q̄3 viro proprio ⁊ tamē multas ſpecies caſtitatis perdere vtendo ſcz opibus libidinoſis cum viro proprio nimis exceſſiue ⁊ cū detrimento ſanitatis ſue aut cū detrimento ꝓlis generande aut per mollicię aut alio modo ꝯ̄ naturā peccādo ita dico de virgine ꝙ ſine ꝯiclitatiōe virginitatis ſue tā mētis q̄3 corpis pt eē multipl' īpudica capiēdo īpudiciciā vt accipit Auguſ. vi ſcz opponit̄ caſtitati ⁊ aliquā caſtitatē q̄3 habuit pdere Et ſicut nō oīs lapſ⁹ carnis i cōiugata eſt adulteriū ita nec oīs lapſus virginis i delectatiōnē venereā ē virginitatis ꝯiclitatio Exēplū tēpōt dari de iuſticia ſm diuerſas ei⁹ ſpēs ⁊ de tēperātia ſm diuſas ei⁹ ſpēs Et ſi dicas. ſi hec ſint vera ſequit̄ ꝙ aliquis ſimul erit caſtus et nō caſtus

Ad rônes.

Malū op⁹ libidinoſū

sed hoc est impossibile igit. et pz ɔñs qz bene sequitur iste est virgo: g est castus ab inferiori ad superius qz dictuz est q castitas est superius ad virginitatē et sequit etiam iste aliquā castitatez perdidit et habet impudiciciā oppositā g est nō castus z ita iste est cast⁹ z nō cast⁹. ¶ Ad hoc rñdeo

Castus et castitas cōcreta dupli͛r accipiuntur

q castitas et alia cōcreta virtutū accipiunt dupli͛r vnomō mere affirmatiue et tūc castus est omnis qui aliquā castitatem habet et oīs est iustus qui aliquā iusticiam habet. et hoc mō cōcedo primaz ɔñiam et ɔñs eius sed nego scdam. non enī sequitur iste habet aliquā impudiciciā g est nō castus qz ad hanc iste est nō castus sequitur q nullā castitatem hz sed bene sequit q est impudicus. i. aliquā impudiciciam habens. Alio mō accipiunt partim affirmatiue et partim negatiue. z tunc castus est qui et aliquā castitatē: z nullā impudiciciam habet sicut iustus q aliquā iusticiā hz et oī iniusticia caret z sic nego ɔñiam illā. hoc mō enim virgo nō est terminus inferior ad castū licz virginitas sit inferior ad castitatē qz hoc mō concretū includit aliqd sincathegoreuma qd non includit abstractuz ꝓpter quā inclusionē non sequit. oīs virginitas est castitas g omnis virgo est casta: sicut nō sequitur oīs castitas cōiugalis est castitas g omnis casta cōiugaliter est casta supposito q esse castā coniugaliter est cōiugem ex firmo mētis ꝓposito nulli nisi suo se ɔmiscere. ¶ Ad .xxi. admitto casuz z nego maiorē. nā retento casu eodem nisi q ponat q in illa nec corrūpant signacula nec fiat emissio seminis ɔstat q corpus polluit pollutione vitiū cū contactus z mot⁹ oīs exterior qui habet ibi malus z libidinosus denoīet a malicia z libidine volūtatis et ita caro illius polluit et exequit impudicicia et tñ cōstat scdm opinantes q nō pditur virginitas in casu in quo nec seminis emissio: nec ruptio signaculorum fieret.

Cōtra quintā cōclusionez

¶ Cōtra quintā ɔclusionem ar sic aut per qdlibz opus libidinosū pditur virginitas: aut p aliqd sic z aliqd non. nō scdm qz omnis vident eiusdē rōnis nisi q ex aliquibus sequit resolutio seminis et ex aliquibus nō. nec primū qz tunc p quālibet cogitationez morbi perderet virginitas i masculis. Ad hanc rōnem rñdet et dicitur scdm aliqd enim opus libidinosum viri virginis est tam notabili͛r sensibile q si non sit impedimentū sequit resolutio seminis: z per omne tale perditur virginitas in viro. aliud non est ita notabiliter sensibile et per illud non perditur virginitas.

Querit scdo vtrum

virginitas sit virtus. Ar q nō: virginitas nō est licita g virginitas nō est virtus. añs pz qz est cōtraria precepto legis nature qd ponit Gen. i. Crescite et multiplicamini et replete terram. In oppositū ar auctoritate Am. li. de virginitate ita dicentis. inuitat virginitatis amor vt aliquid de virginitate dicamus ne velut transitu quodaz perscrutata videat q principalis est virt⁹. ¶ Notandū q virginitas accipit tripli͛r

Tripli͛r accipit virginitas

vnomō ꝓ integritate corpis opposita corruptiōi q fieri solet p opus libidinosū. Scdo mō accipit ꝓ ꝓposito seruādi virginitatis corporis ppetue. tercio mō ꝓ ꝓposito nō deserēdi eā nisi p op⁹ cōcessum et licitū. ¶ Prima cōclusio virginitas p̄io mō nec virt⁹ est nec viciū. pz qz talis est in corpore z in anima sicut natura z non ex assuefactiōe et ergo nec virt⁹ est nec viciū.

Prima ɔclo

¶ Scda cōclusio. virginitas tercio mō est virt⁹. pbatur oīs habitus electiu⁹ in medietate existens determinata recta rōne est virtus: sed virginitas tercio mō est huiusmodi. Nam nolle frangere hmōi integritatez quousqz oportunū sit et recta rō dictet mediat inter velle eā frangere añqz recta rō dictet: z nolle eā frangere cū recta rō dictat: ergo huiusmodi virginitas est virtus. Scdo oīs castitas est virtus: sed talis virginitas est castitas cū sit abstinentia a delectationibus venereis vbi qñ quō et gratiā⁹ recta rō dictat abstinendū. qd aūt tale ꝓpositū sit virginitas. probat oīs castitas hñs ꝓ obiecto integritatē corporis oppositā corruptioni libidinose est virginitas: sz hmōi ꝓpositū est castitas hñs integritatem corporis oppositā corruptioni libidinose ꝓ obiecto cū eius propositū seruandi integritatē corporis z nō deserēdi eā quousqz et quō recta rō dictauerit eā esse deserēdā. Cōfirmatur ex vsu z appellatione tā vulgari qz poetarū qz oīm sapientum q tales appellant virgines.

Scda ɔclo

¶ Tertia cōclusio. virginitas scdo mō ē virtus ꝓbatur vbicūq cōtingit excedere z deficere ibi pōt esse medietas laudabilis. sed in seruando perpetua integritatē signaculorū virginaliū ɔtingit superabūdare vt in illo q vellet seruare eā cum necessitas hūane multiplicationis hic dictamē recte rōnis cogit eā frangere z cōtingit deficere in seruando eā vt cōtingit in hijs qui nō sūt apti ad hūanā generationē z si vis stare in mera ratione naturali adde q actus venere⁹ sit eis in detrimētū sanitatis z bone habitudis z q hoc cognoscās pbabiliter aut q patitur egritudinē que p actuz generationis transfūdentur in prolē sicut cōtingit in leprosis.

Tertia ɔclo

Scdo pbat rōe quā videt innuere Tho. abstinentia ab illo actu quē recta rō nō pcipit exercere qualis ad sūmas aic virtutes accrēdas z ad earū ops exercenda ē laudabilis: sed virginalis abstinentia est hmōi valet enī maxie ad ops cōtēplatiōis z ad studiū phie z ad virentiū ops z multo magis pficiet i his si abstinent qz si nō abstineant. ¶ Tercio oīs abstinentia a venereis voluptatib⁹ i illis q ad eas p vsū nō cogunt nec ex necēitate cōseruāde spēi nec ex cōgruitate ɔseruādi idiuidui est laudabil z virtuosā: sz multi sūt quos nec necessitas nec cōgruitas predicta cogit ad vsū venereax delectationū: ergo total abstinentia i eis ē laudabilis et virtuosā. Sed ad rōes istas respondet Bu. q bñ cōcludūt q virginitas z abstinentia perpetua a venereis est virtus quia sunt aliqui quos recta ratio dictat abstinere debere p totam vitā. puta hoc expedit leprosis ne sanos inficiant aut p=ꝓlē putridā et corruptā generent egrotis sterilibus z pauperib⁹ q nō possent ꝓlē cōpetenter alere: sed nō pbāt rōnes q abstinentia ppetua a venereis sit secundū se virtus cū rationes videant cōcedere hoc aliqñ nō expedire. nō enī hoc expediret regi cui si discederet sñ ꝓle tirān⁹ crudelissimus succederet aut bellū interminabile verisimi

liter oriret. nec expediret collectiue oībus deuīc ciuitate aut regno: nec expediret vt dicit idem. ꝗ lic regio sine vicio ꝛ detrimento suo generare poterit: et ex hoc cõcludit ꝙ virginitas que est perpetua abstinentia a venereis nõ est virtus scḋm se qꝛ in aliquibus est virtus et ĩ aliquibus nõ. nã ꝗ virginitas scḋm se est virtus: oīs virginitas est virtus. sed iudicio meo Bu. deceptus est ĩ hoc. Nã nemo est qui nõ ꝯcedat ꝙ reddere alteri qḋ suũ est: est actus virtutis ꝛ iusticie et tñ constat ꝙ reddere furioso gladiũ suũ quo ꝓbabiliter credet tur eo male vsurũ esse nõ est actus iusticie sed iniusticie. ſimilr aggredi hostẽ est actus fortitudis et tñ constat ꝙ in aliquo casu aggredi hostẽ est actus audacie ꝯrie fortitudini. et ideo ꝓ solutione oĩm que obijciunt a Bu. ꝛ ab alijs. Est aduertendũ ꝙ hoc nomẽ virginitas ex impõne sua nõ videtur dicere nisi corꝑalẽ abstinentiã a venereis nec videtur nomẽ ipm aliquid de cõformitate ad rõnẽ rectam: aut de rõnis moderatione ĩportare qualr importãt alia noĩa virtutũ puta temꝑantia/ iusticia/ fortitudo/. ꝛ tunc cõcedo eũ Bu. ꝙ hoc nomẽ virginitas est tantũ nomẽ vicij q̄z virtutis nõ solũ scḋm moralez rõnem sed etiã scḋm sacre scripture testimoniũ. nã ꝓpositũ perpetue abstinẽtie in eo quẽ recta racio dictaret nõ debere perpetue abstinere esset viciosum. ſimiliter abs ꝓpositũ in eo quẽ recta racio dictaret ꝯgruũ esse abstinere vel posse sine periculo et detrimento ꝛ sui ꝛ aliorum abstinere esset actus virtutis et preterea in sacris lris alique vocant fatue virgines quibus clausa est ianua celestis. sed lꝫ hec sit ĩpositio nõis tñ ex vsu auctorum virginitas in sua rõne vel castitatem vel temꝑantiã vel moderationez includit ita ꝙ hoc nomẽ virginitas apud eos tñ valet q̄ꝫ hoc cõplexum temꝑantia virginalis ꝛ tunc in sua diffinitione ponit moderatio rõnis vel cõformitas ad rõnem vel aliquid equiualens ita ꝙ hoc modo debet diffiniri. Virginitas est propositũ casti vel temꝑatuz integritatis corporalis ꝑpetue seruande. constat aũt ꝙ omne tale propositũ est actus virtutis ꝛ ꝙ in rege aut filia regis aut multitudine totius regni aut in cõiuge tale propositum nec castum esset nec temꝑatũ sed potius eẽt propositũz insensibilitatis temꝑantie ꝯrie. Qḋ autem dixi in cõiuge intelligo regulariter ꝓpter gloriosissimam virginẽ que cum coniugio virginitatẽ eminentissimaz seruauit ꝛ sicut ꝯcedimus ꝙ omnis temꝑantia est virtus: et oĩs fortitudo est virtus ꝛ sic de alijs ita ꝓximõ de virginitate sbdicare possumꝰ nomẽ virtutis vꝫ. Nã oĩs virginitas est virtꝰ qꝛ oĩs virginitas ẽ ꝓpositũ integritatis recte rõni ꝯforme ꝛ propositũ integritatis qḋ nõ est recte rõni ꝯforme nõ est virginitas: sꝫ potius insensibilitas vt dictũ est. ex q̄bus patꝫ ꝙ sequẽti naturalẽ rõem nõ est negandũ virginitatez esse virtutẽ ꝛ ꝙ etiã ex dictis Bu. indubitãter hoc conuinci põt accepto nõie como quo dixi. Qḋ si dicas nomẽ ipm nõ sic debere accipi iã erit disputatio de nõie ad quod tñ concedendũ sꝫ auctorũ vsus cõpellet. ¶ Quarta cõclusio virginitas nullo voto firmata est virtus que ꝯclusio ponit contra. Tho. qui. ij. ij. q. clij. ar. i. iij. in responsiõe ad

Quarta cõclusio

querti argumentũ dicit ꝙ virginitas secundũ ꝙ est virtus importat propositũ voto firmatum integritatis perpetuo seruãde. Hic autẽ nõ intendo dicere ꝙ virginitas que est voto firmata non sit virtus: hoc enĩ falsissimum et hereticum esset. Sed volo dicere ꝙ propositum simplex et nõ voto firmatũ de perpetuitate integritatis est virtus probatur ergo conclusio. propositum illud nõ firmatum voto est actus humanus: aut ergo est bonus aut malus: si bonus et laudabilis cum in mediate consistat vt supra probatum est sequitur ꝙ est virtus: si malus ergo que perpetue contineret sine voto q̄uis etiam aptus esset scḋm rectam rationem ad perpetuam continentiam perpetuo peccaret. Secundo propositum huius integritatis perpetue antequã sit firmatum voto aut est rationi conforme aut difforme aut neutrum. Non tertium quia est actus humanus et deliberatus si primum q̄ est actus virtutis: si secundum ergo votum nõ est de meliori bono: sed est de malo et difformi recte rationi ita ꝙ votum cadet super id quod nõ sit bonum nisi per ipsum. Tertio quicquid licite potest fieri per votum licite ꝛ rationabiliter põt exerceri sine voto vt pꝫ de pauperitate obediencia. et alijs super quibus vota cadere solent: sed virginitas ex voto est bonã: laudabilis: et virtuosa: igitur est sine voto. ¶ Quarto in aliquo casu contingit ꝙ virginitas non firmata voto est laudabilior q̄z voto firmata: ergo si virginitas voto firmata sit virtus etiam voto non firmata erit virtus. aũs patet in casu quo frater regis francie cognosceret probabiliter ꝙ si rex sine herede decederet regnũ transiret ad tirannum aliquẽ crudelissimũ ꝛ alijs cognoscẽs res humanas in maioribus ꝑsonis sicut in minoribus esse varijs casibus subiectas ꝛ dubitans an necessitas tẽporalis regiminis sufficiat ad resiliendũ a voto in tali enim casu videtur esse consultius ꝙ ipse ꝑmaneret in proposito ꝑpetue virginitatis seruande ita firmo ꝛ ĩmobili ꝙ nunq̄z esset ipsum deserturus nisi causa predicte necessitatis q̄z simpliciter et absolute tale ꝓpositũ voto firmaret. ꝙ quãuis etiam forte esset cõsultius firmare propositũz suum voto sub conditione tamen apud nullũ potest esse dubium quin frater ille habens ꝓpositũ illud per totam vitam suam sine voto esset laudãdus ꝛ actus sue virginitatis multum excellens. Quinto. Omnis temperantia est virtus/ sed virginitas nullo voto firmata in personam quã nec necessitas nec cõdecencia vrget ad oppositum est temperantia ergo est virtus. Huius sententie videtur fuisse Ciprianus epistola decima ita de virginibus quibusdam dicens. ꝙ si se ex fide xp̄o dicauerunt pudice ꝛ caste sine vlla fabula perseuerent ita fortes ac stabiles premium virginitatis expectent. si autem perseuerare nolunt vel non possunt melius est vt nubant q̄z in ignem delicijs suis cadant. Constat autem ꝙ si tales vouissent virginitatem non possent postea nubere ergo sequitur ꝙ in aliquibus sine voto interdum est propositum integritatis perpetue laudabile et virtuosũ. ¶ Quinta conclusio. Et si ꝑpetua virginitas interdum ex fine certo reddatur laudabilis

Quinta cõclusio

interdum tamen sine quocunque fine creato excellentioris virtutis rationem habet. probatur quia potest quis interdum assumere huiusmodi propositum vt commodius et liberius vacet rebus diuinis et contemplationi veritatis a qua vicia carnalia multum retrahunt. Secunda pars probatur quia omnis actus quo quis abstinet a delectationibus non necessariis tam simpliciter quam ad bene esse propter solum amorem dei et nō propter amorem alicuius boni creati inde cōsequendi est actus excellentis virtutis etiam excellentioris quam si abstineret propter amorem alicuius boni creati:sed multi sunt quibus delectatio venerea nullomodo est necessaria ergo abstinētia ab hijs propter deum est actus excellentis virtutis. Secundo quicquid ego possum rationabiliter facere pro bono creato:ego possum etiam facere propter amorem boni increati si verisimiliter ego cognoscā illud esse sibi gratū et delectabile:sed ois quem nulla necessitas ad oppositum virginitatis cōpellit scit virginitatē suam deo esse gratā et acceptam ergo eum possit rōnabiliter suscipere propositū eius perpetuo seruāde propter bonum aliquod creatū consequendum multo magis propter amorē dei. ¶Contra primā conclusionē arguitur sic. Nulla virtus a nō virtute dependet: sed virginitas mentis que est virtus dependet ab integritate corporis:ergo integritas corporis est virtus. Maior probatur quia si sic sequeretur quod per positionē alicuius mere naturalis de opere virtuoso fieret opus nō virtuosum verbigratia. si per possibile vel impossibile deus repararet integritatē perditā propositū mentis ante corruptionem integritatis est virtus:ea corrupta nō est plus virtus:ea vero integrata iam est virtus. ¶Ad primā nego maiorem virtus enim dependet a potentia intellectiua et voluntate quarū nulla est virtus. Et ad probationem nego cōsequentiam et ad probationē dico quod nō est idem propositum mentis numero quod erat ante inexistentem corruptionem et tempore corruptiōis et tempore integritatis. propositū enim illud ante corruptionē habuit integritatem presentē secundum quod hmōi pro obiecto quā remota nō remanet idem obiectū et per cōns nec idem propositum et ita corrumpitur propositū sicut obiectū desinit inexistere. ea autem per possibile vel impossibile reparata tūc opus quod elicitur nouus actus siue nouum propositum et per cōns ibi non est tantū mutatio penes ens mere naturale sed etiam penes actū voluntatis. ¶Contra secundam conclusionē arguitur sic. De rōne virtutis est velle vel nolle firmiter et immobili iudicio sed qui habet propositum seruande integritatis vsque ad certum tempus non vult firmiter et immobiliter quia non vult nisi ad tempus ergo tale propositum non est virtus. Secundo. nulla virginitas habet corruptionem integritatis pro obiecto:sed tale propositum habet corruptionem integritatis pro obiecto cum nō proponat seruare integritatem nisi vsque ad certum tempus et post illud tempus coniugem fieri et dare alteri potestatē sui corporis igitur tale propositū nō est virginitas et per cōns nō est virtus. Ad primā cōcedo maiorem et nego minorem et ad probationem concedo assumptum et nego

Cōtra primā cōclusionem

Ad rōnem

Cōtra secundā cōclusionē

consequentiam. ad propositum enim immobile non requiritur quod sit volitio vel nolitio pro semper:sed sufficit quod sit volitio vel nolitio pro quocunque tpe:recta rō dictabit ita esse volendū vel nolendum. Ad secundam nego minorem et ad probationem nego assumptum:sed dico quod per actū qui est virginitas nō proponit coniugem fieri. Sunt enim ibi duo actus vnus est volitio integritatis vsque ad. a. tēpus. alius est volitio cōiugij post. a. tēpus. primus pertinet ad virginitatem et nō secundus. quod si esset vnus equiualens vtrique tunc ille actus nec esset formaliter virginitas nec actus cōiugij sed equalet vtrique. ¶Cōtra tertiam conclusionem arguitur sic. Omnis virtus reparatur per penitentiā:sed virginitas secundomodo nō reparatur per penitentiā ergo virginitas secundo mō non est virtus. Secundo virginitas cōdiuiditur viduitati et pudicicie cōiugali sed nulla illarū est virtus:ergo nec virginitas. Tertio virginitas secundomodo contradicit illi precepto legis nature. Crescite et multiplicamini et replete terram:sed nulla virtus contradicit precepto legis nature:igitur virginitas nō est virtus. Quarto quicquid recedit a medio virtutis est vitiosum:sed virginitas recedit a medio virtutis cum iubeat abstinere ab oībus delectatiōibus venereis igitur virginitas nō est virtus. Confirmatur per Aris. secundo ethi. dicentem quod qui omni voluptate potitur et neque ab vlla recedit intemperatus est. qui autem oēs fugit agrestis est et insensibilis. Quinto Apud antiquos puniebantur oēs qui celibē vitam ducebant vt dicit Vale. et Pla. secundum Augu. in de vera religione sacrificasse dicitur vt perpetua eius cōtinentia tanquam peccatū aboleretur: ergo virginitas nō est virtus. Sexto ois virtus cōsistit in medio: sed virginitas cōsistit in extremo et non in medio cum abdicet omnē voluptatem venereā: ergo non est virtus. Septimo. Nulla virtute male contingit vti:sed virginitate male contingit vti:ergo virginitas non est virtus Maior est Augus. et habetur etiam primo rethorice. Et minor probatur Nam si primi parentes ea vsi fuissent male vsi fuissent. Similiter si rex vteretur ea male vteretur cum careret prole que succederet in regnum. Octauo. Omnis virtus inclinat ad operandū vbi quando et secundum quod oportet: sed virginitas non inclinat ad operandū quod oportet igitur. Minor patet. Tū primo quia virginitas nō inclinat ad operandū sed ad abstinendū. Tū secundo quia licitū est nubere et nō oportet semper abstinere:ergo cū virginitas inclinet ad semper abstinendū ipsa nō est virtus. Nono Nulla virtus inclinat contra illum finē ad quem natura rem ordinauit:sed natura ordinauit mēbra genitalia ad actus venereos propter prolem suscipiendam ergo nulla virtus inclinat ad perpetuo abstinendum ab hmōi actibus et per cōns virginitas nō est virtus. Decimo. Ois virtus moralis pōt omni homini cōicari:sed virginitas nō pōt omni homini cōicari. Tum quia non omnis hō habet integritatem corporis. Tum quia si ess& omnibus cōicata deficeret humana generatio. Undecimo Volo quod sint due femine quarum vna sit corrupta ea nesciente alia sit integra/tūc vtraque habeat propositū integritatis perpetuo seruāde cū oīb⁹ paribus circūstātijs. arguo sic ista duo proposita sūt eiusdē spēi

Cōtra tertiam pclōnē.

et rõnis qz quelcq̃ obiectũ virtutis illud vel saltez simile scḋm spẽm est obiectũ alterius τ econuerso: sed ppositũ illius que ẽ corrupta nõ est actus virtutis cũ nõ sit rõni recte sed erronee cõformis ergo nec ppositũ integre nõ est virtus τ tñ ẽ virginitas recta rõne regulata: ḡ virginitas nõ est virtus. Duodecimo. Dis habitus qui scḋm pprium rõnẽ eius est virtus in quocũq̃ inueniatur semp est virtus: sed virginitas in aliq̃bus nõ est virtus: puta in hijs quos necessitas aliqua ad actꝰ venereos scḋm iudiciũ recte rõnis cõpellit: ḡ virginitas in nullo est virtus. Decimotertio. Virginitas ẽ virtus vel eadẽ castitati vel a castitate distincta sed nõ est eadẽ castitati cum castitas sit cõis viduitati et castitati cõiugali: nec distincta qz super castitatem que carnis est nõ addit nisi integritatem carnis: sed virtutis essentia nõ est in carne igit̃ nõ est distincta a castitate τ per cõñs nõ est virtus. Decimoq̃rto. Ponat̃ q̃ aliqua sit virgo ẽ scḋm statuz ecclesie in caritate manens nubat constat q̃ scḋm Apos. nõ peccat. Tũc sic. hec non amittit aliquã virtutem τ tñ amittit virginitatẽ: ḡ virginitas nõ est virtus.

Pūa ɔclo ¶ Sit igitur prima cōclusio. virginitas deo per votum sacrata virginem inclinat ad fugiendum habitus illos in quibus aut ratione pompe: aut ratione forme iudicium quoddam apparet libidinis. Probatur primo. virginitas perfecta inclinat ad fugiendū ea per que ipsa faciliter periclitari potest. Sed per huiusmodi habitus faciliter periclitari potest virginitas ergo ipsa inclinat et cē. maior patet quia quantum aliqua virtus inclinat ad actus quibus conseruatur tantum videtur inclinare ad fugiendum actus quibus destruitur. Minor patet quia que talibus habitibus vtuntur iuuenum mentes in se allicit et prouocat eos in flammis et ab his contra sacrum eius votum sollicitatur importune. difficile est autem cōtra tantam importunitatem persistere maxime vbi habentur signa et iudicia animi in vera stabilitate sui ipsius prol ipsi. q̄d innuit Ciprianus epistola qua agit de habitu virginum. Ceterum inquit si tu te studiosius comas et per publicum notabiliter incedas oculos in te iuuentutis illicias suspiria adolescentum post te trahas concupiscēdi libidinem nutrias peccandi fomenta succendas et cē. sequitur excusari non potes quasi mente casta sis et pudica redarguunt te cultus improbi et impudicus ornatus nec computari iam potes inter virgines et puellas christi que sic viuis vt possis adamari. ¶ Secundo virginitas perfecta inclinat ea fugere per que castitas in alijs regulariter periclitatur et deperit quia sicut iustus amat iusticiam in se et in alio et similiter magnanimus et mansuetus ita castus amat eam in se q̄z in alio castitatem. Sed per huiusmodi habitus periclitat castitas in alijs secundū illud. Cipriani quod eodem loco habet: vt et si ipsa non pereas alios tū perdas et velut gladium te et venenum videntibus prebeas ergo virginitas pfecta inclinat ad fugiendū huiōi habitus. Tercio virginitas inclinat fugere ea que non nisi prostitutis et impudicis congruunt sed huiōi ornamenta ac cōpte vestes non nisi prostitutis et impudicis feminis congruunt dicente Cipriano eadē epistola. Ornamentorum ac vestium insignia et lenocinia formarum non nisi prostitutis et impudicis feminis congruunt et nullarum fere preciosior cultus est q̄z quarum pudor vilis est. Probatur etiā eadem minor per illud quod habetur in apocalipsi et venit vnus ex septem angelis habentibus fialas septem et aggressus est me dicens veni ostendam tibi damnationem meretricis magne sedentis super aquas multas cum qua fornicati sunt reges terre et duxit me in spiritu. Et vidi mulierē sedentem super bestiam et mulier illa amicta erat pallio purpureo et coccineo et adornata erat auro et margaritis et lapidibus preciosis ferens poculum aureum in manu sua plenum execrationis et immundicie et fornicationis tocius terre vbi secundum sententiam Cipriani describitur ciuitas meretrix compta pulchrius et ornata et cum ornamentis suis ac propter ipsa potius peritura. Quarto probatur q̄ per huiusmodi ornamenta et vestes periclitetur virginitas per illud ysaie exaltate sunt filie syon et ambulauerunt alto collo et nutu oculorum et incessu pedum trahentes tunicas et pedibus suis incedentes et humiliabit dominus principales filias syon et reuelabit dominus habitum earum et auferet dominus gloriam vestis illarum et ornamenta earum et crines et circulos et lunulas et discriminalia et dextralia et armillas et boronatum et specula et annulos et inaures et serica contexta cum auro et iacincto et erit pro suauitate puluis et pro cingulo reste cingeris et pro ornamento capitis aureo caluitium habebis: quibus verbis secundum sententiam Cipriani ornatus et comptitudo vestium causa esse significatur corrupte virginitatis. hinc inquit corruptas esse virgines hinc a cultu vero et diuino destitisse pronunciat et exaltate ceciderunt tempore turpitudinem feditatemq̄ meruerunt serico et purpura indute christum induere nō possunt. Quinto ille que mentis et corporis integritatem et pulchritudinem deo vt sibi placerent perpetue virginitatis voto sacrauerunt non debent niti vt de eadem pulchritudine hominibus placeant: quia per hoc q̄ sacrata est deo ablata est hominibus. Sed vestis preciosa ornata et compta fit vt placeamus hominibus. per votum autem sacrata est et integritas et pulchritudo virginum deo: igitur. Maior patet per Ciprianum vbi supra dicentem nec ornari aut placere cuiq̄z nisi domino suo studeant a quo et mercedem virginitatis expectant et paulo post hi sunt qui sequuntur agnum quocunq̄ ierit q̄ si christum continentis sequitur et regno dei virginitas destinatur quid est illis cum terreno cultu et cum ornamentis quibus dum hominibus placere gestiunt: dominum offendunt non cogitantes esse predictum: qui hominibus placent confusi sunt quoniam deus nichil fecit eos. Et Paulus ait si hominibus placere vellem christi seruus non essem. Sexto probatur eiusdem Cipriani auctoritate ibidem dicentis. Continentia vero et pudicicia non in sola carnis integritate consistit sed etiam in cultu et ornatu honore pariter et pudore. Sed cōstat q̄ continentia non consistit in cultu et ornatu dis

conuenienti castitati nisi vt eum fugiat: et conue
nienti castitati: nisi vt eum suscipiat: ergo virgini
tas inclinat &c. Septimo virginitas nō solum in
clinat habentem eam ad saluandū integritatem
mentis et corporis. Sed etiam ad hoc q̄ intelli
gatur & credatur esse in eo qui eam habet ita q̄ fa
cit inclinationem circa exteriora talem vt nemo
qui viderit dubitet eam esse virginem et per con
sequens inclinat ad exhibendum exterius ea que
cōsentanea sunt integritati interiori & nō ad infa
mandum tantum bonum cultu corporis. Sed ha
bitu ornatus et comptus qui p̄e se fert iudiciū
quedā libidinis facit vt que virgo est credatur nō
se virgo nec consentit cum interiori integritate
sed infamat bonum virginitatis igitur. maior est
Cipriani ita dicentis. virgo non esse tantum sed
et intelligi debet et credi. Nemo cum virginem
viderit dubitet an virgo sit parem se integritate
in omnibus prestet nec bonum corporis cultus
infamet. Octauo ornatus corporis eo solo fine
laudabilis videtur vt ornata mulier placeat viro
aut quem habet: aut quem querit vt habeat. sed
virgo voto perpetue virginitatis nec virum ha
bet: nec virum querere debet vt habeat igitur.
Hanc rationem facit Ciprianus cum ait. Quid
ornata: quid compta procedit quasi maritum
aut habeat aut querat. Timeat potius placere si
virgo est nec periculum sui appetat que ad meli
ora et diuina se seruat & sequitur que virum non
habent cui placere se simulent integre et pure nō
tantum corpore sed etiam spiritu perseuerant.
Nono exterior cultus cohercendus est in mulie
re. et secundum ecclesiasticam disciplinam mode
randus ergo multo magis in virginibus. conse
quentia probatur quia mulieres excusant cultus
et ornatus suos propter maritū. virgo autē nul
lam cultus sui excusationē & nullam velle causā
hz et cum non possit in alterū diriuare mendaciū
Scda pclo culpe ipsa sola manet in crimine. ¶ Secūda con
clusio perpetue virginitatis perfectus habitus
virginem inclinat vt nec comā nutriat nec depul
chritudine carnis glorietur. Hec conclusio proba
ri potest eisdem rationibus: per hec enim frequē
ter periclitatur mētis & corporis integritas. Proba
tur scdō auctoritate cipriani epistola qua supra
dicentis. Neqz enim fas est virginem ad speciem
sue forme comam nutrire aut de carne aut de eius
pulchritudine gloriari cum nulla sit illis magis
q̄z aduersus carnem colluctatio et vincendi aut
domandi corporis obstinata certatio non decet
enim vt que se carnis concupiscētijs renunciasse
pfitetur in eisdem quibus renunciauerat inueni
atur et sequitur deprehenderis virgo detegeris
Aliud te esse iactas et aliud affectas maculis te
concupiscentie carnalis aspergis cum integrita
te candida sis & pudore. Ex quibus cōcludit ne
minem christianum decet et maxime virginem
non decet claritatem vllā compulsare carnis & ho
norem: sed solum appetere sermonē dei bona in
eternum mansura complecti: aut si in carne sit
gloriandū tunc plane quando in nominis xp̄i
confessione cruciatur quando fortior femina viris
torquentibus inuenitur quando ignes aut cruces

aut ferrum aut bestias patitur vt coronetur illa
sunt carnis preciosa monilia: illa corporis orna
menta meliora. ¶ Tercia conclusio non decet vir Tercia pclo
ginem succis appositis pulchritudinē facici aut
crinium aut corporis ementiri. patz quia hec ex ma
listribus peccatorum et apostatarum angelorum
prodierunt. Illi enim vt ait Ciprianus ꝯdocue
runt oculos circū inducto nigore fucare et genas
mendacio ruboris inficere et mutare adulterinis
coloribus crinem et expugnare omnem oris et ca
pitis veritatem ergo nullas feminas decet hec fa
cere q̄ si nullas decet maxime virgines nō decet.
Aliam rationem addit Ciprianus quia talia fa
cere est temerarie impugnare opus diuinū et vel
le emendare quod fecit ac si male fecisset et mētū
tur vincere sententiam dn̄i dicentis nō potest fa
cere capillū vnū albū et nigrū & post multas ali
as suasiōes ita ꝯcludit virgines certe que se hmōi
artibus cōspersere inter virgines nō putē debere
numerari sed tanq̄z contactas oues & morbidas
pecudes a sancto et puro grege virginitatis ar
ceri ne contagio suo ceteras polluant dum simul
degunt ne perdant alias quecunqz perierunt.
¶ Quarta conclusio non decet virginem simul Quarta ꝯ
cum viris balnea adire. probatur primo que sunt clusio
contra pudicos et sobrios mores q̄ztameunqz li
centiam sibi per negligentiam vsurpauerint non
decent virginem et contra talia virginitatis ha
bitus inclinat. sed hec sunt contra pudicos et so
brios mores igitur. Maior probatur auctorita
te Cipriani Nec illo inquit pretereo qui dum ne
gligentia in vsum veniunt contra pudicos et so
brios mores, licentiā sibi de vsurpatione fecerūt
Minor probatur quia virgines per hunc modū
corpora sua dicata pudori pudicicie ac deo expo
nunt oculis virorum curiosis ad libidinē queeunqz
ea coram viris nudis nudant vident et videntur
turpiter et illecebram vicijs prestant sollicitant et
inmutant viros presentes ad corruptelam et in
iuriā sui. nec excusantur a crimine ob hoc q̄ illuc ve
niunt sola intentione lauandi corporis quia licz
neminem conspiciant impudice a multis tamen
impudice conspiciuntur licet etiam non polluāt
oculos suos turpi oblectatione & impudica dum
tamen oblectant alios ipse polluunt. Secundo
quia tales cum vestibus corporis verecundiam
honorem corporis ac pudorem exuunt et virgini
tatis locus denotandus et quasi contractandus
exhibetur Tercio tales nō habent verecundiaz vir
ginalem ergo tales non habent veram et perfe
ctam virginitatem quia illa perfecta inclinat ad
verecundiam virginalez. Antecedens probatur
quia illa que nuda inuerecundissime versatur in
ter viros cum est vestita multominus est inter vi
ros verecunda et ideo ait Ciprianus iam nunc
considera an cum vestita est verecunda sit inter
viros talis que ad inuerecundiam proficit audē
cia nuditatis. ¶ Quinta conclusio nō decet deo Quīta pclo
sacratas virgines nuptiarum conuiuijs interesse
patz quia in talibus vt in pluribus contingunt
lasciui sermones et impudica colloquia quibus ac
cenditur fomes libidinum Secundo quia virgi
nibus et nuptis vota et studia sunt diuersa: & cum

virginū animus nō sit ad nuptias nō debet eis es
se locus in nuptijs et maxime cū illic nichil vide
ant aut discat quod eas in ꝓposito virginitatis
confirmet ꝓpter quod fit vt que pudica illuc ve-
nit recedat impudica ꝛ licet ꝟgo corpore ꝛ men
te permaneat: oculis ꝛ auribus et lingua minu
it qd habebat scꝫ virtutes castitatis ꝛ pudicie et
que supradiximus. tandē probat Cipri. hoc
modo dicens sic: ꝙ ecclesia frequenter ꝟgines su
as plangit sic ad infames eaꝝ ac detestabiles fa
bulas ingemiscit sic flos oīa virginum extinguit
honor ꝯtinentie ac pudor perit gloria omnis ac
dignitas ꝓfanat sic se expugnans inimicus per
artes suas inserit sic insidijs per occulta fallenti
bus dyabolus obrepit ꝛ dū ornari cultius dum li
berius vagari ꝟgines volūt esse ꝟgines desinūt
furtiuo dedecore corrupte vidue anteꝗꝫ nupte nō
mariti: sed xpi adultere et ꝗꝫ fuerant premijs in
gentibus ꝟgines destinande tam magna suppli
cia ꝓ amissa sunt virginitate sensure: hec ille. Ex
quibus cōcludit ꝙ nec faciē nec ceruicem nec for
mam vel succis vel alijs modis corrūpere debent
ꝙ nō debent ferre in auro: nō armillas: nō mont
lia: nō aureos compedes: nō crines colore fucare
nō cum viris: sed cū feminis lauari: non nuptijs
non cōuiuijs lasciuis interesse quoꝝ periculosa
contagio est. vince inquit vestē que virgo es: vin
ce aurum que carnē vincis et seculū: nō est eius-
dem non posse a minoribus vinci: et imparē mi-
Sexta ꝯcl'o noribus inueniri. ¶ Sexta conclusio. Nō incli-
nat in fugam supradictoꝝ habitus virginitatis
immediate sed mediante actu suo elicito. ꝓbatur
quia fuga horum pertinet ad aliam virtutē puta
vel ad pudicitiā vel ad modestiā vel ad affabi-
litatē. Ad virginitatem autē non ptinet nisi in-
ꝗꝫtum predicta si non fugiantur nata sunt face-
re periclitari virginitatē ꝛ de hoc modo inclinatio
Cōtra pri- nis dictum est supra in multis locis. ¶ Contra
mā ꝯclōnē primam cōclusionē arguitur sic. Omne illud ad
quod inclinat aliqua virtus opponitur alicui qd
est incōpossibile actui illi' virtutis. sed huiusmo
di vestiū ornatū aut comptaꝝ visus non est in
cōpossibilis actui virginitatis cum stet cum illo
visu integritas mentis ꝛ corporis: igit. Secundo
virginitas in virgine non consecrata deo non in-
clinat in predicta: ergo nec virginitas deo perpe
tue sacrata. Cōsequētia tenet qꝛ ista ꝛ illa sūt eius
dē rōis. Et añs ꝓbat qꝛ tali virgini lꝫ se comptā
ꝛ ornatā gerere vt placeat marito quē querit. Ter
cio habituū specie differentiū sunt inclinationes
differentes specie: sed modestia et pudicitia ad
quas pertinent isti actus sunt habitus specie dif-
ferentes: ergo et inclinationes eoꝝ sunt spē diffe
rentes/ et per cōsequēs virginitas nō inclinat ad
actū fugiēdi talia. Quarto. Si sic hoc iō esset qꝛ
virgo debet soli deo placere ꝛ non hominibus sꝫ
hoc est falsum igitur. Maior patet ex vna ratōe
superius adducta ex auctoritate Cipri. Minor
probatur. Tum primo quia simul placere possu-
mus deo et hominibus eꝫ cōplacentia respectu
vnius non inferat displicentiā respectu alterius
iustus enim faciendo iusticiam simul placet deo
et hominibus. Tum secūdo quia cōplacere homi-
nib' i pulchritudine forme nullibi inuenit a deo
prohibitum: ergo in hac re complacere homini-
bus non infert displicere deo. Quinto. multe ta-
les virgines nobiles sunt et diuicijs affluentes: ꝙ
licet eis ratione nobilitatis et diuiciarum ormil
lis in auribus monilib' et alijs preciosis ornamē
tis vti. Consequentia tenet quia postquam deus
voluit eas talia possidere voluit etiaꝫ eas eisdem
vti. Sexto. Quia tales ita faciendo aut peccant
aut non. si nō sequit ꝙ ad fugam horꝫ non incli
nat virginitas. Nec potest dici ꝙ peccent quia si
peccant hoc maxime est quia se exponunt pericu
lo: sed hoc non quia periculū cui se exponunt nō
est confundens ꝛ obruens sed tantum circundās.
Septimo. Licet vxori ita se ornare et comptam
gerere vt pulchritudo sua placeat tam suo viro ꝗꝫ
alijs sed virgo non magis prohibet placere ho-
minibus ꝗꝫ vxor alijs a viro suo: ergo licet virgi
ni ita se ornatā et comptam gerere vt placeat ho
minibus. Octauo. Placere hominibus in pul-
chritudine et velle ꝙ homines iudicent eam pul
chram nichil penitus malicie includit. ergo vir-
ginitas perpetua non inclinat in oppositum hu-
ius. Antecedens patet quia in hoc nec iniusticia
est nec imprudentia nec timiditas aut audacia
nec intemperantia. ¶ Ad primam nego maiorē. Responsio ad obiectio nes.
Uirtus enim non inclinat tantum in fugaꝫ actuū
incompossibilium actui suo: sed etiam inclinat in
fugam actuum vel rerum inducentium ad actus
oppositos actui suo sicut conuiuere luxuriosis nō
opponitur formaliter actui castitatis/ castitas ta
men inclinat mediante actu suo elicito fugere cō
uictum luxuriosum et auditum sermonum turpi
um/ quia hec inducunt et inclinant et impetū fa-
ciunt ad actus oppositos actibus castitatis. Ad
secundam nego consequentiam quia enim querit
maritum licet sibi aliquid et expedit quod non li
cet ei que deo perpetuam virginitatem sacrauit.
Et ad probationem consequentie nego assumptū
Uirginitas enim sacrata deo habet multa pro ob
iectis que non habet alia virginitas scilicet circū
stantiam perpetuitatis/ abnegationem coniugij/
et votum aut promissionem factā deo. Ad terciā
concedo maiorem et minorem et conclusionem ꝓ
mi[m]a et nego secundum consequens cum conse-
quentia. nisi intelligatur de inclinatione imme-
diate facta ab habitu de qua concedo consequēs
de inclinatione autē facta ab habitu mediante ꝓ
prio actu elicito nego consequentiā et consequēs
Ad quartam concedo minorem de debito cōgrui
tatis et nego minorem quia placendo in pulchri
tudine sua hominibus periculum est ne virgini-
tas eius pereat et deo displiceat et hoc videtur te
tigisse Cipri. cum ait. Nunc quanta ignorantia
tui est animi. quanta dementia id velle quod et
nocuerit semper ꝛ noceat ꝛ putare vt inde ipsa nō
pereas. Unde alios perisse cognoscas. Ad primā
probationem minoris concedo assumptum. sed
ꝙ dico vbi placendo hominibus periculū est ne
deo displicere incipiamus licet vtriꝗꝫ placere pos
simus et forte liceat tamen non expedit. Ad secū
dam probationem concedo antecedens et conse-
quens nec enim dico ꝙ illa placentia sit peccatū

mortale: sed q̄ in fugam eius tanq̄ in aliquid periculosuz virginitati virginitas inclinat. Ad quintam concedo āñcedens ⁊ nego ɔñam Cipri. vtere (inquit ille) diuitijs ad res salutares: et ad bonas artes. vtere ad illa que deus precepit diuitem te sentiant pauperes/ locupletem sentiant indigentes/ patrimonia tua deo feneris. christuz ciba vt virginitatis perferre gloriam liceat: vt ad domini venire premia cōtingat multis precibus exora et alia multa. Et ad ꝓbationē nego assumptum. Nam et vocē homini deus dedit vt habet Cipri. et tamen non sunt idcirco amatoris cantanda aut turpia: et ferrum esse ad culturā terre deus voluit: nec homicidia sūt idcirco: nec q̄ thura et ignem deus instituit sacrificandum est idolis. Aliter tñ posset rñderi q̄ licet sed non expedit. Ad sextam dico q̄ aliquando peccant vt cuz hec faciunt voluntate nimiuz inordinata placendi hominibus et vt ab eis sollicitentur et amore sui capiantur: licet etiam non intendant eis rogantibus consentire: aut temptationi succumbere. Et cum dr̄ si nō peccent sequit̄ q̄ ad fugam ⁊c̄. nego ɔñam et causa est iaz satis dicta quia q̄zuis hec licerent nec peccetur faciendo tamē propter periculum non expediunt secunduz illud Apos. Omnia licent sed non omnia expediunt. Et cum probatur q̄ nō peccent quia ⁊c̄. Dico q̄ illa non est causa: sed inordinatum placendi desiderium. Ad septimam concedo maiorem pro prima parte scilz pro illa qua dicitur vt placeat viro sed nego pro secunda scilicz qua dicitur et vt placeat alijs. Videtur enim expedire vt se moderate et inter terminos modestie ornet vt placeat viro: sed non vt placeat alijs. Et nego minorem quia cū virgo se et corpus suum deuouit deo sicut vxorata se et corpus suum marito deuouit. ideo sic placere deo sibi expedit vt non placeat hominibus. Preterea est idem modus in muliere quo placeat viro et alijs hominibus: sed non est idem modus quo virgo placeat deo et hominibus qr placet deo amando et seruando integritatez mentis et corporis ⁊ fugiendo ea que huic integritati afferunt periculum. Eodem autem habitu et ornatu mulier viro et alijs placet neq̧ sibi tantuz imminet periculum quia habet virum qui ardorem concupiscentie maritali officio extingat.

¶ Ad octauaz dico primo q̄ illud videtur includere aliquid malitie siue culpe et criminis et huiusmodi actionez virginuz appellat Cipri. culpā et crimen in eadem epistola cum ait. q̄ si illi petrus scz et paulus mulieres admonent cohercendas et ad ecclesiasticam disciplinaz religiosa obseruatione moderandas que excusare cultus suos soleant per maritum: q̄zto id magis obseruare virginem fas est cui nulla ornatus sui competat venia nec diriuari in alterum possit mendacium culpe: sed sola ipsa remaneat in crimine. Ecce vbi cultum et ornatum appellat Cipria. culpam et crimen qd̄ verum est vbi desideriuz ostentationis pulchritudinis est ita inordinatum q̄ notabiliter excedit medium pudicitie: aut modestie aut affabilitatis aut alterius virtutis circa humanam conuersationē existentis aut scd̄m q̄ accedit ad inordinatū appetitum glorie. His autem seclusis non videtur dicere malitiam sed tantum dissuadetur a doctoribus propter periculum quod imminet per eam virginitati. eodez modo pene argui posset contra alias conclusiones et solui nisi q̄ in aliquib⁹ diceretur non licere quod hic dicimus nō expedire Ratio aūt opposi tum soluta est.

Utrum viduitas sit

virtus? Arguitur q̄ non quia circa vnam materiam non est nisi vna virtus: sed circa materiam venereorum est virt⁹ virginitas: ergo viduitas non est virtus. In oppm̄ Argui. Oīs castitas est virtus: sed viduitas est castitas: ergo viduitas est virtus. ¶ Notandū est q̄ viduitas accipitur tripliciter. Uno modo pro proposito perpetue continentie in ea que cuz corrupta sit est tamē a lege viri soluta ⁊ dicitur perpetue cōtinentie ad differentiam viduitatis temporanee de qua statim dicetur. Dicitur in ea que corrupta est ad differentiam virginitatis/ dicitur ⁊ a lege viri soluta ad differentiam castitatis coniugalis Aliomō accipitur pro ꝓposito temporanee cōtinentie in ea que cū corrupta sit/ est tñ a lege viri soluta sicut eñ est duplex propositū integritatis ita et cōtinentie vel celibat⁹. Tercio mō accipitur viduitas pro carentia ⁊ destitutione ab omni solatio humano, ita q̄ q̄zuis aliqua sit que habeat virū: quia tñ est pauper et impotens ⁊ caret opibus et amicis talis q̄ztuz ad indigentiam auxilij inter viduas numeratur ⁊ eum iubet dn̄s viduas sublevare et eas ijs qui in potestate sunt cōmendat: hoc viduarū genus cum alijs cōprehendit hoc modo accepisse viduam videtur glosa super psal. cxxxi. Vidua est omnis anima que intelligit se desertā omni auxilio nisi soli⁹ dei. he tamen non pertinent ad statum viduitatis scd̄m q̄ eius distinctio ex diuersis gradibus castitatis sumitur. ¶ Prima conclusio. Viduitas non dicit carentiam filiorum nepotū et familie. ꝓbatur quia aliqua que virum habuit post obitū viri habens firmū propositum abstinendi perpetuo a venereis recte rationi cōsonum est casta et non castitate cōiugali quia viro caret nec castitate virginali quia corrupta est: ergo viduali ⁊ tamē non caret omnino filijs nepotibus ⁊ familia ergo viduitas nō dicit carentiam ⁊c̄. ¶ Secunda cōclusio. Et si vidua sit aliqua que nunq̄z sacrabile cōnubiuz sortita est: nulla tñ ad viduitatis statum pertinet nisi q̄ sic corpore corrupta est vt virgo esse desierit. prima pars pz qr multe corripiūtur sine sacramētali cōiugio dēt ergo aliqua talis q̄ tacta diuinit⁹ ꝑpetue cōtinentie ꝓpositum assumat sicut legitur de magdalena ⁊ de maria egipciaca: constat q̄ castitatis huius non est virginitas nec castitas cōiugalis: ergo viduitas: lz tñ hec nō sit cōis appellatio: sed eas tñ vulgares viduas appellāt q̄ sūt legitimū cōiugiū sortite/ id vidua que derelicta est vocat̄. Scd̄a ps ptz quia que non est corrupta ptinet ad statum virginum ¶ Tercia cōclusio. Per hoc q̄ aliqua ad scd̄as aut tercias nuptias transijt si derelicta est non

Tripl'r accipit viduitas

Pria ꝯclo

Scda ꝯclo

Tercia ꝯclo

impeditur a statu viduitatis. Probatur vt precedentes quia talis cum assumit continentie perpetue propositum non est de statu virginum aut coniugatarum ergo ptinet ad statum viduarum. Probatur etiam auctoritate Am. dicentis Neque vero si que in secundas aut tercias nuptias transierit quas vtique apostolica non dampnant precepta quasi fructu pudoris emissiori rursus soluta fuerit a viro ab effectu viduitatis arceatur habebit illa quidem meritum castitatis: sed probatior erit que alterius non fuerit experta coniugium in illa enim studium eminet castitatis: huic vero aut senectus aut pudor modestie fecisse videtur nubendi huius tamen sententie vltima pars intelligenda est ceteris paribus. Contingit enim quod vna vidua contenta sit primis nuptiis et altera non propter amorem castitatis precise ita quod in eis cetera que facere possunt ad secundo et tercio contrahendum sunt paria et in hoc veritatem habet sententia Am. contingit vero aliquando quod cetera sunt imparia. Possibile est enim quod que non contraxit nisi semel multo diucius fuit cum illo vnico coniuge quam alia fuerit cum tribus contingit interdum quod in primo fuit multa impotentia reddendi debitum coniugis quod illa que abstinet a secundis hoc facit non propter amorem castitatis sed propter amorem liberorum quos ex primo suscepit contingit quod vna reperit secundas nuptias sibi et liberis multum oportunas et conuenientes. alia autem econtra/ contingere preterea possunt multe alie circumstantie propter quas impeditur ne ex nuptiarum multitudine inferri possit maior diminutio castitatis ideo in talibus nec faciliter iudicandum neque sunt leuiter regule generales ponende. ¶ Quarta conclusio. Et si deuotio orandi sedulitas ieiunia et pietatis opera veram viduitatem et adiuuent et tanquam signa quedam incident non sunt tamen ista de vere viduitatis essentia/ probatur prima pars auctoritate Am. li. de virginitate. Vidua predicetur vnius viri vxor etatis quoque iam probata precessum vidua religione/ et effeta iam corpore: cuius diuersorium in templo/ colloquium in prece/ vita in ieiunio/ que diebus noctibusque temporibus indefesse deuotionis ardet obsequio cum corporis cognoscent senectutem pietatis tamen nesciet etatem. Deuotio enim vtilis est viduitati conseruande. Nam per hoc quod amatur deus et colitur deseritur mundi voluptas que in venereis est maxima et per quod frequenter deum et celestia cogitantur a cogitatione carnalium voluptatum salubriter auertimur quia cogitatione nihil magis obest castitatem sequi volentibus. deuotio ergo est causa conseruande et augmentande castitatis vidualis et eiusdem iudicium satis vehemens cum sit iudicium conuersionis mentis in deum et auersionis a carnalibus voluptatibus. ¶ Orandi sedulitas etiam viduitatem adiuuat per remotionem eorum que impediunt eam aut corruptiua sunt eius adiuuat eam per modum meriti. precum enim et orationum instantia meremur vt deus in nobis castitatem vidualem et conseruet et augeat si et tamen precibus et orationibus vacare debet vidua et filios nepotes et familiam si quos habet non negligat. Et ideo ait Apos. prima ad thimotheum. v. si que vidua filios aut nepotes habet discat primum domum suam regere et mutuam vicem reddere parentibus hoc enim acceptum est coram deo quod autem vere vidua est et desolata speret in deum et instet obsecrationibus et orationibus die ac nocte. Ieiunia etiam vidualem castitatem adiuuant inquantum per eam maceratum corpus subiugatum rationis potentie non aduersatur: non rebellat. sed continentie legem perfert minus moleste. comessationes enim castitatem destruunt et corrumpunt. Et ideo Pau. i. ad Thimo. v. vidua que in deliciis est viuens mortua est et Hieroni. in quadam epistola. O filia si Apos. corpus suum in seruitutem redegit ne cum aliis predicat ipse reprobus efficeretur quomodo tu iuuencula adhuc in iuuentutis feruore postea dapibus et vino plena poteris esse de castitate secura. Eandem autem vim habent in corpore senectus et debilitas virium quam ieiunia immo maiorem. et ob hoc vult Am. quod vidua que probatur et laudetur ac si iam nichil dubitetur de castitate eius sit effeta corpore: antiqua etate. et longo etatis processu probata. Vult preterea quod diuersorium eius sit in templo propter tria. Primo quia templum est locus orationis et domus dei ideo frequentatio templi signum est amoris in deum. Secundo quia locus ille est minime aptus libidini: ideo vidua quanto magis locum illum frequentat tanto se magis a pruritu libidinis elongat. Tercio quia que diuersorium habet in templo fugit conuersationem hominum et mulierum qua conuersatione nihil est castitati periculosius. Et ideo Hiero. ad Eustra. Nolo habeas consortium matronarum. nolo ad nobilium accedas domos: nolo te frequenter videri et contempno esse quod noluisti. In conuersatione humana contingit audire et loqui frequentissime ea que parum congruunt castitati. Pietatis autem opera sunt merita respectu castitatis seruande et augende. et ideo in hec omnia inclinat habitus viduitatis mediante actu suo elicito et ipsa tanquam effectus quasi causam castitatem indicant et representant. ¶ Secunda pars probatur. quia proposito in aliqua contempta et a viri lege soluta solo proposito firmo perpetue continentie propter deum et si quod de aliis nihil proponat ipsa est casta castitate viduali que predicta non sunt de ratione et essentia castitatis vidualis. Antecedens probatur vt supra talis est casta et non castitate virginali aut coniugali ergo viduali.

¶ Quinta conclusio. Castitas vidualis est virtus multum excellens. Probatur omnis habitus electiuus in medietate consistens recta ratione determinata circa bonum difficile et excellens est virtus excellens: sed castitas vidualis est huiusmodi igitur. Minor patet pro vltima parte quia est circa reiectionem et abdicationem venereorum actuum que est opus difficile et multum excellens cum rationabiliter fit quod in medietate consistat. Patet quia contingit quod recta ratio aliquando dictat propter aliquas circunstantias quod est vacandum coniugio et tunc si non vacaret peccaret deficiendo. aliquando vero dictat non esse vacandum propter multa que ad hoc sapientem mouerent et tunc si vacaret paccaret superabundando contingit vero quod aliquando recta ratio dictat non esse malum indulgere coniugio: nec esse etiam malum sed magnum et excellens bonum perpetuam continentiam conseruare. Castitas autem vidualis inclinat vt nos medium inter hec extrema sequamur et perpetue continentie pro-

positum assumamus eā recta ratio nullomō dictat indulgendum esse cōiugio. ¶ Sexta conclusio. Castitas vidualis est a castitate virginali et coniugali specie distincta. pbata est ista conclusio superius et ostensa ex obiectis specifica distinctio. ¶ Septima cōclusio. Castitas vidualis est castitate virginali minus excellens. probat quicquid perfectionis reperitur in castitate viduali illud reperitur in castitate virginali et cū hoc aliquid aliud: ḡ castitas virginalis est perfectior. antecedens patz quia in viduali castitate reperitur propositum perpetue continentie et hoc idem reperitur in castitate virginali: et preterea in virginali reperitur propositum perpetue incorruptionis quod non reperitur in castitate viduali. Secundo si sint due incorrupte quarū vna ꝓponat firmiter perpetuam incorruptionem et alia proponat nubere sed nunq̄z transire ad secūdas nuptias immo proponat perpetuā continentiā post mortem mariti quem iudicio medicorū aut alio modo sit post paucos annos moriturū. cōstat ꝙ propositum p̄me est multo pfectius q̄z propositum scđe: et tamen ꝓpositū secunde continet virtualiter ꝓpositum viduitatis lz forte nō ita absolutū sicut in vidua iam a lege viri soluta. Tercio castitas in vidua q̄ transiuit ad secundas nuptias ceteris paribꝰ nō est ita perfecta sicut illa que nō trāsiuit ad scđas nec castitas in ea q̄ trāsiuit ad tertias nuptias ē ita pfecta sic in ea q̄ nō trāsiuit ad tertias ḡ castitas ī ea q̄ nullomō transiit ad nuptias & in qua semper perdurauit ꝓpositum integritatis est multo pfectior q̄z castitas in illa que transiuit ad nuptias qualis est vidua. Quarto cohibere se a coitu scđm dictamen recte rationis est laudabile ḡ magis se cohibere a coitu est magis laudabile & maxime: sed virginitas totaliter et maxime cohibet a coitu: ergo ipsa est perfectissima castitas et per consequens est perfectior castitate viduali. In hac autem cōclusione non intendo comparare viduam ad virginem secundum merita personarum: sed secundū altitudinem & dignitatem statuum. Non dubito enim multas viduas virgines nonnullas excessisse in merito sicut Maria magdalena et egipciaca: sed iste excessus nō ꝓuenit ratione dignitatis status sed ratione meritorū personaliū et dico ꝓbabiliter ꝙ si magdalena et egipciaca cū meritis illis magnis personalibus habuissent statū virginitatis fuissent excellentioris & altioris meriti q̄z fuit.

Cōtra primā ꝯclōnez

¶ Contra primam conclusionem arguitur sic. Que nepotes/filios/ parentes/ et familiam habet illa non est desolata: sed vera vidua desolata est et ab omni humano auxilio destituta igitur. Minor probatur per glosam super illud pri. ad Thimoteum quinto. Que autem vere sunt vidue et desolate sperent in domino et insistent obsecrationibus nocte et die dicentem Apos. ibi diffinit veram viduam ergo de ratione vere viduitatis est desolatio a mundi auxilio: spes in deum et orationis frequentia et hoc etiam ibidem dicit quedam glosa. ¶ Ad hoc dico ꝙ vidua scđm ꝓprietatem & vsum nominis eam significat que destituta est solatio non quolibz sed viri ꝙ si sit aliqua que omni prorsus humano solatio destituta sit illa non dicitur vidua absolute sed cum adiectione aliqua vt vere vidua/aut omnimode vidua et ideo in eodem loco Apos. prīo viduā appellauit que habebat familiā & filios & parētes postea autez illaz que omnino destituta esset humano solatio vere viduam appellauit talis autem dicitur vere vidua tam veritate desolationis humane q̄z veritate eorum ad que inclinat in vere desolata viduitatis virtus mediante actu suo elicito scz ad spem in domino et orationis instantiam/ hec autem vera viduitas non facit statum scđm ꝙ vera viduitas sed p̄cise scđm ꝙ viduitas. Nos autē hic loquimur de viduitate scđm ꝙ est nomen status & hoc modo intelligēda est glosa ꝙ si nō placeat ista solutio potest negari glosa illa & dici ꝙ non cōsonat textui. De intentione autē Apos. est videt ꝙ vera vidua dicat illa q̄ humano destituta est solatio & non includit in ratione sua spem in dño nec orationis istātiaz sed hortatur Apos. vetas viduas ad hmōi actus tanq̄z ad actus consentaneos proprijs actibus viduitatis et maxīe que circunstantiaz habet omnimode desolatiōis.

Contra terciā ꝯclōnē

¶ Contra terciam cōclusionez Arguitur auctoritate Ambro. li. de virginitate dicētis. vidua predicetur vnius viri vxor & effeta corpore &c. ergo illa sola in statu esse viduitatis dicenda esse q̄ fuit vnius viri vxor. Scđo. Illa in qua sunt certissima argumēta incōtinentie in nullo est statu castitatis: sed in vidua que transiuit ad scđas aut tercias nuptias sunt certissima argumenta incōtinentie ergo talis in nullo est statu castitatis. Maior patet quia status castitatis est incōtinentie incōpossibilis. Minor pz quia nō fit transitus ad secundas nuptias vt volunt doctores nisi causa incontinentie. Tercio. Non potest qui ad secundas et tercias nuptias transiuit ꝓmoueri ad sacros ordines ergo nec pōt talis ad statū viduitatis recipi.

Responsio

¶ Ad primā dico ꝙ ambrosius nō ostendit ibi q̄ sit vidua nec differentiaz eius a non vidua per illa verba ostēdit sed vult monstrare q̄ sit vidua ab omnibus sectae laudāda de cuiꝰ scilicet castitate iam ita cōstet, vt dubitari nō possit.

Responsio

¶ Ad secundam nego minorē et ad probationem prio respondeo negando assūptū scđo respōdeo negādo ꝯñaz quia licet in ea fuerit incontinētia cū ad secūdas nuptias transiuit tñ hmōi incontinētia potest esse sufficienter emendata & loco eius subinductus amor castitatis & ideo q̄zuis cōsideret transisse ad scđas aut tercias nuptias fuerit signū & argumentū incōtinentie que influis cū trāsibat non sequit propter hoc ꝙ sit argumentū incontinentie que iam insit. Possibile est autem et frequenter cōtingit vt que fuit incōtinens iam casta sit & continens. Ad terciā concedo antecedens et nego ꝯñam quia ordo sacramentum est & non virtus Viduitas autez virtus est et non sacramentum.

Cōtra septimā ꝯclōnez

¶ Contra septimā conclusionē Arguit auctoritate Am. li. prīo de viduitate dicentis. ꝓpe modū non inferioris virtutis est abstinere a coniugio qđ aliqñ delectauit q̄z cōiugij delectamenta nescire in vtroq; fortes vt eas cōiugij nō peniteat eū fidem seruent et cōiugalia oblectamenta

non eligens ne videuentur infirme que sibi adesse non possunt. Confirmat. in viduis est duplex virtus. Una est quia preteritis oblectamentis non trahuntur. Alia est quia etiam defuncto seruant thori fidem: sed in virginibus nō est nisi vna virtus qua scilicet non trahuntur venereis oblectamentis igitur. Secundo continentia viduarum est difficilior q̄z virginum ergo et excellentior. Antecedens probat quia experti coitum plus accenduntur in libidinem q̄z nō experti propter memoriam delectationis vt habet Aristo. in lib. de animalibus ergo viduis que coitum experte sunt difficilius est continere q̄z virginibus. ¶ Confirmatur quia videmus per experientiam q̄ iuuencule que etiam per violentiam corruptam sunt nō possunt ex continere ꝛ in libidinem spontanee ruunt que si non fuissent corrupte sine pena et molestia virginitatem suam vsq̄ ad honestum connubium conseruassent. sed hoc nō est nisi quia experte coitu magis accenduntur in libidinem igitur. ¶ Ad primum

Responsio

respondeo q̄ Am. non negat viduitatem esse inferiorem virginitate: sed bene dicit eam non esse multum inferiorem vt satis patz ex littera ꝛ in hoc bene dicit quia inter virginitatem et viduitatem nullus est gradus castitatis medius. ¶ Ad confirmationem dico q̄ vnica virtus virginitatis transcendit perfectione illas duas virtutes que ponuntur in viduitate. De fide autem coniugii dico q̄ nulla est ex vi sacramenti matrimonii respectu defuncti quia secundum Apost. mulier viro mortuo soluta est a lege viri: sed si ex spontanea voluntate fidem quam vi sacramenti viuo debuit ꝛ amorem extendat in mortuum bene agit et in hoc laudanda est. ¶ Ad secundum. quicquid sit de antecedente quia secundum diuersas circunstantias aliter et aliter dicendum esset. Negatur consequentia quia licet castitas vidualis ex difficultate sortiatur excellentiam multa tamen sunt in castitate virginali propter que maiorem habet excellentiam: puta perpetua integritas tam mentis q̄z corporis argumentum autem ex difficultate sumptum nichil concludit nisi ceteris paribus. Ad probationem antecedentis respondeo q̄ si concludat non concludit nisi de vidua que adhuc est in flore etatis et que est viuide complexionis et forte adhuc de tali non semper valet consequentia: quia sicut experta est delectationem coitus per quam allicitur ita experta est magnam turbationem rei familiaris coniugalis dominationem viri que aliquando et sepe dura est et multiplices occupationes et sollicitudines que eam cum erat sub lege viri angebant a quibus etiam distrahitur in nuptiis. ¶ Ad confirmationem dico q̄ quamuis in multis concludat verum: tamen hoc non videtur esse propter experimentum delectationis veneree quia illa vt videtur multum est tenuis ꝛ debilis in muliere cum primo corrumpitur: sed hoc magis videtur contingere propter ablationem et excussionem pudoris virginei qui virginem ne tentationi et importunitati eam sollicitantium consentiat retrahebat: eo vero excusso paruus tentatio sufficit vt succumbat. Ratio ante oppositum soluta est frequenter in multis locis.

Utrum ad statum

viduitatis exigatur votum? Arguitur q̄ sic per illud Apost. Vidua eligatur non minus lx. annorum vbi dicit sanctus q̄ eligitur ad velum vel ad plationem inter deo dicatas feminas ergo ad statum viduitatis votum exigitur. In oppositum est diffinitio nominis q̄ nullo modo votum includit. Notandum est q̄ viduitas est attributum certis personis conueniens aliquando vero est attributum conditionis tantum / aliquando conditionis et fortune / aliquando vero conditionis et virtutis: ꝛ aliquando conditionis fortune ꝛ virtutis. Quando est attributum conditionis tantum tunc significat eam que cum corrupta sit destituta est viri solatio quia caret viro. Secundo dicitur vidua que cum corrupta sit tamen et viri ꝛ auxilii temporalis solatio destituta est. Tercio dicitur vidua que cum corrupta sit ꝛ a lege viri soluta propositum perpetue castitatis suscepit. Quarto modo dicitur q̄ cum corrupta sit a lege viri ꝛ a cura temporali soluta ꝛ omni humano solatio destituta suscepit propositum perpetue castitatis et hec est quam vere viduam appellat Apos. hoc autem agimus de viduis vt est nomen conditionis et virtutis q̄ sub se continet viduam quarto modo dictam. ¶ Prima conclusio. Viduitatis propositum in multis voto firmatum est probatur quia sunt alique vidue q̄ velantur sed videtur q̄ tunc tales in susceptione velit publice deo castitatem promittunt igitur. Secundo omne opus supererogationis ꝛ consilii potest voto firmari sed viduitas est opus supererogationis ꝛ consilii ergo potest voto firmari. Tercio probatur per Apos. dicentem. adolescentiores viduas deuita cum enim luxuriate fuerint in christo cum nubere voluerint habentes damnationem quia primam fidem irritam fecerunt vbi glosa primam id est votum. Quarto per illud eiusdem glose Vouentibus virginitatem vel viduitatem nō solum nubere sed etiam velle nubere damnabile est. Quinto. super illud Apos iam etiam quedam conuerse sunt retro post sathanam dicit glo. post votum. ¶ Secunda conclusio. continentie votum non pertinet de necessitate ad viduitatis statum probatur votum non pertinet ad virginitatis statum ergo nec ad statum viduitatis. secundo. ponatur aliqua vidua que habeat in se propositum firmum perpetue continentie ꝛ in eo perpetuam vitam perseueret. Arguo sic. ista non pertinet ad statum coniugalem quia viro caret nec ad statum virgineum quia corrupta est ꝛ pertinet ad aliquem statum castitatis ergo pertinet ad statum viduitatis. ¶ Tercia conclusio. rationem viduitatis vt est nomen status hec sola tria integrant corruptio solutio a coniugio ꝛ perpetue continentie propositum. ¶ Patet quia cuicunq̄ hec tria conueniunt ei conuenit viduitas cui vero hec tria vel duo vel vnum horum defuerit ei viduitas deest. ¶ Quarta conclusio nō sunt ad votum viduitatis recipiende nisi ille que continentie perpetuo seruande legitima argumenta dederint. probatur primo auctoritate Apos. dicentis. Adolescentiores viduas deuita per quod innuit. Apos. eas nō esse faciliter ad votum viduitatis recipiendas Secundo per illud eiusdem Apos. Volo iuniores nubere q̄ ex-

Prima conclusio

Secunda conclusio

Tertia conclusio

Tria de ratione viduitatis

Quarta conclusio

ponens Am. dicit. Vicine est lapsibus adolescentia qz variarum est cupiditatum feruore calentia inflāmata etatis bonisqz doctoris est materiaz arcere peccati. pma eniz institutionis disciplina est culpam auertere. secunda virtutez infundere. tertia qz videtur secundum A pos qz vidua que suscipitur ad votum nō debet esse minus qz .lx. annorum et ob hoc iuniores adolescentiores nō esse recipiendas ad votum et iuniores vult nuptijs indulgere. Quarto probat auctoritate Am. li. de virginitate vbi respondet ijs qui reprehendunt euz qz virgines velabat nō satis mature etatis ita dicentis. plerisqz maturioris etatis virgines esse velandas volunt necqz ego ab imo sacerdotalis cautionis esse deberet vt non temere hoc faciat spectet plane spectet etatem sacerdos. sed fidei vel pudoris spectet maturitatez verecundie: examinet grauitatem virtutis: morū senectā: pudicitie annos: animos castitatis: tamen deinde sit matris custodia tuta comitum sobria sedulitas. si hec presto sunt nō deesse virgini longeua etas: si desunt puella tam moribus qz annis. Ex his arguo sic hec omnia sunt certa testimonia ꝯseruande continentie: sed hec omnia spectanda sunt in vidua igitur minor patet quia sunt spectanda in virgine que nunqz experta est delectationes venereas: ergo multomagis in vidua. Contra secundam conclusionem argui posset omnibus auctoritatibus ad primam conclusionem adductis. Secūdo status ille non habet fructum in celo nisi sit ꝓpter deū: sed viduitas nō est ꝓpter deū nisi sit firmata voto ergo nec fructum habet in celo. Ad primā respondeo qz omnes ille auctoritates bñ concludūt qz in aliquibus est viduitas voto firmata. sed nō concludunt qz non sit viduitas nisi que voto firmata est. Ad secundam nego minorem possumus enim multa propter deum operari ex quibus et premium et fructuz recipimus que tamen

Contra tertiaz ꝯclonē non firmauimus voto. Contra tertiam conclusionez arguitur sic. volo qz sit aliqua viduata marito que apud se nundum diffiniuit vtrum maritum subibit aut in viduitate manebit et ita in bona castitate perseuerat per quinqz vel sex annos. arguo sic castitas huius non est virginalis quia corrupta est nec coniugalis quia nec maritū habet: nec habere adhuc proposuit ergo est vidualis. Ad hanc rationem respondeo qz castitas huius ad nullum statum pertinet cū nullus pertineat ad statum nisi ex deliberatione et proposito mentis sicut illa que moritur virgo: nō proposuit tamen permanere in virginitate nec accipere maritum nec ad statum virginitatis nec ad statum coniugalem pertinet.

De castitate cōiugali

De castitate cōiugali querit vtrum actus reddendi debitum sit actus castitatis coniugalis. Arguitur nō omnis castitas cōsistit in abstinentia a concubitu sed redditio debiti cōsistit in concubitu igr. redditio debiti nō est opus castitatis In oppositū arguit qz secundū Aristo. iij. ethi. temperantia cōsistit in gaudere delectationibus quibus oportz et nō gaudere quibus nō oportet. Notandum qz per castitatem cōiugalem ego intelligo castitatē illaz ad quā quis obligatur vt obligatione precepti legis vel obligatione moralis honestatis ex vi statꝰ suscepti. Constat aūt qz vterqz coniugū ex vi status cōiugalis obligatur ad fidem thori fides aūt thori cōiugalis in duobus cōsistit scz in nō cōieando se alteri qz coniugi et in cōicādo se coniugi petenti debitū. Tūc sit prima cōclusio cōcubitus cōiugis cū non suo aut cum non sua est actus castitatis cōiugali oppositus Ista ꝯclusio nulli est dubia et probabitur cuz agetur de adulterio. Secūda cōclusio non reddere debitū coniugi petēti cū reddere tenetur est actus castitati cōiugali oppositus. ꝓbatur nō velle cibis cū necessitas exigit est actus tēperantie oppositus ergo etiaz nō vti concubitu cū quis tenetur vti est actus castitati cōiugali oppositꝰ aīs ē notū quia est actus insensibilitatis vt vult Aris. in scda et i tercio ethi. Scdo talis omissio est actꝰ viciosus circa materiam venereorū ad cuius opposituū tenetur ita omittēs ex vi status cōiugalis suscepti ergo est actꝰ castitati cōiugali oppositus cōsequētia ista tenet ex diffinitione castitatis coniugalis. Tercia conclusio nō reddere debitum quō vel qū vel vbi tenet nō reddere non est actꝰ castitati coniugali oppositus. probat oīs actus castitati coniugali oppositus est malus: sed talis non redditio debiti nō est mala sed bona igitur. dixi aūt vbi puta si peteretur debitum in publico vel in loco sacro dixi qū puta si vir debitū a muliere impregnata peteret si die pasche pro tēpore pro quo esset eucaristiam susceptura aut si peteret eum esset eminentissimū periculū fetus existētis in vtero aut cum esset periculum lepre in prole cōcipienda. dixi quō puta si in vase nō debito aut si eo modo quo ꝓbabiliter impediret generatio. Quarta cōclusio in predictis circunstantijs non quelibet redditio debiti est actus cōiugali castitati oppositus. patet quia alique sūt tales circunstantie in quibus obligatio coniugum ad non reddendū debitum non ꝓuenit ex vi status cōiugalis sed ꝓuenit ex sola honestate morali nec reperitur in eis aliqua specialis prohibitio circa coniuges. patet de circūstantia vasis indebiti de circunstantia loci sacri et publici et de circunstantia temporis in quibus prohibetur a concubitu non solum coniuges sed etiam non coniuges ita scilicet qz solutus cum soluta illis modis concumbens peccat contra duplicem obligationem et habet duo peccata aut formalr aut per equiualentiam. Si autē esset aliqua talis circunstantia que esset prohibita solis coniugibus aut si esset ex ratione moralis honestatis etiam alijs prohibita inueniretur tamen cum hoc specialis prohibitio coniugibus tunc reddere debitū cum tali circunstantia esset actus castitati coniugali oppositus verbi gratia coniuges ex vi coniugij obligantur ad studiuz procreande prolis ideo si esset aliquis modus cōcubendi quo alter cōiugū redderetur īpotēs aut notabiliter difficultaret ad ꝓlificationē aut quo ex ītētiōe certa alter vellet īpedire generationē ꝓlis. tūc dico qz nō redditio debiti esset

Fides autē thori ī duobus ꝯsistit.

Prīa ꝯclō

Scda ꝯclō

Tertia conclusio.

Qrta ꝯclō

opus castitatis cõiugalis et redditio debiti cum tali modo: vel circumstantia esset actus castitati coniugali oppositus. Similiter si esset aliqua cõstellatio que secundum iudicium peritorũ astrologorũ esset talis ꝙ mulier tempore eius cuz viro concũbens redderet sterilis et vir vellet ꝯcũbere vt ppetuo mulierem suã sterilez faceret tunc hoc sciens mulier reddẽdo debitũ nõ facit opus castitatis coniugalis: sed facit actũ ꝯtrariuz castitati coniugali. eodem mõ dicendũ esset de loco. eodez mõ etiã dicendũ esset si vir vellet accedere ad vxorem aut ecõtra alterius eorum membro certo vnguento inuncto qḋ esse sterilitatẽ inducturũ. Nõ dico tñ ꝙ coniunx nõ tenet reddere debitũ quoties cunq; verisimile est ꝙ ex illo concubitu aut ratione modi aut rõne loci aut ob aliã circunstantiam nõ gñabitur ꝓles qr tunc muliere ꝑgnante neuter coniugũ teneret debitũ reddere qḋ falsuz est et postea ꝓbabit. sꝫ dico ꝙ si vir mõ vel loco vl tempore illis intendere sciat vel ꝑpetuã sterilitatem inducere vel conceptionẽ iam factã impedire ita ꝙ loco illo vel tempore vel mõ vtitur vt gñationem iam factaz impediat tunc mulier nõ tenetur debitũ reddere imo tenetur non reddere.

onem videtur tangere Aristo. probatur non videtur
maiora litigia et dissensiones suscitari posse ex im
munitate simplicis fornicationis a peccato mortali
q3 ex appropriatione possessionum qr maiora liti
gia et dissentiones nata sunt provenire ex appro-
priatione possessionum q3 ex permissione simpli-
cis fornicationis de maxime cum sibi iuncta est
lex de matrimonio: sed non est propter illam causam
appropriatio dominiorum peccatum mortale ergo nec
simplex fornicatio ponenda est propter illam cau
sam esse peccatum mortale. Secundo quicunque retra
hitur a fornicatione timens qr est peccatum retra-
hitur ab homicidio qd propter fornicationem esset
commissurus quia est gravius peccatum: ergo si ideo
non contingunt homicidia ut in plurimis qr for
nicatio est peccatum mortale multo minus etiam
contingerent si rectis legibus et institutionibus mo
derari possent ne ex fornicatione contingerent si-
cut rectis institutionibus moderantur homines ne
ex variis iudicio permissio passim homicidia subse
quantur: sunt enim supplicia instituta delinquenti
Quarta p[ro]po bus ¶ Quarta conclusio. Ideo simplex fornica
tio est peccatum mortale qr iure divino prohibita
est. probatur primo per illud qd habetur Deuter.
xxiii. Non erit meretrix de filiabus israel neque scor
tator de filiis israel ubi dicit glosa. August. Ad me
retrices accedere prohibet deus quarum venalis est
turpitudo: licet quidem libri corrupti habeant ve
nialis et hunc textum etiam allegat Tho. Secundo
per illud qd habetur ad Thessa. x. scitis que prece
pta dederim vobis per dominum iesum: hec est vo
luntas dei sanctificatio vestra ut abstineatis vos
a fornicatione. Tertio per illud quod habetur ad
Ephes. v. omnis fornicator aut immundus: aut
avarus non habebit hereditatem in regno christi
et dei. Quarto probatur. Nam non solum illa de ne
cessitate fidei sunt credenda que sunt expressa in
sacris scripturis: sed etiam que sine scripturis per
successivam relationem patrum usque ad nos pervene-
runt: sed a christo usque ad hec tempora patres eccle
sie semper posterioribus fornicationem simplicem
inter mortalia peccata tradiderunt et illa semper
in ecclesia pro certo et indubitato habitum est igitur
Quinto per illud quod habetur xxii q. i ca. vlti-
mo. Predicandum debent nosce etiam periurio pe
nitentiam imponi debere qualem de adulterio: de
fornicatione: de homicidio voluntarie commisso
et ceteris criminalibus vitiis. Sexto probatur.
omne illud est peccatum mortale cui debetur eter
na pena: sed debetur pena eterna fornicationi: er
go fornicatio est peccatum mortale. minor iam
probata est ex auctoritate Apost. et probatur secun
do per Hiero. in epistola ad Susannam dicentem
Dulcis acerbus luxurie fructus amarior felle cru-
delior gladio. Tum secundo per Isi. li. ii. de summo
bono dicentem. Quando impulsu demonis mens
ad delectationem fornicationis impellitur divi-
ni iudicii metus eterna tormenta incendii ante ocu
los proponatur: quia omnis pena gravioris sup
plicii formidine superatur: sicut enim clavus cla
vum expellit ita sepe recordatio gehenne ardoris
ardorem excludit luxurie: hoc ut videtur non di-
ceret Isi. nisi sentiret penam eternam fornicatio
ni deberi. Septimo probatur conclusio quicquid
est maximi sceleris inter septem vitia illud est pec
catum mortale: sed fornicatio est maximi sceleris
inter septem vitia ergo etc. Minor probatur au-
ctoritate eiusdem Isi. li. eodem dicentis Inter se
ptem vitia fornicatio maximi est sceleris quia pu
ritatem munditiam templum dei violat et tollens
membra Christi facit membra diaboli. Ex omnibus
istis auctoritatibus apparenter et satis probabi-
liter ostenditur omnem fornicationem simplicem
esse prohibitam tamq3 peccatum mortale. difficile
tamen esset hiis convincere protervum quia glo-
se super Apos. in locis in quibus Apos. utitur no
mine fornicationis exponunt nomen in alia signi
ficatione/ aliquando enim nomine fornicationis di
cunt idolatriam intelligi/ aliquando concubitum
non solum cum meretrice sed etiam cum ea que est
alterius. Doctores etiam sacri cum loquuntur de
fornicatione eam pro luxuria ponunt constat au-
tem luxuriam secundum aliquas species suas esse
peccatum mortale et ideo quarta probatio addu
cta videtur michi fortior. ¶ Quinta conclusio. Quinta p[ro]po
Non potest accipi rationabiliter prohibitio for-
nicationis simplicis ex prohibitione mechie quam
conclusionem non pono nisi probabiliter propter
reverentiam August. qui super exodum dicit q3 si
cut furti nomine cum dicitur non furtum facies in
telligitur omnis illicita usurpatio rei aliene/ non
enim rapinam permisit qui furtum prohibuit sed
utique a parte totum intelligere voluit quicquid
illicite rerum proximi aufertur. Sic profecto no
mine mechie omnis illicitus concubitus atque mem
brorum illorum non legitimus usus prohibitus
debet intelligi. hec verba Au. recitantur in decre
tis. xxxii. q. iiii. c. olim mechia: hec autem ratio Au
gus. non est efficax. Nam licet in prohibitionibus
a parte minoris culpe intelligatur totum prohi-
bitum ut bene inducit Augus. de furto et rapina/
non est tamen rationale q3 a parte que est maioris
culpe intelligatur prohibitio universalis totius
generis: constat autem q3 mechia qua adulterium
significatur maioris est culpe q3 simplex fornica
tio qui est soluti cum soluta/ et ista est sententia.
Duran. qui hoc modo respondet ad rationem bea
ti August. Et q3 ita sit patet. nam mechia lege ci-
vili est prohibita et tamen non est prohibita ea-
dem lege simplex fornicatio. Secundo secundum
August. immo secundum sententiam Christi in vete
ri lege: cum dicitur non assumes nomen dei tui in
vanum prohibetur periurium et in alio precepto
prohibetur falsum sive mendax testimonium/ et
tamen in primo non prohibebatur iuratio veri q3
vis aliqua talis sit illicita nec in secundo prohi-
betur mendacium officiosum: quod tamen est se-

cundum eundē Augus. illiciū: cōstat autem q̄ mēdacium testificatiuū et mendacium officiosum sunt partes vnius totius scʒ mendacij ergo nō est verum vniuersaliter q̄ in prohibitionibus ex parte totū intelligit. preterea cōtingit aliqū q̄ causa prohibendi aliquod malum est grauitas culpe et tūc in prohibitione minoris semper intelligitur prohibitio maioris: aliqū vero causa et ratio prohibendi nō est grauitas culpe: sed cōtrarias aut facilitas
Sexta cōcl°
illius mali et ex prohibitione minoris nō posset inferri prohibitio maioris. ¶ Sexta cōclusio. aliqua fornicatio simplex seclusa omni lege positiua diuina vel humana est peccatū mortale. probatur aliqua est fornicatio simplex q̄ cū tanto ardore et cum tanta vehementi cōcupiscētia fit vt fornicans postponat etiā pro nihilo inde malo sequuturo esse dimissurū etiam non pro amicitia dei non pro caritate perdenda: sed cōstat q̄ omnis talis est peccatū mortale. Scđo est aliqua fornicatio simplex que est perfecta intēperantia quam scʒ exercendo periclitatur in nobis scientibus et cognoscentibus sanitas bona habitudo corporis et aīe deserimus ea facere q̄ pro tūc tenemur vt cū impediunt tēpora diuino cultui debita est aliq̄ que est cōtra honestatem vel q̄ hʒ circunstantiaʒ loci aut tēporis omnino incōuenientem: igit est aliqua fornicatio simplex q̄ seclusa omni lege positiua diuina et humana est peccm mortale. Et hec cōclusio posset esse cōtra Duran. oppositū asserentem sub hijs verbis. quod autē dicūt quidē q̄ fornicatio de se est peccatū mortale seclusa omni lege positiua diuina vel humana non bene intelligo. q2 peccatum mortale dicitur ex eo q̄ meretur mortē temporalem vel eternam: fornicatio autem simplex non meretur mortem temporalē scđm aliquā legem nec mortem eternā scđm legē naturalē quia lex naturalis nisi dicit nec nouit aliquid de morte eterna. Ratio autē Duran. cōcludit equaliter q̄ nichil est peccm seclusa omni lege positiua et ita adulteriuʒ peccm cōtra naturam parricidia et hmōi seclusa omni lege positiua non erunt peccā: q2 seclusa omni lege positiua nō meremur aliquā penaʒ nec tēporalem nec eternā: hoc aūt est manifestū contra Aris. tercio ethi. vbi dicit, quedam autē non est cogi: sed magis moriendū patientē dirissima. Illud autē reputat recta rō peccatum nō veniale sed mortale qđ est tante grauitatis q̄ potius toleranda est mors cū grauissimis supplicijs q̄ȝ q̄ illud cōmittat/et ergo Aris sine omni lege positiua sȝ ex sola rectitudine rōnis cognouerit aliq̄ esse talia sequit q̄ seclusa omni lege positiua aliqua sūt peccata mortalia. Scđo omnis recta ratio cognoscens q̄ deus curam gerit de hominib9 et amat bonos et odit malos indicat q̄ sūt aliqua mala et peccata pro que dignuȝ est vt faciēs cōsequat inimicitiam diuinam sed hoc non est aliud q̄ȝ esse peccatum mortale: ergo seclusa omni lege positiua sunt aliqua peccata mortalia ergo etiā propter eandē rationem aliqua est fornicatio simplex que scilicet ratione circunstantiarū promeretur odium diuinum/constat enim q̄ aliqua fornicatio simplex habet circunstantiaȝ finis culpabilem mortaliter vt qui fornicatur vt adulteretur sicut communiter contingit/aut qui fornicat vt furetur aut vt confornicantem voluntati homicide exponat. Ex hijs patʒ falsitas opinionis illorum qui dicunt q̄ simplex fornicatio non est peccatum. Que opinio tanq̄ȝ erronea in articulis paris. dampnata est/error. clxxxvi. est fornicatio simplex. i. soluti cum soluta non est peccatum. Guido vero carmelita dicit. xxi. cap. contra errores grecorum. q̄ error grecorum dicentium simplicem fornicationem inter solutum et solutā nō esse peccatum mortale patenter continet heresim contra sacram scripturam. quod probat quattuor rationibus prima est nam maius est peccatum actu fornicari q̄ȝ sola concupiscentia mulierē videre quia plus aduersatur recte rationi act9 fornicarius in quo pre nimia delectatione absorbet iudicium rationis q̄ȝ actus solius concupiscentie sed actus concupiscentie dampnatur in sacris litteris tanquam peccatum mortale secundum illud Mat. v. Qui viderit mulierem ad concupiscendū. Secundo conuictus et cōloquio non prohibentur nisi ratione peccati mortalis. sed fornicator scđʒ Apos. i. ad corin. v. est vitandus nec licet cum eo cibum sumere ergo fornicatio est peccatum mortale. Tercio non tollitur a nobis habitatio spiritus sancti nisi propter peccatum mortale propter quod spiritus sanctus recedit a nobis: sed propter fornicationem aufertur a nobis habitatio spirit9 sancti et desinimus esse templū habitationis spiritus sancti et desinimus esse membra Xpī et efficimur membra meretricis. secundum Apos. ibidem qui precipit fornicationē fugere tanq̄ȝ separantem ab vnitate Xpī et coniungentem meretrici. Quarto solum peccatum mortale excludit a vita eterna et regni celestis possessione et visione dei sed fornicatio secludit nos a visione dei secundum illud Eze. xxix. Abscondam faciem meam ab eis et excludunt etiā a regno dei secundum illud ad ephe. v. scitote q̄ omnis fornicator aut immundus nō habet hereditatē in regno dei et Xpī et ipsi iudicabuntur ad iudiciuʒ dāmnationis ad hebreos xiij. Iste rationes sunt multum apparētes non tamen conuincentes proferuntur tamen vt videtur satis rationabiliter possēt euitari. ¶ Ad primam diceretur q̄ mulier accipitur tripliciter. Mulier tripl'r accipit. Uno modo vt est nomen sexus et sic distinguitur contra virum. Secundo vt est nomen status et sic distinguitur contra solutam. Tercio modo vt est nomen corruptionis et sic distinguitur cōtra virginem et hoc modo meretrix soluta diceretur mulier. si nomen mulieris accipitur secundo modo quomodo debet accipi si argumentum valeat nego maiorem et concedo minorem de actu concupiscentie mulieris illo secundo modo accepto nomine mulieris. Nam ibi prohibet primo mechia que dicit non solum actum interiorem sed exteriorem adulterij/et postea prohibetur idem actus interior mechie siue adulterij qui non in sola cognitione sed in firmo consensu respectu actus exterioris consistit vt habet glosa ibidem que ita dicit q̄ viderit mulierem ad concupiscendum eam. i. que sine et animo accenderis vt eā concupiscas quod iam non est titillatio: sed plene consentire libidini

vt si facultas sit pagamr hic iā mechatus est eā3 in corde suo. Dico autem τ vt puto ita dicerēt omnis catholicus hīoī actus cōcupiscendi vxorem alterius est deterior ꝙ̄3 actus simplex fornicandi cum soluta. Ad scd̄am respondetur ꝙ maior est probabilis sed nō est credita nec īdubitata. ideo ex ea cū minore catholica nō sequit̄ de necessitate conclusio catholica: sed ꝓbabilis tn̄ quia conclusio semper sequitur debiliorē partē sillogismi. dicerēt enim aliquis ꝙ ꝓhibitio cōuictus τ cōtractionis non solū siūt ꝓpter pctā mortalia: sed aliqñ ex causa siue graui culpa. Et ad minorem dico ꝙ fornicatorem esse vitandū potest dupliciter intelligi. Uno mō tanꝙ̄3 excōmunicatū et per modū3 precepti et hoc nō habet̄ ex vi littere. Alio modo tanꝙ̄3 eius cuius vita est turpis inhonesta et periculosa in cōmunicatione hominū et per modum consilij et sic cōcedo: sed hoc mō non debite sumitur minor sub maiore. Ad tertiam respondet̄ ꝙ habitatio spiritussancti dicit̄ tolli a nobis dupl'r Uno mō tanꝙ̄3 per causam demeritoriā et sic concedo maiorem. Alio mō tanꝙ̄3 per dispositionē3 ad huiusmodi causā3 demeritoriam et sic negat̄ multa eīn venialia peccata sunt dispositiones ad mortalia et per ea tollitur a nobis habitatio spiritussancti dispositiue qꝛ disponunt ad mortalia per que demeritorie tollit̄ a nobis spiritussanctus hoc modo dicerent ꝙ per fornicationē desinimus esse membra xp̄i dispositiue et hoc patet ex rōne quā inducit Apos. qꝛ sc3 efficimur membrū3 meretricis sicut eīn amor mundi cōtinuatus paulatim crescit et interdū tn̄ ꝙ propter amorem mūdi cōtemptui mitis deū: et tamen non omnis amor mundi est peccatum mortale / ita dicerent ꝙ qui amat meretricē si in eius amore ꝑseueret in tantum ardorem concupiscentie ꝓuehitur vt efficiatur membrum meretricis / et ita ꝙ relictis preceptis diuinis meretrici obtemperet τ ꝓpter eam deum negligat. Ad quartā maiorem concederēt et distinguerent minorē3 vt prius vel tanꝙ̄3 causa demeritori τ et sic negarēt vel tanꝙ̄3 causa dispositiua ad hec omnia τ sic concederēt. Aliter responderent ad tria vltima ꝙ nomen fornicationis accipitur pro omni nō legitimo cōcubitu. i. pro omni concubitu qui non est inter virum τ vxorem et tūc includit adulterium / incestū / peccatū3 contra naturam / τ stuprum et raptum τ ita ratione multorum que in eo inclusa sunt est peccatum mortale τ ita videt̄ exponere glosa ad ro. τ. Sed quia in alijs ep̄lis Pau. fornicationi aliquādo adiungit adulteriū τ molitiē iō in aliquib⁹ gn̄alius τ in alijs strictius posset accipi. Tercio τ forte appar entius dicerent ꝙ fornicationis simplicis nomen accipitur dupliciter. Uno modo absolute et tunc significat precise concubitum soluti cum soluta. Alio modo cognotatiue et tunc significat concubitum soluti cum soluta et cognotat inordinationem siue difformitatē ad rectam rationem non ex genere actus sed ex aliqua circūstantia prouenientem τ tunc dicerent ꝙ apos. accipit simplicis fornicationis nomē in ista significatiōe q̄ꝺ h3 hoc mō suoluū malicia sicut furtū τ adulterium et per hanc distinctionem soluerent omnes auctoritates ex Apos. inducte et que possent ex alijs locis sacre scripture īduci et dicerēt ꝙ in illis non accipit̄ fornicatio precise pro concubitu soluti cum soluta sed accipitur pro aliquo tali concubitu qui est vel ex nimio ardore corde vel nimium frequens vel in loco aut tempore indebito aut propter finem malum aut propter quem contemnimus deum et cultum eius et sic de alijs circunstantijs malis quarum alique sunt male venialiter alique mortaliter. Et si dicas ꝙ per hanc distinctionem ipsi possent soluere omnes auctoritates ad probandu3 ꝙ fornicatio simplex est peccatū3 mortale. Respondeo primo ꝙ si vellent vti ista distinctione esset difficile eos proteruiētes cōuincere sicut dictum est. Secundo dico ꝙ non ita rationabiliter possent vti ista distinctione ad defendendu3 ꝙ simplex fornicatio non est peccatū sicut ad defendendū ꝙ non est hereticum dicere ꝙ simplex fornicatio non est peccatum. cuius ratio est quia cum allegatus sit textus sacre scripture et auctoritates sacrorum doctorum exponentium sacram scripturam quorum dictis est assentiendum propter reuerentiam approbationis doctrine sue si non constet de opposito. Ideo cum negantes fornicationem simplicem esse peccatum mortale: nec rationem: nec auctoritatem conuincentem habeant videtur ꝙ teneantur assentire dictis sacrorum doctorum. Sed quia idem sacri doctores qui dicunt fornicationem simplicē esse peccatum mortale non asserunt ꝙ dicere oppositum sit hereticum videtur ꝙ nullus de necessitate salutis teneatur hoc credere nisi sibi ex auctoritatibus sacre scripture manifeste et indubie deducat̄ ꝙ ipsa sit peccatum: ideo ad dissoluendum auctoritates que adducuntur ex sacra scriptura possēt vt eis videri potest hanc distinctionem applicare apparentius ꝙ̄3 ad eas dissoluendum contra principale propositum. difficile enī3 est probare ꝙ Apos. accipiat fornicationem primo mō neꝙ̄3 hoc potest ex sacris litteris probari.

¶Contra ꝑmam conclusionem arguitur ratione Tho. adducta in notabili. Ad hanc rationem respondeo negando ꝙ fornicatio et vagus concubitus in policia bene instituta directe committitur contra vitā3 hominis nascituri cū3 huiusmodi policia vtrenati sufficienter prouideat. Ad probationem nego ꝙ per vagū3 concubitum rectis legibus regulatum prīncipit natus puer cura patris τ equiualenti et alijs ad eruditionē3 requisitis et sine diuturna mora potest prouideri educationi prolis τ maxime de prole raro contingente sicut cōtingit de prole vagi concubitus respectu prolis orte ex matrimonio. Ad secundam probationem dico ꝙ potest institui lex per quam erit certitudo sufficiens ad educationē prolis. tum etiam quia si mulier illa paucis se communicē3 erit facilis certitudo: si multis erit rara proles. Ad secundam probationem concedo ꝙ matrimonium et determinatio eius est lege determinata: sed hec legis determinatio de matrimonio non infert vagum cōcubitum policie bene institute legibus moderatum esse contra vitam hominis nascituri. Cōtra pri mā3 cōclonē

¶Contra quartam cōclusionē. Arguit̄ p̄o sic.

Nullum peccatum mortale cadit sub precepto. sed osee ille precipitur a domino. vade sume tibi uxorem fornicariam et fac tibi filios fornicationum ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale. Secundo fornicatio simplex commemoratur fuisse in antiquis patribus sine reprehensione. Legitur enim Genesis xvi. de Abraham quod accessit ad Agar ancillam suam et. xxx. de Jacob quod accessit ad Balam et Zelpham ancillas uxoris sue: et. xxxviii. quod Judas accessit ad Thamar quam estimauit meretricem: ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale. Tertio. Omne peccatum mortale contrariatur caritati: sed fornicatio simplex non contrariatur caritati cum non contrariet dilectioni dei: nec dilectioni proximi cum per hanc nulli facit iniuriam. Quarto fornicatio simplex non ducit in perditionem eternam ergo non est peccatum mortale. antecedens patet per Am. super illud prime ad Thimo. iiii. Pietas ad omnia vales dicentem. Omnis summa discipline christiane in misericordia et pietate est: quam aliquis sequens si lubricum carnis patitur sine dubio vapulabit: sed non peribit. Quinto. Non omnis inordinatus usus ciborum est peccatum mortale. ergo nec omnis inordinatus concubitus. sed fornicatio simplex est minimus inordinatus concubitus: ergo ipsa non est peccatum mortale. antecedens probatur quia secundum Augu. in libro de bono coniugali quod est cibus ad salutem corporis hoc est concubitus ad salutem generis. Sexto. Actuum. xv. fornicatio enumeratur cum hijs que non sunt peccata mortalia: ergo ipsa non est peccatum mortale. antecedens patet per illud quod ibi scribitur. abstineatis vos ab immolatis simulacrorum et sanguine suffocato, et fornicatione: sed aliorum usus non est peccatum mortale: secundum illud. i. ad Thimo. iiii. Nichil reiiciendum est quod cum gratiarum actione suscipitur igitur. Septimo Quicquid potest dari ad semper potest dari ad tempus: sed mulier potest dare viro potestatem sui corporis ad semper per matrimonium ergo etiam potest dare ad tempus: sed hoc fit in fornicatione soluti cum soluta igitur. Octauo. Mendacium est maius peccatum quam fornicatio simplex quod patet ex hoc quod Judas qui fornicationem non horruit committere cum Thamar recusauit mendacium dicens. Certe mendacij arguere nos non potuit Genesis xxxviij. sed mendacium non est semper peccatum mortale igitur: nec simplex fornicatio. Nono. Simplex fornicatio non est intemperantia ergo non est peccatum mortale. consequentia tenet quia omne peccatum in materia venereorum per superabundantiam est intemperantia. et minor probatur. quia omnis intemperans peccat contra regulam temperantie: sed non omnis simplex fornicatio peccat contra regulam temperantie cum non omnis sit contraria bone habitudini corporis vel anime nec contra honestatem nec supra substantiam. Decimo: in aliquo casu omissio simplicis fornicationis est peccatum contrarium intemperantie: ergo in aliquo casu simplex fornicatio non est peccatum mortale. antecedens probatur. egrotet aliquis solutus et secundum iudicium peritorum medicorum non possit sanari nisi per coitum. Arguo sic. Abstinentia a coitu sine quacunque culpa sua est isti causa grauissime infirmitatis et mortis: ergo est insensibilitas: quod usus coitus et simplex fornicatio in isto casu est actus temperantie Confirmatur. quia in predicto casu liceret se inebriare et ubi cibis quibuscunque delectabilius pretermittere ieiunia ab ecclesia instituta ergo in predicto casu licet uti simplici fornicatione. Undecimo. Secundum Aris. In delectationibus naturalibus raro est peccatum et uno modo tantum scilicet nimium utendo delectatione sed aliqua concupiscentia venereorum est naturalis ut ibidem habet Aris. ergo non contingit peccatum nisi superabundando: ergo non omnis simplex fornicatio/sed illa tantum que excessiua et nimia est peccatum mortale. Duodecimo. Sicut allegatum est in hoc argumento: quod est cibus ad salutem hominis hoc est concubitus ad salutem generis. ergo sicut se potest habere cibus ad salutem generis ita se potest habere concubitus ad salutem hominis sed pro salute generis hoc est ad generationem prolis licet uti cibis multum delectabilibus et in maiori copia si ita periti consulant quam alias liceret: ergo etiam causa sanitatis indiuidui licet uti coitu fornicatorio quo alias non liceret. Decimotercio. Homines naturaliter patiuntur maiorem debilitatem et infirmitatem circa peccatum luxurie/quam circa peccatum gule: quia generatiua est corrupta et infecta ex peccato primo/ nutritiua autem ad quam pertinet peccatum gule licet corrupta sit/ non tamen infecta est et magis impugnantur homines circa peccatum luxurie quam circa peccatum gule: secundum illud Job undecimo. virtus eius in lumbis et potestas eius in umbilico ventris illius: ergo magis excusatur in hominibus peccatum luxurie quam gule: sed non omne peccatum gule est peccatum mortale ergo nec omne peccatum luxurie est peccatum mortale. Confirmatur quia vis nutritiua est magis punita quam generatiua cum eam sequantur sitis et esuries ex quibus aliquando moriuntur homines et similiter tota rebellio carnis ad spiritum subsecuta est ex inordinata concupiscentia cibi ergo peccatum gule est maius quam luxurie et per consequens si non omne peccatum gule est mortale nec omne peccatum luxurie est mortale. Decimoquarto nichil est peccatum in quo ratio vel absorbetur vel deliberatione caret sed in omni peccato luxurie ratio absorbetur propter magnitudinem delectationis et aliquando deliberatione caret ut patet in loth qui ignoranter accessit ad filias. Decimoquinto magis impedit bonum et generationem prolis perpetuus celibatus quam fornicatorius concubitus sed licitus est immo multum meritorius perpetuus celibatus ergo licitus est fornicatorius concubitus. Decimo sexto concubitus aliquis ex quo non potest sequi generatio prolis non est peccatum mortale ergo nec fornicatorius concubitus est peccatum mortale. Antecedens patet de concubitu coniugali qui fit cum muliere sterili Decimo septimo consensus fornicationis prout est in cogitatione non est peccatum mortale ergo nec fornicatio est peccatum mortale. Antecedens patet quia delectatio fornicationis prout est in cogitatione non est nisi peccatum veniale sed consensus in veniali non est mortale peccatum igitur. Decimo octauo titillatio carnis et actus fornicationis sed huius

modi titillatio non est peccatū mortale secundū illud glose super Matheū cap. quinto. Titillata concupiscentia est si sit peccatum nō est tamen crimen. Decimo nono cōcubinatus in antiquis patribus fuit licitus: sed omnis cōcubinatus est fornicatio ergo aliqua fornicatio ē licita. Maior patet per Augustinū decimo sexto de ciuitate dei dicentem q Abrahā vsus est concubina ad generandam prolem non ad explendam libidinē. tum etiam per illud Hieronimi ad Agenichiam patriarche nō singulas habuerunt vxores immo et concubinas habuere plurimas. ¶ Ad primū respondet beatus Tho. q osee non peccauit fornicando: qr hoc fecit ex pcepto diuino: qd eni fit ex pcepto diuino nō est cōtra rectam rōnē. ideo nō est petm Nec talis concubitus pprie debet dici fornicatio quamuis referendo ad cursum cōmunem sit fornicatio. Ex hac solutione manifeste sequitur q aliquid potest cadere sub pcepto diuino qd secluso ipso precepto si fieret non esset peccatū mortale quod secundū rei veritatem nō habeo pro inconuenienti. sed qr vt videtur hec solutio non procedit secundū veritatem historie. ideo aliter respōdeo q dominus non pcepit Osee q fornicaretur cum muliere fornicatoria sed q illā que fuerat et tunc erat fornicatoria et meretrix in vxorem acciperet et ideo habet littera. sume tibi vxorem fornicariam nec pcepit dominus vt ipse fornicando cum ea generaret filios: sed vt eos qui iam ex actibus fornicatoriis erant geniti faceret suos per adoptionem et hoc pbatur per glosam Gregorii ibidem. Neqz dominus inquit rem turpem precepit neqz propheta obediendo peccauit: sed potius fornicariam ad pudicitiam reuocauit et manens in sua bonitate de mala bonam fecit. Et alia glosa iubet assumere fornicariam et sumere filios eius vt quos illa de fornicatione genuerat iste de meretrice supple olim genere liberos. Et ideo Gregorius in originali videtur velle q in textu nō debeat esse fac tibi: sed sume tibi vxorem fornicationis et filios fornicationum cui concordat littera septuaginta que vt habetur in glosa talis est tolle tibi vxorem fornicationis et filios fornicationis. Hec est expressa sententia Augustini in libro contra faustum vbi dicit q meretrix illa recepta est in castum coniugium et q propheta ille fecit meretricem vxorem et per hoc consultum est mulieri ad vitam corrigendam. Ad secundū respondet beatus Thomas q Abrahem et Jacob ad ancillas accesserunt non quasi fornicario concubitu Judam autem a peccato nō est necessarium excusare qui etiam auctor fuit venditionis Joseph. sed hec solutio est nimis obscura: quia vel Agar vxor fuit Abrahe. vel non. si non videtur q fuerit fornicarius cōcubitus. si sic tunc hoc fuerat in solutione exprimendum. ideo Durandus et de lira dicunt q concubine erant vxores minus principales et ob hoc non vxoris sed concubinarum nomine vocabantur. et hoc probari potest. Nam ante omnem concubitum Agar cū Abrahām data est sibi in vxorem ita enim legitur Genesis. xvi. igit. Sarai vxor Abraham nō genuerat sibi liberos sed habens ancillam egiptiā nomine agar dixit marito suo ecce conclusit me dñs ne parerē ingredere ad ancillā meam si forte ex illa suscipiam filios cumqz ille acquiesceret deprecanti tulit agar ancillam egiptiā suam post annos decem qz habitare ceperant in terra chanaan et dedit eam viro suo vxorē qui ingressus est ad eam ꝛc. De cethura vero ita legitur. xxv. capitulo abraham vero aliam duxit vxorē nomine Cethurā que peperit ei zaram ꝛc. q autē he concubine dicte sint ptz p illud q statim sequitur dedit q abraham cūcta que possederat ysaac filiis autē concubinarū largitus est munera. Augustinus tn̄ contra faustū defendit concubitum abrahe cum agar tanqz cum concubina non fuisse criminosū: concubitus enim iste non est factus ex voluntate libidinosa abrahe nec ad hoc vxorē vt consentiret inflexit sed potius abraham obediuit vxori iubenti que filios cupiens ꝛ se sterilē cognoscens voluit potestate licita fecunditatem vteri ancillarū. i. filios ancille sue in potestatem sui iuris vendicare ita vt quā de se habere non poterat saltem de ancilla ipsa susciperet. Et si dicas ergo nūc licebit viro de consensu vxoris sterilis prolem ex ancilla vxoris suscipere. Respōdeo negando consequentiā quia nō est vtrobiqz par rō. Nam deus primo promisit abrahe seminis innumerabilē abundantiā sed nondum fuerat patefactū quomō futura esset illius seminis propagatio verum ex semine abrahe generando an ex voluntate aliquē adoptando qd declarauit abrahā cum ait dño sibi loquenti de vernaculo suo hic heres meus erit ac si diceret quia de me ipso mihi semen non dedisti in isto complemeo semini promissi cogitans ipsum filium per adoptionē facere. Et ob hoc ne dubitationi sue occurreret rñe promisit ei dominus semen de vtero suo. Non hic erit heres tuus ait dominus sed qui exiet de vtero tuo p quā promissionē sublata est de adoptione cogitatio sed tamen adhuc incertum erat verum ex sara susciperet prolē aut ex alia / et cum decem aut amplius annorū experimento sara de sterilē cognouisset voluit ipsa q abraham ex ancilla sua prolem sibi promissam susciperet. postea vero facta est promissio q esset prolem de sara coniuge suscepturus. Et ideo cum iste fuerit promissionū factarum abrahe ordo visus fuisset abraham cōtemnere promissionem sibi factam a deo nisi sare offerenti ancillam obtemperasset. Constat autē q nunc non subest eadem concubitus ratio. Nōnulli tamen dicunt q cethura illa eadem est que prius dicta fuit agar quod non videtur mihi verum. tū quia sacra scriptura agar ꝛ cethuram cōcubinas abrahe appellat Et Augustinus decimo sexto de ciuitate dei videtur sentire ipsas fuisse duas cum ait de agar et cethura ambe quidem et vxores abrahe ꝛ concubine sunt appellate ꝛ hoc repetit multotiens. preterea ibidem dicit q agar carnales veteris testamenti significat et Cethura carnales noui testamenti et ita dicit eas duas et diuersa figurasse. Patet idem auctoritate sacre scripture que in eodem capitulo scilicet vicesimo quinto genesis de vtraqz simul mentionem facit et enumerat vtriusqz aliam et aliam prolem. Et

Rñsiones.

iden quis iudei videantur asserere oppositum: non videtur tamen eis esse credendum neq̃ potest assignari ratio probabilis propter quam si vna etiam scriptura sacra de eis tanq̃ de duabus loqueretur. Preterea dictum est de agar. xvi. capitulo q̃ Sara dedit eam Abrahe vxorem et vicesimo quinto capitulo dicit q̃ Abrahã mortua Sara accepit Cethuram in vxorem. q̃ si fuisset multis annis ante vxor habita nõ fuisset postea ducenda cũ idem homo ad eandem vxorem non contrahat bis coniugiũ. Non valet ergo q̃ dicunt q̃ agar prius concubina mortua Sara transiuit in coniugem. Quicquid sit tamẽ de hoc siue verum sit siue falsum nõ potest probari per hoc q̃ simplex fornicatio sit licita immo equaliter probaretur q̃ adulterium esset licitum. nam si non erat vxor et concubitus Abrahe cum eis ratione persone non erat licitus constat q̃ erat adulteriũ. De Jacob similiter dicitur q̃ habuit duas vxores et ancillas earum scilicet Balam et Zelphã orantibus vxoribus habuit vel in vxores vel in concubinas. Nam vt habetur Genesis tricesimo capitulo cum Rachel vidisset q̃ infecunda esset dedit viro suo Jacob Balam ancillam in coniugium: et statim post sentiens lia q̃ parere desisset Zelpham ancillam suam marito tradidit. Promiserat enim dominus Jacob multiplicationem seminis. ideo cum ex se non poterant gignere filios ex ancillis suscipere cupiebant et reputabãt eos suos. Jdeo postq̃ Balam peperit filium dixit Rachel. Judicauit michi dominus et exaudiuit vocem meam dans michi filium et post partum secundum ancille ait Comparauit me dominus cum sorore mea et inualui. Et lia postq̃ Zelpha peperit dixit. Beataz quippe me dicant omnes mulieres. Et ita vt ait Augustinus decimo sexto de ciuitate dei nullam Jacob legit petisse preter vnam nec vsus pluribus nisi gignẽde prolis officio coniugali iure seruato vt neq̃ hoc faceret nisi vxores eius id fieri flagitassent que corporis viri sui legitimam habebãt potestatẽ. Et hoc diffusius declarat contra faustum. Quicquid tamen sit hoc argumentum sicut precedens eque est pro defensione adulterij sicut simplicis fornicationis. De iuda aũt vno modo respondet q̃ peccauit et hec est sententia Augu. cõtra Faustũ licz vt dicit nõ peccauit tã grauiter q̃z grauiter peccasset si cum nuru sua cõcubuisset scienter. Qui autẽ tenerent q̃ fornicatio nõ est mala nisi q̃r in re positiuo phibita et cũ hoc q̃ tunc nõ data erat prohibitio fornicationis tales consequenter eciã dicerent q̃ Judas nisi aliud inducat nõ peccauit mortaliter accedendo ad nurũ quã nesciebat esse nurũ sed credebat esse meretricẽ. Et hoc supposito q̃ nõ tenebat de necessitate salutis inquirere an sibi esset aliqua necessitudine cognationis vel affinitatis coniuncta. Ad tertiam dico q̃ fornicatio simplex contrariatur dilectioni dei in quantum contra preceptuz eius cõmitetur. Ad quartam negatur añcedens et ad phationem dico q̃ Ambrosius nõ vult dicere q̃ lubricum carnis demereatur penaz tpalem et nõ eternam. sed vult dicere q̃ per opera pietatis et mie quis singulariter promeretur vt a lubrico carnis resipiscat et pena eterna que debetur sibi pro peccato in tẽporalem cõmutetur. Ad quintã concedo antecedens et consequẽs. Nam aliquis concubitus est petm̃ veniale vt puta qui cũ vxore nimiuz ardenter fit. Et ad phationẽ consequẽtie negat q̃ fornicatio simplex sit minima inordinatio concubitus minor enĩz inordinationis est concubitus cum vxore qui fit causa libidinis. Ad sextam conceditur añs et negat consequẽtia quia nõ enumerant sibi ab apl̃o ratiõe grauitatis culpe sed ratione discidij quod per actus istorum viciorum poterat inter iudeos et gentiles procurari: gentiles enim non reputabant fornicationem illicitam quam illicitam iudei reputabant vt dicit Thomas et similiter vsũ immolaticij cruoris abhominabãtur et propter hoc apostolus interdicit ea gẽtibus ne per hec inter gentiles et iudeos discidium fiat. Ad septimã nego maiorem vniuersaliter intellectam et maxime cũ facta est determinatio circa modum dandi rem illam quia ergo lex prohibens fornicationez prohibet ne quis daret corporis sui potestatem alteri ad tẽpus et limitatum modum liciti concubitus in hoc q̃ enim antecedat matrimonialis datio que est ad semper ideo in tali re non recipitur datio ad tempus et hoc est quia datio ad semp est conuenientior educationi plis propter quaz prolem fit principaliter datio mutua corporum. Ad octauaz concedo de mẽdacio pernicioso attamẽ aliquis propter maius incitamentum quod habet ad petm̃ mortale minus fugit ipsũ q̃z petm̃ veniale ad quod non multum allicitur pro nunc. Et ad minorez dico q̃ oẽ mendaciũ perniciosum est peccatũ mortale. Ad nonã nego añs et ad phationem nego secũdam partẽ assumpti. oẽ enĩz simplex fornicatio est contra honestatem q̃r contra preceptum. Ad decimã nego añs. et ad phationẽ concedo q̃ abstinẽtia a coitu est causa sterilitatis et c. et nego q̃ ppter hoc sit insensibilitas et dico q̃ est obseruatio meritoria precepti et vera temperãtie virtus. Ad confirmationẽ concedo antecedẽs et nego cõsequentiam quia omnis simplex fornicatio est prohibita sz non prohibita est omnis delectatio: etiam quia vsus ciborũ et potuũ per se ordinatus est ad sustentationẽ et sanitatez corporis non autem vsus venereorũ. Ad vndecimã concedo antecedens de delectationibus naturalib' que non sũt contra honestatem. Nam q̃ztũcunq̃ cibi appetitus esset naturalis peccaret tamen si quis ad hunc satiandum carnibus humanis vesceretur. Et quia delectatio venerea omnis nisi cum sua est contra honestatem quia contra prohibitionem ideo vsus omnis talis est peccatum. Ad duodecimaz concedo antecedens et primum consequens secundũ quod est sibi similitudo particularis concedo etiam minorem secunde deductionis et nego consequentiaz quia secundum cadit sub prohibitione et non primum ideo licet vti primo ad finem secundi et non licet vti secundo ad finẽ primi. Ad decimã terciaz respondeo primo q̃ maior non videt vera. experimur enĩ quotidianũ conflictũ a gula et nõ a luxuria et q̃zdiu viuimus nos impugnat gule tentatio sed non luxurie. Et

hoc declarauit parabola sensus que supra recitata est et hoc esse verum experietur aliquis si diuturno tempore sine cibo et potu perseueret tunc enim intelliget q̄z vehemens sit gule temptatio dato tamen ꝙ antecedens sit verum consequentia tamē non valet nisi in peccatis que sunt eiusdem rationis quia enim peccata diuersorum generū ex ratione sui generis grauitatem habent ideo in talibus non est comparatio sumenda secundum ea precise que excusant peccata ipsa. Ad confirmationem dico ꝙ sitis et esuries naturali necessitate sequuntur vim nutritiuam neq̄z sunt pene vis nutritiue extrinsec⁹ inflicte. et cum dicitur ꝙ tota rebellio ⁊c. respondet ꝙ hoc negat thomas sed vt dicit secuta est ex superbia sine tamen sic sine non hoc est omnino impertinens ad grauitatem peccati cum non ex actibus quos tunc habuit adam sumenda sit naturalis ⁊ specifica peccatorum grauitas. ⁊ vltra cōcedo quod infertur scz ꝙ non omne petiū luxurie est peccatū mortale vt p̄z de cōcubitu viri et vxoris venialiter deordinato.

Ad decimā quartā nego maiorē maxime vbi ratio absorbet ante deliberatione caret ex culpa facientis secus si sine culpa. Et ad minorē dico ꝙ absorbet nō ī actu exteriori ex culpa faciētis quā in actu interioris consensu contraxit. Et licet in actu exteriori deliberatione careat non tū in actu interiori pro mensura pro qua exteriorem precessit. De loth autem dicit ꝙ in eo erat specialis causa propter quam deliberatione caruit scz ebrietas cuius si fuerit causa culpabiliter actus sequens sibi imputandus est. Ad decimā quintam concedit Thomas maiorem ⁊ minorem ⁊ negat consequentiā ꝓ tempore gratie in quo magis vacādum est spirituali ꝓpagationi q̄z corporali ad quā sunt magis apti celibem vitam ducentes. Pro tempore autē pro quo erat vacandū multiplicandi humani generis minor falsa est immo non potuissent quis obstinere ab actu generationis sine vicio tā secundum legem humanam q̄z diuinam. Ex hac solutione arguitur sic contra opinionem. Thome superius recitatā tempore gratie non est tanta necessitas huic nec isti generande prolis quanta erat tēpore quo quis tenebatur ad generationē prolis immo isti nulla est necessitas cum possit vitam celibem perpetuo agere ergo ex necessitate generande prolis non potest concludi eff caciter ꝙ concubitus fornicatorius sit mortale peccatum. Ideo aliter respondeo negando consequentiam quia causa propter quam huic fornicatorius concubitus est peccatum mortale non est quia iste sit obligatus ad generationem sed quia prohibitus est cum non sua concubere. Ad decimā sextam respondetur ꝙ aliquis cōcubitus dicitur esse concubitus ex quo non potest sequi generatio prolis tripliciter. vno modo secundum rationem sue speciei sicut est concubitus masculi cū masculo ⁊ omnis talis est illicitus. Secundo modo quia non ita conuenienter nec ita frequenter ex eo sequitur gn̄atio ⁊ educatio prolis sicut est fornicatorius ⁊ ⁊ iste etiam est illicitus. Tercio mō ꝓpter particularia accidentia cōcubentiū vt ꝓpter egritudinē aut senectutem aut īproportionem eorum et talis potest esse licitus. Et hec solutio satis conuenit etiam solutione Thome in conclusionibus de malo. Ex qua sic arguitur. vbicunq̄z reperitur ratio precise et adequate faciens aliquid esse illicitum illud est illicitum ex quacunq̄z causa illa ratio ibi reperiatur. Sed in concubitu cum sterili reperitur hec ratio que est nō esse aptum ad generationem prolis et ille concubitus nō est illicitus ergo hec ratio non est ratio adequata et precise propter quā aliquis concubit⁹ dicatur illicitus. Ideo respondeo concedendo añs et negando cōsequentiam qr fornicatorius est prohibitus et alius qui sit cum sterili nō est prohibitus quia est cōiugalis. Ad decimāseptimam dico ꝙ per consensum fornicationis in cogitatione hic nō intelligo nisi consentire cogitationi de fornicatione et tūc dico ꝙ aliquis talis cōsensus est peccatū mortale aliq̄n non. Nam si cogitare velimus deliberate vt fornicatio p̄terita nos delectet et in ea cōplaceamus nobis aut vt speratum assequamur tunc est peccatum mortale. Si autē cogitare velimus vt ad memoriam reuocemus quotiens ⁊ quātum deum offendimus et peccata nostre fornicationis digne defleamus est actus bonus. si tamen cogitemus cū firmo ꝓposito nunq̄z incidendi in eam hoc non videt peccatum mortale cum nō sit prohibitum qr in hac cogitatione nec est actus exterior nec concupiscētia actus exterioris q̄zuis quis ita cogitans se exponat periculo nō confundenti et obruenti: sed circumstanti. Ad probationem dico ꝙ delectatio fornicationis si nō est deliberata nō est peccatum mortale qr non est actus liber. sed si est deliberata et talis qualis dicta est esse peccatum est peccatū mortale quotiens autē habetur consensus circa eam: tunc ipsa deliberata est ⁊ ob hoc consens⁹ in ea nō ē consensus in veniali: sed in mortali. Ad decimā octauam dico ꝙ fornicatio dicit actum exteriorem qui est concubitus soluti cum soluta et actum interiorem scilz consensum vel volitionem huius actus exterioris plene deliberatam. Et quia titillatio nō dicit huiusmodi deliberationē: aut huiusmodi consensum ideo titillatio non est actus fornicationis sed potius est prim⁹ motus aut ipsa de fornicatione tētatio. Ad decimam nonam iam patet ꝙ ratio illa equaliter concludit contra adulterium sicut contra simplicem fornicationem. ideo dictum est ꝙ concubine eorum appellate sunt vxores et assignata est causa ex Augustino propter quam fuit eis licitum. Ratio ante oppositum soluta est ex dictis

Q Uerit secūdo vtrū fornicatio sit peccatum grauissimum. Arguitur ꝙ sic scd̄m Apostolum. Qui fornicatur in corpus suū peccat et tollit membra xp̄i et facit ea mēbra meretricis igit grauissime peccat. In oppositum est Gregorius dicēs ꝙ peccata carnalia sunt minoris culpe q̄z peccata spiritualia. ¶ Ad hanc questionem respondet Thomas sub ꝓpositionibus tribus. Prima est fornicatio scd̄m se est graui⁹ peccatū illis peccatis que sunt ꝯtra bona exteriora proximi sicut est

Tres ꝓpōnes Thome de fornicatione.

furtum, phat qz fornicatio est contra bonum hominis nascituri. Secunda fornicatio ē pctm̄ minus graue illis que sunt cōtra deuz. Tertia fornicatio est pctm̄ minus graue illis que sūt cōtra vitam hoīs nati sicut est homicidiuz. Due secunde ppōnes mihi vere videntur sed non prima.

Prima pclo ¶ Ideo sit prima conclusio. Fornicatio simplex non est peccatū ita graue sicut furtum ceteris paribus. phatur furtum est expressius contra pceptum dei datū Moysi q̄z fornicatio simplex quia furtuz est sub propria rōne phibitum. fornicatio vero simplex vel nō est aliquo illorū decem preceptorum phibita: vel si est aliquo eorū prohibita hoc est sub phibitione alterius hoc est mechie p quandā sequelā vt dicit Thomas. de qua tamen sequela sine pña a phibitione vnius ad phibitionem alterius constat qd̄ nisi aliud addatur nō valet. Secundo qui furat̄ facit cōtra pceptū diuinū sicut ille qui fornicat̄ et cū hoc iniuriaz facit proximo certo et determinato et toti reipublice: inq̄zū turbat statū eius pacificū qui vo fornicat̄ nulli determinato pximo facit iniuriaz igit̄. minor probat̄ quia si sic hoc maxime est [vt dicit Thomas] quia facit iniuriā homini nascituro sed hoc non quia vel facit sibi iniuriam eo q̄ concubendo fornicatorie non generat hominem et hoc nō quia tunc magis noceret nō concubendo cū mulieribus gñaret. tum etiam qz hoc nō concluderet nisi de cōcubitu vago z meretricio z nō adhuc de quolibz qz nō de concubitu viri sed de concubitu mulieris ppter quē vagū concubitū eius fit inepta ad generationē aut facit iniuriā homini nascituro qz nō nutrit nec educat eum et hoc nō. qz isti actus nō sunt actus fornicationis sed sunt actus iniusticie a quolibz actu fornicatiōis distinctiaut quia ita generando dānificent eum in eo q̄ facit ipsū illegitimū et hoc non quia hoc non est esse contra vitam hominis nascituri: tuz etiā qz licet non faciat eum legitimū facit tamē eum esse et ita plus facit sibi boni q̄z inferat mali tuz quia vt iam dictū est perpetuus celibatus magis est cōtra vitam hominis nascituri q̄z simplex fornicatio. Tercio quicquid dat alicui actui grauitatez culpe illud dat grauitatem culpe cuicunq̄ actui in quo reperitur sed esse contra vitam hominis nascituri non dat celibatui quācunq̄ grauitatez culpe in quo tamen per se z ex intentione reperitur. omnis enim celibem vitaz proponens per se intendit non generare ergo non dat grauitatem actui fornicatorio in quo et si reperiatur hoc nec est per se nec ex intentione. Quarto supposito q̄ fornicator inferat nocumentum vite hominis nascituri tamen non tenetur non esse causa huius nocumenti alio omnis celibatus esset culpabilis: fur vero infert nocumentum bonis exterioribus proximi cuius nocumenti tenetur nō esse causa ergo furtum est maius pctm̄ q̄z simplex fornicatio imo ex isto argumento phatur q̄ simplex fornicatio non habet grauitatem ex hoc quod ē cōtra vitam hominis nascituri quia nō tenetur ille qui fornicatur non esse causa hu⁹ nocumenti. omne autē quod auget grauitatem peccati est debituz non inesse aut debitum inesse. Et si dicas q̄ licet non teneatur nō esse causa illius nocumenti tenetur tamen non esse causa per actum fornicatoriū ex hoc habetur intentum scz q̄ hoc quod est agere contra vitam hominis nasciturꝫ z maxime nō per se et principaliter intendendo nocumentum illud non est in se malum nec dat actui fornicatorio grauitatem sed econtra actus fornicatorius dat alteri grauitatem z culpabilitatem. Nam cū quis sine actu fornicatorio vl' actu culpabili agit contra vitam hominis nascituri tunc non infert culpabiliter nocumentū vite hominis nascituri si autem mediante actu fornicatorio tunc infert tale nocumentum culpabiliter: ergo huiusmodi nocumentum culpabilitatez recipit ab actu et nō econtra. Quinto furtum per se et ex intentione est in nocumentum proximi actus fornicatorius non est per se et ex intentione contra vitam hoīs nascituri ergo furtum est deterius fornicatione. Sexto furtum nominat actuale damnum proximi cum quo non stat vtilitas proximi simplex fornicatio non dicit actuale dānum prolis cum qua stat vtilitas nutritio scilicet et educatio plis debita et cōueniens igitur. Septimo furtum nihil penitus includit vtilitatis circa proximum Sed simplex fornicatio quotiēs ponit nocumentū hominis nascituri in nutritione et educatiōe ponit bonū eius qz ponit ipsum in esse. ergo fornicatio simplex non est deterior furto.

¶ Scd̄a cōclusio fornicatio simplex nō est grauissimū peccatū inter pctā que sunt contra vitam hominis nasciturꝫ. probat̄ qz peccata contra naturā sūt cōtra vitam hoīs nascituri et grauiora sūt fornicatione. Scd̄a pclo
Añs patet de concubitu in vase nō debito aut de concubitu in vase debito cum emissione tamen seminis in terrā. Scd̄o patet de veneficio quod fit ex intentione vt mulier cū qua concubitur nō concipiat. veneficiū aūt illud quo fit vt cōcept⁹ fetus extinguatur est cōtra vitam hominis iaz nati natiuitate in vtero.

¶ Tercia cōclusio inter species luxurie prouenientis ex persona instrumētis aut modo simplex fornicatio est minus grauis patet inductiue. Est minus grauis adulterio qd̄ includit iniuriaz viri ipsius mulieris incestu qui includit iniuriam sanguinis et cognationis raptu qui includit iniuriā parentuz aut eoruz quibus puella cōmissa est: stupro quo persona ad libidinosuz concubituz preuio trahitur: peccato contra naturam quod nature enormē iniuriaz includit. Dixi autē species luxurie puenientis zc̄. pter concubitum coniugalem inordinatū ratione supabundantie aut nimij ardoris qui est minus grauis fornicatorio concubitu posset tamē esse tanta deordinatio libidinis q̄ esset grauior. Pro sequētibus tamen cōclusionibus est aduertendū q̄ fornicatoriorum concubitum videtur esse triplex differentia. vnus est concubitus vagus quo scz quis nūc cū vna postea cuz alia et iterū cum alia concubit. Alius est non vagus quo solutus cum soluta et vnus cum vna concubit sine tamen vllius pacti interuentione de diuturnitate aut perpetuitate cohabitatiōis. Tercius quo quis cū vna cū hmōi interuentione pacti cōcubit z hoc tacite vl' expresse z iste tercius modus imitatur cōiugium in duo Tercia pclo

bus scz in fide et in bonis prolis nisi q hec in cō-
iugio bona sunt simpliciter hec vero nō. nō qui-
dem fides quia nō debent aliqui ad hanc fidē pri-
uatis pactis et nō interueniente eccl'ie auctorita-
te se astringere: nec ples qz licet supposito q eue-
nerit proles ipsa sit nutrienda et educanda reli-
giose tamē illicita est pmissio simpliciter ad pro-
lem inde educandum vnde nō potest licite susci-
pi. Et iste tertius cōcubitus est proprie concubi-
natus. Secundus est cōcubinatus secundū quid
Quarta pclo et maxime si eadem domo et foco et mensa vtan-
tur. ¶ Tunc sit quarta cōclusio. Fornicatio sim-
plex que est concubinatus est alijs fornicationis
simplicis spēbus grauior pbatur. Ois fornicatio
simplex tanto est deterior quanto magis aduersa-
tur coniugio: sed cōcubinatus magis aduersa-
tur coniugio igit. minor pz quia concubini hoc
ipso io inter se pepigerunt et promiserunt se non
deserere et vnus nō transit nisi raro ad coniugiū
alterius qz vir iudicat mulierem impudicā et vi-
lem que se sibi illegitimo concubitu cōmunicauit
ergo concubinatus maxime aduersatur cōiugio.
Secundo concubinatus includit deordinationē
omnem que est in alijs et pter illam includit que-
dam illicita et inordinata pacta sicut dictum est
igit. Tertio omne peccatū tanto est grauius quāto
magis viam vere penitentie pcludit. sed concu-
binatus inter omnes species fornicationis maxi-
me pcludit viam penitentie igit. minor probat.
quia concubinatus pper pacta interuenientia
firmat animū per tot in vitam aut multū diutur-
num tempus in illo illegitimo pcubitu que firma-
tio animi repugnat displicentie de peccato z per
pñs vere penitentie. Quarto quicquid prestat fre-
cunqꝫ licitum est matrimonium inter eos concu-
bitus non est incestuosus ꝛ inter quos propter co
gnationem aut affinitatem non est licitum inter
eos concubitus est incestuosus. sed in diuersis tē
poribus fuerunt alie et alie leges circa matrimo
nia personarum cognationē aut affinitatem ha
bentium et que licebant non obstante cognatio-
ne vno tēpore. alio tpe ꝑpter cognationē nō lice-
bant igitur. minor probatur. Nam post creatos
primos homines et editam prolem ante debitā
multiplicationem humani generis fuit inter fra
tres et sorores licitum matrimonium: nec concu-
bitus eorum incestus erat. Fratres enim et soro-
res cognationem habent secundū lineam trans
uersalem et non secundum lineam rectā in qua
linea recta secundum Scotum omnis concubi-
tus fuit incestus etiam quocunqꝫ tempore ita ꝙ
si Adam vixisset vsqꝫ nunc nullā mulierem pos
set habere in coniugem quia quelibet daret se ha
bet ad eum secundum lineam rectā Quicquid
autem sit vel fuerit de facto Dico ꝙ si complexio
que talis fuisset ꝙ non fuisset apta ex complexio
ne ad generationem masculorum sicut multe re-
periuntur et hoc Adam post multarū filiarum
generationem cognouisset: potuisset accipere vnā
de filiabus suis in vxorem masculorum generan
dorum causa/alias nec deo precipienti multipli-
cationem generis humani nec rationi naturali
hoc indubitāter suadenti satisfecisset quia per so-
lam multiplicationem feminei sexus non suffici-
enter multiplicabatur humanum genus nec fu-
isset satisfactum intentioni precipientis. Secun-
do. In omni lege fuit de facto prohibitus sub

certo gradu cognationis concubitus. Probatur
de lege nature per illud. Relinquet homo pa-
trem et matrem et adherebit vxori sue. Ubi vide
tur expresse prohibere ne idem sit pater et mari-
tus et ne eadem sit mater et vxor quia alias eidē
adherere et non adherere iuberentur. In lege ve
teri patet in Exodo. In lege noua patet. Nam
prohibitus est concubitus vsqꝫ ad quartū gra-
dum ex patrum constitutionibus.
¶ Secunda conclusio. Leges de sanguineorum Scda cclo
matrimonio aliquando fuerunt latiores aliquan
do vero arctiores ꝙ nunc sint. Patet quia tem-
pore legis nature et vsqꝫ ad sufficientem multipli
cationem humani generis non videbatur prohi
bita commixtio nisi secundum rectam lineam se-
cundum quam aliter ab altero mediate vel imme
diate procedebat nec tempore legis veteris videt
fuisse tam arcta prohibitio sicut nunc. Secundū
patet quia tempore Gregorii Pape apud iā cō
firmatos et roboratos in fide erat prohibita com
mixtio vsqꝫ ad septimum gradū apud alios vsqꝫ
ad quintum vt patet ex quadam epistola quā ad
Augustinum Anglorum presulē ipse Gregori⁹
scripsit nunc vero latior est lex quia non prohibe
tur commixtio nisi vsqꝫ ad quartū gradū. ¶ Ter Tertia con
cia conclusio. Lex de prohibitione commixtionis clusio.
vsqꝫ ad quartum gradum est rationabilis. Pro
batur illa lex est rationabilis per quā multo plu-
res in ciuitate amicitia colligantur et vniuntur:
sed per hanc legem multo plures in amicitia col
ligantur et vniuntur igit. Maior patet quia ami
citia est multum vtilis et desiderata ad conserua
tionem ciuitatis. Et minor probatur quia si lice-
ret indifferenter quoscunqꝫ de cognatione sua in
matrimonium iungere tunc idem erit frater et
maritus eadem erit soror et coniunx. si autem nō
liceat tunc iste due necessitudines que non erant
nisi in duabus personis erunt per quattuor per-
sonas extense. Nam vna erit soror et alia vxor/
et vnus erit frater et alius maritus et ita per hoc
quattuor coniungentur in amicitia vbi prius nō
fuissent nisi duo coniuncte et hanc rationem diffu
sius deducit Augus. xv. de ciui. dei. Secūdo. nul
lus actus turpis aut fedus et in quo facientes de-
prehensi naturaliter verecundantur exercendus
est cum hijs quibus reuerentiam et honorificenti
am debemus nisi necessitas exigat: sed actus ve-
nereus est turpis et fedus in quo facientes depre
hensi verecundantur et inde est ꝙ non exercetur
nisi in occulto et ad eos qui cognationem nobis
cum habent reuerentiam debemus/et ideo apud
antiquos non erat licitum vt dicit Ualerius. fili-
um suum cum patre balneari ne seinuicē nudos
conspicerent/et propter hanc causam dicitur le-
uiti. decimo octauo. Matertera est non reuelabis
turpitudinem eius. Tercia ratio persone sangui-
ne coniuncte simul conuersantur ergo si non ar-
cerentur a coniunctione mutua graue ad modū
periculum immineret ne sine vinculo matrimo-
nij frequentius commiscerentur. Quarto. quia
si amori quem naturaliter habet homo ad con-
sanguineum adderetur amor vxori cum esset in-
ter eos nimius ardor amoris et maximum libi-

diinis incentiuum. Sed hec ratio superioribus forte seculis valuit cum homines plus superhabundarent in amore vxoru3 q̃3 deficerent: nunc autem cum sit econtra non videtur multum efficax. Quinto. Qualitates complexionantes vt plurimum consequuntur sanguine3 ita q̃ comuniter vbi reperitur cōmunitas sāguinis ibi reperitur qualitatum corporalium cōmunitas: ergo ad huiusmodi qualitates variādas 7 emendandas et temperandas vtile multum est vt connubia fiant inter dispares et eos qui non sunt consanguineitate cōiuncti: quia tamen hec materia magis proprium locum habet vbi agitur de matrimonio ideo sufficiāt que de hoc dicta sunt.

Qrta 9clo ¶ Quarta conclusio et si incestus non se extendat de iure diuino ad affinitatem se tamen extendit de iure hūano positiuo. Patet quia ex iure positiuo humano qui cōcubuit cū aliqua non potest sororem eius in vxorem ducere nec cum ea sine incestu commisceri. Si quis tamen diceret q̃ hoc non est propter affinitatem contractam: sed propter consanguineitate3 quo est inter sorores due enim sorores non possunt secundum legem nunc positam fieri caro vna cum vno viro ꝑpter consanguineitatem earu3 nec duo fratres possūt nunc fieri caro vna cu3 vna muliere licet hoc non solum erat permissum ymo etiam iussum in veteri lege cu3 precipiebatur q̃ frater accederet ad relicta3 fratris sui qui decessisset sine liberis vt suscitaret semen sibi Et ita diceret q̃ prima repugnantia non venit ex affinitate inter sororē vxorem et virum contracta Sed ex consanguineitate que est inter duas sorores aut inter duos fratres ꝑpter quam consanguineitate3 prohibetur duorum fratrum cum vna muliere et duarū soror3 cum vno viro commixtio. Quicquid sit de hoc siue vocetur consanguineitas siue affinitas constat q̃ est iure prohibita cōmixtio inter huiusmodi personas.

Qnita 9clo ¶ Quinta conclusio Cognatio spiritualis de iure positiuo humano facit cōmixtionē illicitam contrahitur autem huiusmodi cognatio spiritualis inter eos qui secundum ritum ecclesie ex ministratione sacramenti aliqua3 denominationem cognationis cōtrahunt. Dicitur enim aliquis pater spiritualis. aliquis cōpater. aliqua cōmater et quia istas tres denominationes videtur consequi in tribus sacramentis scilicet baptismo/ confirmatione/ et penitentia idō cognatio per hec contracta sacramenta facit concubitum incestuosum de hoc habetur ex concilio magociensi de eo q̃ interrogastis si quis filiola3 suam in vxorem duxerit et cetera. Et sequitur de talibus sic respondendū est. Si filiola3 aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit separandos esse iudicamus 7 graui penitentia plectendos. De penitentia autem sacramento ait Simachus Papa. Omnes quos in penitentia suscipimus ita nostri sunt spirituales filij vt 7 ipsi quos vel nobis suscipientib⁹ vel sub trine mertionibus vocabulo mergentibus vnda sacri baptismatis regenerauit. Siluester quoq̃ docens admonet vniuersos sacerdotu3 vt nullus causa fornicationis ad suam penitentiale3 accedat

Trib sacramētis faciūt cognationē spiritualez.

quia scriptum est. Omnes quos in penitentia accipimus ita filij nostri sunt vt in baptismate suscepti quia ꝑpter 7 cetera. Ide3 ꝓhibet Celestin. Papa dicēs. Si quis sacerdos cu3 filia spirituali fornicatus fuerit sciat se graue adulterium cōmisisse et cetera. Ide3 habet. Non debet episcopus aut presbiter cōmisceri cu3 mulieribus que ei sua fuerint confesse peccata et addit penam Aduertendum tamē q̃ cognatio contracta per sacramentu3 penitentie non transit ad alia3 personam/ non cu3 ex eo q̃ tu audis bertham in cōfessione contrahitur inter te et filiam berthe que cumq̃ cognatio spiritualis/ ideo dico q̃ vbi non reperitur specialis prohibitio per hoc concubitus non fit incestuosus. ¶ Secūdum multos aute3 in sacramento baptismi et confirmationis cōtrahitur triplex cognatio spiritualis paternitas compaternitas 7 fraternitas paternitas contrahitur ta3 in ministrante sacramentu3 q̃3 in tenentibus baptisatum vel confirmatum. Compaternitas contrahitur ad parentes baptisati 7 confirmati et maxime si sint baptisati quia baptism⁹ est principiu3 omnis cognationis spiritualis et ideo nō transit huiusmodi cognatio spiritualis ad non baptisatos q̃ si parentum vnus non sit baptisatus et alius sit baptisatus transit ad vnū cognatio 7 nō ad alium sed quicquid sit de hoc vulgarissimo mō dicendi quo dicitur q̃ virtute huius compaternitatis impeditur matrimonium inter patrem spiritualem pueri et matrem carnalem eiusdem, propter cognationem spiritualem contractam que est compaternitas videtur mihi q̃ compaternitas nulla3 cognationem spiritualem compatrum ad se inuicem sed ad filium spiritualē importat sicut concausalitas nō importat habitudine3 causalitatis vnius ad alterum inter ipsas causas sed ad ipsu3 causatu3 non enī ratio cause dicuntur ea quorum vnu3 est causa alterius, sed ea que sunt simul causa respectu tertij ita etiam cōpater dicitur vel simul pater vel se habens ad filium quo ad esse spirituale sicut se habet carnalis pater ad ipsu3 quo ad esse naturale cōstat aute3 q̃ sic se habere ad inuicem non ponit aliqua3 cognationem spiritualē in sic se habentib⁹ fraternitas autē causatur inter regeneratū et filios carnales regenerātis. dico tū q̃ iste cognationes non egrediuntur personas ne transeant ad alias personas ex natura rei sed tū ex institutione positiua ideo vbi reperitur prohibitio estimo eam factam esse pro reuerencia sacramentorum et sequenda est. vbi autē non reperitur expressa prohibitio non est amplianda neq̃ extendēda nec doctoribus iuris dicentibus matrimoniū non tenere vel dissoluendum esse credendum est nisi ius expressum adducant quia si non innitantur iuri oportet q̃ innitantur rationi difficile est aute3 afferre rationem cogente3 in istis in quibus principia videntur ex sola institutione obtinere vim sed quia ista magis pertinet ad materia3 de matrimonio ideo vsq̃ illuc reseruantur vbi deo concedente circa vnūquodq̃ specialiter insistemus vbi etiam dicetur de cognatione legali. Sed est questio vtrū vbicunq̃

In sacramēto baptismi ɔtrahit triplex cognatio

ecclesia prohibet matrimonium propter cogna
tionem vel affinitatem carnalem vel spiritualē
ibi eo facto sentiat concubitum nō matrimonia
lem esse incestū. Ad quod dico φ sic maxime de
cognatione et affinitate carnali. De spirituali
vero in aliquibus expresse dampnatus est cōcu-
bitus non solum tanq̄ illicitus sed etiam tanq̄
Ad quintaȝ conclusionem gravioris culpe vt patet ex allegatis. ¶ Ad
quintam conclusionem, in alijs vero recurren-
dum est ad communem estimationem ecclesie:
in qua viuitur et ad moralez honestatez putant
tamen non nulli in talibus semper eam partez
asserendam esse per quā homines magis retra-
huntur a peccatis sed non puto deo gratum esse
falsis doctrinis et mendacijs homines a pecca-
tis retrahere in talibus ergo disentienda est ve-
Sexta cōclusio ritas et nihil temere asserendum. ¶ Sexta con
clusio incestus est species luxurie ab alijs distin
cta patz satis ex dictis distinguitur enī ab alijs in
hoc φ concubentium vnus non potest esse licita
materia alterius propter cognationez vel affini
tatem carnalem vel spiritualem. Ex quibus pa
grad⁹ icest⁹ tet φ incestus habet multos gradus secundum
quos etiaz peccata in gravitate ascensum habēt
Est enī omniū summus grad⁹ cōmixtio eorū qui
cognationem habent secundum lineam rectam
vt patris et filie matris et filij ꝛ sic de alijs. Se-
cundus commixtio secundum primum gradum
linee transuersalis fratris et sororis tercius cō
mixtio petens secundum gradum eiusdē linee la
teralis vt consobrini et cōsobrine. quartus secun
duz tercium quintus secundū quartum. in primo
autem gradu possunt assignari gradus secūduz
maiorem vel minorez proximitatez. tamen secū
dum scotū maxime distantes secundum lineam
rectam graviorē incestum cōmittunt q̄ maxime
propinqui secunduz lineam transuersalem. Se-
cunduz cognationem spiritualē primus grad⁹
est inter regenerantem et regeneratū, secundus
inter regenerantē et parentem carnis. tercius in
ter regenerantem et prolem generantis. quart⁹
inter prolez regenerantis et prolem generantis
et hoc si de istis inueniatur specialis prohibitio
Idez diceretur de penitentie sacramento in quo
cōmixtio pertinet ad primum modum cognatio-
nis spiritualis in affinitate etiam potissim⁹ gra
dus inter maritum et matrem coniugis sue. secū
dus inter maritum et sororē coniugis sue eodē
modo etiaz de parentibus ꝛ fratribus mariti di
cendū esset. Ali⁹ gradus sumerēt penes cogna-
tionem legalem que est propinquitas persona-
rum ex adoptione proueniens. Cuius est duplex
species scilicet arrogatio que fit in eum qui est sui
iuris et adoptio que fit in eū qui est iuris alteri⁹
Septima cō clusio. ¶ Septima cōclusio incestus nō est species spe
cialissima luxurie patet qꝛ vt dictum est continet
sub se multos gradus specie differentes vt pa-
tet ex sexta conclusione nec valet quod dicit tho
mas φ persona affinis coniungitur alicui pro-
pter personam consanguinitate coniunctam ꝛ
ideo quia vnum est propter alterum eiusdē ratio
nis ingeneritatem faciunt affinitas et consangui-
neitas, tum primo quia q̄uis affinitas ex cōsan
guinitate nascatur ita φ nō esset affinitas si nō
esset consanguinitas tamen alia ratio est affini
tatis a ratione consanguinitatis et multe perso
ne sunt affines que non sunt consanguinee et in
multis gradibus consanguinitatis fit incestus
in quot gradibus affinitatis non fit incestus qua
re incestus incitatus consanguineorum aliud ha
bet obiectum quā incestus affinium et differunt
peccata ista in gravitate vt constat: et non tantū
secundum intentionem: ergo secundum speciez.
Tum secundo quia sub incestu cōtinetur cōmix
tio eorum qui habent cognationez spiritualem
et legalem ergo incestus non est species specia-
lissima imo nec incest⁹ consanguineorū est spe-
cies specialissima. ¶ Contra conclusionē respō
Cōtra cōclusionez missiuaȝ siuam arguitur sic incestus non importat de se spe
cialem rationem malicie ergo incestus non est
species luxurie antecedēs apparet qꝛ accedere
ad consanguineas vel affines nō est de se maluz
alias numq̄ fuisset licitum. Secundo prohibitio
incestus tantum ordinata est ad concordiam et
amiciciam generandū in civitate ergo incestus
non est per se malus. Consequentia tenet quia in
cestus non plus habet de ratione mali q̄ oppo
situm eius habet de ratione boni. Ad primum
nego antecedēs. Dico enī φ incestus in ratione
sua importat prohibitionem. Est enim incestus
concubitus cognitionē vel affinitatē habentium
lege prohibitus. Et ad probationē dico φ acce-
dere ad consanguineos vel affines contra prohi
bitionem est de se maluz qꝛ hoc est accedere con
tra rectā rationē. Ad aliquos tamen accedere
consanguineos est contra legem nature non so
lum hominibus verū etiā animalibus insitā pu
ta accedere ad filiū vel filiam nam filij naturalē
ter debent reverentiam parentibus cui maxime
per hoc opus fedū et turpe derogatur et hoc bru
ta animalia abhominari videntur. Nā vt refert
Aristoteles octavo de animalib⁹ quidā equus
quia deceptus fuit vt matri cōmisceretur seipsum
precipitavit et quidā camelus etiaz deceptus vt
matri cōmisceretur deceptorem peremit. Aliarum
vero personarum cōmixtio que per ordinez ad
parentes cōmixtionē habent non habet tantam
indecentiā sed circa hec variatur decentia et in
decentia secundū cōsuetudinem et legem huma
nam vel divinā. Et ideo habet Augustinus pri
mo de civi. dei φ cōmixtio sororum et fratrum quā
to fuit equior cōpellente necessitate tāto postea
facta est damnabilior prohibēte religione. Ad
secundā dico φ illa nō est sola causa / sed preter
hanc multe alie allegate sunt et preterea nega-
tur consequentia quia sicut que per se valent ad
concordiam civitatis ꝛ amiciciaz civium sunt p
se bona ita que per se huic nocent sunt per se ma
la posita prohibitione. Cavenduz est tamen ne
ex multiplicitate huius quod est p se bonū et per
se malum quis decipiatur. Ad rationem aute
oppositum negatur consequentia quia incestus
quod aliqui volunt cōponi ex in et castus quasi
non castus sive ex propria significatione sive ex
appropriatione tantū significat cōcubitum illum
qui ob cognationez vel affinitatez est illicitus.

Querit decio vtruz vicium contra naturaz sit inter peccata carnis grauissimũ peccatum luxurie? Arguitur q non aliqua peccata luxurie sunt immediate contra deũ vt luxuria personarum deo dicatarum sed peccatum contra naturam non est imediate contra deuz igitur. In oppositum est Augustinus libro de adulterinis coniugijs dicens omniũ horum peccatorũ que scilicet ad luxuriam pertinent pessimuz est quod contra naturam sit. ¶ Notandum q actus luxurie

Act⁹ venereus tripl'r dr cõtra naturam

dicitur esse tripliciter contra naturam. vno modo ex parte materie quando scilicet aliquid assumitur pro materia luxurie quod non est ordinatum a natura vt sit materia respectu illius vt cũ masculus in masculũ vel femina in feminaȝ turpitudinez operatur vel quilibet eorum in seipso et hoc dupliciter. Uno modo cum variato debito sexu retinetur eadem species vt in exemplis dictis Alio modo cũ variatur species q̃uis etiã retineatur sexus vt cum homo cuz iumento coit aut cum alio alterius speciei. Secundo contingit innaturalitas ex parte instrumenti ex parte mulieris namq mutatur aliquãdo vas naturale in innaturale ex parte viri etiam mutatur interdũ instrumentum et iste due inaturalitates sunt enormes que proprie ad bestialitatem pertinẽt prima aũt mutatio si non egrediatur speciez habet semper annexaz secundam Sed non econtra. naz si masculus luxurietur cum masculo hoc fieri non potest sine innaturalitate instrumẽti ex parte alterius eo℞ Similiter cũ quis se polluit. Tercia innaturalitas est cum seruata naturalitate in materia et instrumẽto seruãdo seu mõ operandi ordo nature peruertitur. Ordo enim nature est vt femina sub et vir supra iaceat sic dispositis corporis vt pedes pedibus et vultus vultibus respondeant. Contra quem ordinem nature errari potest controuersis corporibus. Scdo controuersis masculi et femine sitib⁹ ita q masculus sub et femina supra iaceat tercio cũ neuter eorum sub et neuter supra et hoc dupliciter vno modo lateretenus alio modo retrotenus in vase tamen femineo. quarto mõ cuz neuter iacet sed vel ambo stãt vel ambo sedent vel vnus stat et alter sedet. Primus modus ꝛ si sit possibilis non tamẽ videtur ab aliquo fieri cũ ꝓpter ineptitudinem ad opus libidinosum non augeat voluptatem. Secundus habet etiam multuz innaturalitatis cum nec sit aptus retentioni seminis propter vas femine controuersum/ nec etiam sit aptus emissioni seminis virilis: concubitus qui fit lateretenus minus innaturalitatis videt̃ habere cum in eo nec vir nec femina tantum distẽt a sitibus suis et vultus vultibus et pedes pedibus respondeant. Qui vero fit retrotenus plus innaturalitatis habet. tuz quia licet pedes pedibus non tamen vultus vultibus respondent Tũ ꝓpter accessũ ad sitũ corpo℞ q est sodomitico vicio. Quidam enim coitum qui cum brutis bestialitatem vocant. cum vero qui fit in re eiusdez speciei debito tamen sexu non seruato sodomiticũ vicium appellant illuz vero quo quis se polluit immũdiciaz siue molliciem. Sed iudicio meo secundum horum etiam Aristoteles appellat bestialitatem. ¶ Ideo sit prima conclusio. Sodo- Pria pclo

miticuz vicium est species luxurie. probatur omne opus libidinosum illicitum est species luxurie: sodomiticum vicium est opus libidinosum illicitum igitur est species luxurie. Minor probatur quia omne tale est innaturale ergo illicitũ. Omne enim tale est contra honestatem quam natura instituit in vsu talis voluptatis ergo secũdum regulam Aristotelis omne tale est illicituz cum enim amor voluptatis ĩpellit contra honestatem nimis diligitur voluptas et peccatur. Eo- Scda pclo

dem modo probatur q omne peccatum contra naturam est species luxurie. ¶ Secunda conclusio sodomiticum peccatum non est species luxurie secundum graduz ĩcontinentie aut ĩtemperãtie. Probatur omnis continentia et incontinentia temperantia et intemperantia sunt circa delectationes humanas et naturales sed sodomiticum vicium non est circa delectationes humanas et naturales sed circa bestiales. igitur. Maior est Aristotelis in septimo ethicorum ita dicẽtis ipsarum autem differentias assumẽdum quẽadmodum enim dictum est secundum principia he quidem humane sunt ꝛ naturales et genere ꝛ magnitudine he autem bestiales. harum autem circa primas temperantia et intemperantia est solum propter quod ꝛ bestias neq temperatas neq intemperatas dicimus. Minor probatur auctoritate eiusdem in eodẽ septimo vbi loquẽs de speciebus bestialitatis. sed hec quidez inquit propter orbitates hec autẽ propter consuetudines fiunt hec autem propter perniciosas naturas et post pauca enumerat coitum cum masculis ita dicens puta pilorũ euulsiones ꝛ vnguiũ corrosione or͛ad hec autem carbonuz et terre cuz his autem que venereorum masculis his quidẽ enim natura his autem ex consuetudine accidũt puta assuefactis ex pueris. Secundo probatur conclusio nulla malicia superabũdans siue trãscendens terminos humane nature est incontinentia vel intemperantia sed omne tale vicium trãscendit terminos humane nature ita q turpitudo eius ita est aliena ab humana dignitate vt sit infra communẽ deiectionez hominum ita q homines cõmuniter et vt in pluribus tale vicium horrent propter maximaz eius vtilitatem igitur. Hanc rationẽ tangit Aristoteles in eodẽ septimo ita dicens. habere quidem igitur singula horũ extra malicie terminos est queadmodũ et bestialitas Et sequitur. habentez autem superare vel superari non simpliciter incontinentia sed secundum similitudinem quemadmodum ꝛ circa iras ꝛ cetera vbi vult dicere q hoc modo superhabundanter malus non est dicendus absolute incontinens sed secunduz similitudinez vel vt postea eodem capitulo magis explicat cũ additione huius quod est bestialis vel egritudinalis puta dicetur incontinẽs incontinentia bestiali vl' incontinẽtia egritudinali. ¶ Tertia cõclu- Tertia pclo

sio sodomiticum vicium est luxuria secundũ grã

dum bestialitatis probatur omnis luxuria est secundum gradum incontinentie intemperantie aut bestialitatis sed sodomiticum vicium est luxuria et non secundum gradum incontinentie aut intemperantie ergo secundum gradū bestialitatis minor patet ex precedenti conclusione et etiam principalis conclusio ex auctoritatibus ibidem adductis probari potest. ❡ Quarta conclusio aliqua luxuria bestialis est minus mala q̄ȝ non bestialis licet sit turpior et inhonestior probatur hec conclusio ratione aristote. in eodeȝ septimo omnis prauitas que fit a non habente principiū humanorum actuum est minus mala q̄ȝ q̄ fit ab habente huiusmodi principium sed interdū sodomiticum fit a non habente principiū humanorum actuū sciȝ a non habente vsuȝ rationis igit' maior est aristotelis ita dicentis innocentior enim prauitas semper que non habet principiuȝ intellectus autē principiū minor patet per aristotelez in eodem septio dicenteȝ q̄ in hmōi bestialib' non est corruptum principiuȝ quēadmodū in homine id est sicut corrumpitur in eo qui non egreditur terminos humanitatis sed corruptū est et non habet vbi vult dicere q̄ in malo qui tamen est homo et nō bestialis ratio corrupta est id est deprauata et habetur vsus rationis sed deprauat' in eo vero qui est bestialis non habetur vsus rationis neqȝ deprauatus neqȝ non deprauatus sed omnino corruptus est. Secundo probatur idem expressa auctoritate Aristotelis dicentis ibidem. minus autē bestialitas malicia terribilius autem et probat hoc ratione iam inducta vbi vult dicere Aristoteles q̄ licet bestialitas sit terribilior q̄ȝ malicia id ē prauitas ex electione proueniens intra tamen limites humanitatis consistens est tū minus maluȝ. Tercio ōēvicīū qd̄ inest aut ꝓpter egritudinē aut ꝓpter cōsuetudinē aut ꝓpt' nature peruersitateȝ est minus eo qd̄ inest ex electione sed aliquādo luxuria sodomitica et bestialis inest propter egritudinem aliquando propter cōsuetudinem et aliqū propter nature peruersitatem igitur. Maior patet quia quanto vicium minus habet de electiōe tanto videtur minus et hanc minorem habet ibidem Aristoteles ita dicens q̄ quātis quidem igitur natura causa hos vtiqȝ nullus diceret incontinētes q̄ȝadmodum neqȝ mulieres quoniam non ducunt sed ducuntur. Similiter autē et egrotatiui habentibus propter consuetudinem. Minor probatur auctoritate eiusdeȝ Aristotelis dicentis sed hec quidem propter orbitates id est morbos hec autē propter consuetudines fiunt hec autē ꝓpter perniciosas naturas vult ergo Aristoteles q̄ p̄dicti actus bestialitatis aliquando cōtingunt ex consuetudine vt cū quis a puero assuescit ad concubitum masculorū pro quo quidem tempore nescit discernere feduȝ a non fedo et turpe a non turpi nec sodomiticū a non sodomitico per longam autē continuationē generatur bestialis consuetudo que secundum Aristotelem nō habet tantuȝ malicie q̄ȝtum habet opus intemperantie. Aliquando vero ex natura sic id est ꝓpter malas qualitates corporales a natura inexistentes inclinantes ad huiusmodi bestiales actus aliquando vero ꝓpter morbos nam sicut ex complexione naturali aut etiam ex cibis et potibus possunt induci qualitates corporales inclinantes ad huiusmodi actus ita et ex morbis possunt similiter induci.

Quinta c. ❡ Quinta conclusio. Vicium sodomiticum habituale est peccatum luxurie grauissimum. Dixi autem habituale ad significandum de illo qui generatur ex actibus electionem voluntatis sequentibus et non ex actibus sequentibus impulsionē qualitatum a morbis aut natura introductarum aut inclinationeȝ peruerse consuetudinis. Quod sit aliquod tale vicium bestialitatis videtur innuisse Aristoteles in septimo ethicorum qui vbi ostendit q̄ hec bestialitas interdum ex egritudinibus interdum ex consuetudine interduȝ ex perniciosa natura causatur: subiungit. est et circa horum singula similes videre habitus. Dico autem bestiales ecce quomodo possunt generari in voluntate habitus habentes inclinationem talem qualem habent consuetudines male perniciosa natura et egritudines hoc autem vicium aliquando contingit in viris magnis fame et glorie cupidis qui vt faciant sibi nomen celebre de castitate respuunt naturalem luxuriā et innaturali vtūtur credentes per hoc satisfacere voluptati et gloriam castitatis apud homines consequi. q̄ autēȝ tale vicium habituale sit grauissimum peccatum luxurie patet. Omne peccatuȝ luxurie quod transcēdit limites et terminos humane luxurie est grauius eo quod non transcendit huiusmodi limites sed sodomitica siue bestialis luxuria transcendit limites humane luxurie quia omnis humana luxuria habet delectationem naturalem hec autem innaturalem habet et bestialem igitur confirmat Aristoteles comparendo bestialitatem ad intemperantiam et dicendo eam esse minus malaȝ hoc ideo asserit vt patet ex ratione sua quia minus habet rationis et principium agibilium in bestiali magis corruptum est et ob hoc tales dicuntur bestie quia maxime accedunt ad bestias et cum eis gerunt in carendo principio agibilium scilicet ratione et intellectu ergo cum vicium est habituale causatum ex actibus electiuis et spontaneis tale vicium erit deterius luxuria secundum gradum intemperantie et generaliter omni alia specie luxurie. Secundo omnis luxuria que exercetur cuȝ corruptione viarum et ordinum institutorum a natura est peccatum grauius ea que fit sine huiusmodi corruptione sed sodomitica luxuria est huiusmodi: igitur. Maior videtur manifesta quia sicut qualibet pessima est principiū corruptio quod maxime apparet in speculatiuis in quibus error circa principia est turpissimus et periculosissim' ita etiam in delectationibus illicitis in quibus error qui circa ea que sunt a natura instituta aliquid turpitudinis in se continet est grauissimus nam inhonesta inhoneste facere est turpissimum. constat autēȝ q̄ solum matrimonium dat honestateȝ actui venereo ergo huic actu addere inhonestatem vel ex parte materie vel ex parte instrumētorum est inhonestissimum neqȝ tamē est veruȝ vniuersaliter q̄ quicquid agitur contra ea que secūȝ naturam sunt determinata est grauissimum et turpis

pissimũ ambulare enim manibus et capite in ter
ram versis est agere contra id quod est a natura
institutum: similiter ambulare in tergũ est tanẽ
hoc non est grauissimũ peccatum cum illud inter
dum sine peccato fieri possit idcirco maiorẽ illam
Sexta pclo ita limitaui et restrinxi. ¶ Sexta conclusio non
omnia peccata contra naturã sunt equalis gra
uitatis. probatur quia peccatorũ contra naturã
quedam peccant in materia / quedam in istrumẽ
to / et quedam in modo siue in situ corporũ. peccã
tia autem in materia sunt grauissima puta q̃ pec
cant in specie vt coitus cũ iumentis aut in sexu
vt coitus masculorũ cũ masculis et istorum pri
mi grauius peccant q̃ secũdi quia plus distat pe
cus ab homine q̃ femina a viro que a sic peccant
in instrumento habent ordinem in grauitate: nã
cum non seruatur vas debitum est grauius puta
cum vir cum femina coit in vase viro et femine cõ
muni et non in vase feminco. deinde cum vel nõ
habetur vas vt cum quis seipsũ polluit aut etiã
cum q̃uis habeatur vas non tamen adhibetur
instrumentum aptum vasi vt cum femina seip-
sam polluit pro eodem autem habeo q̃ femina femi
nam aut seipsam polluat et semper adhibetur in
strumentum indebitum. Similiter pro eodẽ ha
beo q̃ vir seipsum polluat aut vir virum per mol
liciem puta cum virga manibus agitatur aut cũ
fit fricatio alio modo pertinente ad molliciem.
Postremo vero loco et minoris grauitatis sunt
illa in quibus erratur in modo aut situ concubẽ
tium cum scilicet obseruata debita specie et vase
et instrumẽtis cõcubentes non habent situm illũ
secundum quẽ natura instituit libidinosũ opus
fieri. q̃ autem istud sit minoris grauitatis q̃ pecca-
tũ imundicie vel mollicie. probatur materia et in-
strumenta magis sunt de pertinentibus ad opus
q̃ situs operantiũ sed in sodomitico vicio et mol
licie erratur circa materiã et instrumenta in aliis
autem erratur tantum in situ et positione operantiũ
igitur. Secundo potest esse aliqua causa rationa
lis propter quam opus libidinosum factum con
tra naturã situs et positionis non erit culpabile
mortaliter imo secundũ aliquos nec venialiter sed
non potest subesse aliqua causa propter quã er-
ror in materia aut instrumẽto non sit mortaliter
culpabilis igitur. Maior patet in casu ipregna-
tionis cũ scilicet cõcubendo in situ instituto a na
Septima conclusio tura timentur propter periculũ fetus. ¶ Ex qui
bus omnibus patet q̃ inter omnia peccata contra
naturam minoris grauitatis sũt in quibus imitatur
situs a natura institutus. et hec sit septima conclu
Octaua cõclusio sio. ¶ Octaua conclusio. Non quodlibet pecca-
tum contra naturam est ceteris peccatis luxurie
grauius patet quia peccatũ quod fit contra natu
ram situs non videtur esse ita graue sicut adulte
rium nec sicut incestus nec sicut raptus imo diffici
le esset ostẽdere q̃ mutatio situs adderet circũstan
Nona pclo tiam mortaliter culpabilem. ¶ Nona conclusio
sodomia masculi in masculũ est grauior q̃ masculi
li in feminã. patet q̃ sodomia masculi in mascu
lum est abusus persone et vasis in sodomia ma-
sculi in feminã est abusus vasis sed non persone
femina enim potest esse licita materia respectu ma

sculi sed masculus nullo modo potest esse licita
materia respectu masculi. Decima cõclusio adul Decia pclo
terium stuprũ et raptus magis perturbant statum
tranquillum ciuitatis q̃ peccata contra naturã
patet quia prima sunt directe in iniuriã proximi
vt constat non autem peccata contra naturã. Ex
his patet ad questionẽ responsio. ¶ Contra pri Cõtra pmã cõclusionẽ
mam conclusionem arguitur sic primo viciũ cõtra
naturam non continetur sub malicia ergo non est
species luxurie. consequẽtia tenet quia omnis lu
xuria est malicia Secundo luxuria consistit circa
actus ad humanam generationẽ ordinatos sed
viciũ contra naturam consistit in actibus ex quibus
non potest sequi generatio ergo viciũ contra na-
turam non est species luxurie. Tercio omnis lu-
xuria est concubitus illicitus sed aliquod est pec-
catũ contra naturam quod non est concubitus il
licitus vt patet de peccato quo quis seipsum pol
luit ergo aliquod est peccatum contra naturam
quod non est species luxurie. ¶ Ad primã respõ Solutiões:
deo quod malicia accipitur dupliciter. Uno mo Malicia capit dupl'r
do vt est nomen vicij et peccati ita q̃ omne viciũ
et peccatũ dicitur malicia et sic nego antecedens
Alio modo accipitur malicia vt est nomẽ gradus
in vicio et tunc malicia distinguitur contra incont
nenciã et bestialitatem et in hoc sensu cõcedo an
tecedens et nego consequentiam et ad probatio-
nem nego assumptum accepto nomine malicie se
cundo modo aliqua enim luxuria est incontinen
tia vt illa in qua est grauis et valida rationis ob
murmuratio cum scilicet in peccando homo ma-
gis videtur duci a passione q̃ consentire aliqua
etiam luxuria est malicia vt illa in qua non est ta
lis obmurmuratio sed plena electio actus mali q̃
non est infra cõmunẽ delectionẽ hominum. ali-
qua etiam est bestialitas cum scilicet actus libidi
nosus est infra cõmunem delectionem hominũ.
Ad secundam nego maiorem si intelligitur vni-
uersaliter sed solum verũ est de luxuria naturali
est tamen vniuersaliter verũ q̃ luxuria est circa de
lectationes similes delectationibus que contingũt
in actibus ordinatis ad humanam generationẽ
luxuriosus enim non querit humanã generatio
nem principaliter sed veneream delectationem.
Ad terciam nego maiorem sed bene verũ est de
luxuria naturali non est igitur luxuria omnis con-
cubitus illicitus sed omnis luxuria est opus libi-
dinosum illicitum. ¶ Ad terciam nego maiorẽ
Contra quartam conclusionem arguitur per ra- Cõtra q̃rtã cõclusionẽ.
tiones quinte conclusionis Ad illas rationes ne
gantur maiores vniuersaliter intellecte sed opor
tet addere si talis luxuria sit mere spontanea et si
ne corruptione principij agibiliũ scilicet rationis
ex culpa puenientẽ q̃rsi in sic luxuriante sit corru
ptum principium agibilium sine culpa eius sicut
contingit quando bestialitas prouenit a natura
aut morbo aut ex mala cõsuetudine que inducta
est anteq̃ in operante esset vis discretiua talium
operationũ tunc licet talis actus sit turpissimus et
indecẽtissimus inter omnes actus luxurie nõ est tã
pessimus ¶ Cõtra quintã conclusionẽ arguitur adul Cõtra q̃ntã cõclusionẽ
terium/stuprũ/incestus/et raptus/magis contrariã
tur caritati q̃ peccatã sodomitica ergo sũt eo gra

uiora. Añs tenet quia tanto aliquod peccatum est
grauius quanto magis cõtrariatur caritati. añs
patz qr predicta sunt directe in iniuriam ꝓximi
non autem peccata cõtra naturam. Scd̃o adulte
rium incestus et raptus in personas deo dicatas
sunt imediate in iniuriam dei sicꝫ quodlibꝫ sacri
legium sed peccata sodomitica nõ sunt cõtra deū
inmediate igr̃. Tertio tanto aliquod peccatum
est grauius q̃nto in personas nobis magis cõiun
ctas cõmittitur cum secundū ordinem caritatis
eas magis diligere debeamus sed incestus semꝑ
est in personas coniūctas. peccatum autez sodo-
miticum interdū inter personas alienas ĝ ince-
stus est aliquo peccato cõtra naturam grauius.
Quarto agere ꝯtra ordinem institutum a natu-
ra nõ est tante grauitatis vt faciat peccatū maxi
mum in genere illo igr̃. añs patz. Tum primo qr
multa sunt contra naturā in quibus nõ est pec-
catum vt pꝫ de iactu lapidis sursum de actu re-
trogrediendi ꝛ de operibus miraculorū hec cū
omnia sunt contra naturā ꝛ tamen non sunt ꝑec
cata. Similiter calefactio aque. Ad primum ne-
gatur añs. sodomiticum cū peccatum licꝫ nõ sit
tātū contra proximum saltem non participantem
in crimine q̃tum adulterium raptus ꝛc̃. tamen
magis nocet facienti q̃z p̃dicta noceant et facien
ti ꝛ proximo eius et preterea sodomiticū est con
tra deum nõ solum tanq̃z ꝯtra precipientem sed
tanq̃z etiam cõtra ordinatorem nature quia cum
deus sit ordinator nature q̃ contra hm̃oi ordinez
agit: agit contra deum ꝛ hec est sententia Aug.
iij. libro confessionū dicentis. Flagitia que sunt
contra naturam vbi semꝑ detestanda ꝛ punien-
da sunt q̃lia sodomitarum fuerunt que si omnes
gentes facerent eodē criminis reatu diuina lege
tenerētur que nõ sic fecit homines vt se illo vterē
tur modo violatur quippe ipsa societas q̃ cū deo
nobis esse debet cum eadem materia cuius ille au
ctor est libidinis peruersitate polluit. Ad secun-
dum negatur minor vt iam apparuit. Dico ĝ ꝙ
peccata sodomitica tanto sunt grauiora q̃nto or
do nature hūane inditus est prior ꝛ stabilior quo
libet alio ordine nature humane superaddito in iu
iuria enim sacrilegii solum offenditur ius positi-
uum ad quod obligatur aliq̇s ex libera prestituti-
one voluntatis in peccato vero sodomitico viola
tur ius nature editum. Ad tertium cõcedo maio
rem ceteris paribus. nā adulterium in sororez est
grauius adulterio in alienam. et similiter de stu-
pro et etiam peccatū contra naturam in consan-
guineos est grauius q̃z in alienos Dico tamē ꝙ
violatio ordinis naturalis est grauior q̃z violatiõ
ordinis consanguineitatis et maxime qñ est viola
tio quo ad materiam et instrumenta principalia
quem ordinez magis intēdit natura. ¶ Ad quar
tam dico ꝙ multiplex est agere contra naturam
quoddam est qḋ est supra facultatez creature po
situm vt operatio miraculorum ꝛ tale agere con
tra naturam nõ est opus peccati sed est opus ex-
cellentie. aliud est qḋ est infra facultatem homi-
nis et illud est duplex quia quoddā est qḋ precise
dicitur contra naturaz qr eo aliquid mouetur cõ
tra inclinationez sibi datam a natura aut ad ali

quid ad quod nõ ordinauit ipsum natura et tunc
dico ꝙ nõ habet aliquid ꝙ sit peccatum ex eo qḋ
hoc modo est contra naturā. Aliomõ aliquod age-
re dicitur esse contra naturam qr ad aliquez actū
turpem et verendum exercendum aliquid assu-
mitur qḋ non assumi vel non assumitur quod assu
mi natura instituit et illud assumi et istud nõ as-
sumi esse illicitum vnicuiq̧ potenti vti ratione cõ
stat esse indecens turpe et illicitum et sic dico ꝙ
hoc modo esse ꝯtra naturam facit magnam graui-
tatem in peccato. Tertio modo aliq̇d agere dici-
tur contra naturam qr agens et patiens nõ se ha
bent taliter in agendo aliq̇ turpi et verendo qua
liter ea se habere natura instituit et qualiter etiaz
illud agendo se habere constat esse indecenter se
habere et hoc modo esse contra naturam nõ facit tā
tam grauitatem. Et per hanc distinctionem pos
sunt solui omnes instantie in arguendo adducte.
¶ Contra ea que dicta sunt in sexta et septima Cõtra sextā et septimā ꝯclusiones.
conclusione arguitur sic. primo magis peccatur
cum sit abusus alicuius rei q̃z cum omittitur de-
bitus vsus sed mollicies consistit in sola omissio-
ne concubitus alie autem species que ꝓueniunt
ex inordinato situ constitūt in abusu instrumen-
torum ad concubitū ordinatorū igr̃. mollicies est
minus graue peccatū q̃z concubitus stationalis
vel lateralis vel retrouersus vel controuersus.
Secūdo in omni peccato ꝓueniente ex abusu ma
ior est grauitas que ꝓuenit ex abusu rerum ordi
natarum ad actū illū q̃z q̃ prouenit ex abusu re
rum non pertinentiū. Sed deformitas in concu
bitu controuerso laterali. ꝛ sic de aliis est abusus
rerum pertinentiū ad concubitum in sodomitico
autem est abusus rerū non pertinentium ad illū
concubitū ꝛ similiter in mollicie igr̃. sodomiticū
non est grauissimū peccatum inter peccata con-
tra naturam. Ad primam q̃ est Thome et sequa Solutiões
cium eius. Respondeo pro quo est aduertendum
ꝙ beatus Thomas inter peccata contra naturaz
ponit hunc ordinem Infimum locū tenet in his
peccatum mollicie siue immūdicie ꝙ consistit in
sola omissione concubitus ad alterū. Grauissimū
autem est peccatū bestialitatis vbi non seruatur
debita species. Unde super illud Genesis. xxxvij.
Accusauit fratres suos crimine pessimo dicit glo
sa ꝙ cum pecoribꝰ miscebantur. post hoc autem
est vicium sodomiticū vbi non seruatr̃ debitus se-
xus. magis autem peccatū est si non sit debitum
vas q̃z si sit in ordinatio scd̃m aliqua alia ptinē-
tia ad modū concubitus. Qr ergo iste ordo non
placet michi ideo respondeo et nego maiorē vni
uersaliter intellectam Cū enim natura ordinauit
aliqua ad aliquem actum tūc maior est turpitu-
do in omittendo aliquod eorꝫ que natura ordina
uit q̃z in abutendo ordinatis ꝛ ad minorem dico
ꝙ in mollicie non solū est omissio alicuiꝰ ordina
ti a natura puta vasis vel membri virilis sed eti
am est abusus ordinati ꝛ assumptio non ordina-
ti vt patz in eo qui se polluit. per istud enim argu-
mentum equaliter probaretur ꝙ concubitus la-
teralis esset grauius peccatū q̃z sodomiticꝰ quia
in sodomitico est omissio alicuius ordinati a na-
tura ad concubitū. Ad secūdam nego minorem

immo talis abusus est minor ceteris paribus et ideo ex opposito maioris cum eadem minore bene probatur conclusio intenta. ¶ Contra octauam conclusionem arguitur ratione Thome oppositum tenentis. Error circa principia est grauissimus sed se in omni peccato contra naturam est error circa principia ergo omne peccatū contra naturam est quolibet quod non est cōtra naturā grauius et per cōsequēs est grauius adulterio incestu et sic de aliis. Ad hoc ipsum possunt adduci rōes adducte ad quintā cōclusionē. ¶ Ad primam dico q duplex est error circa principia vnus est quo que sunt prima vera creduntur esse falsa et que sūt pria falsa creduntur esse pria vera et iste error est grauissimus et periculosissimus. Alius est quo licet credamus principia ipsa esse vera non tamē vtimur eis eo modo quo vti oportet ad inquisitionē veritatis ita q eis vtimur interdum ad conclusiones falsas. in peccatis cōtra naturam. primo errori comparantur ea que sunt innaturalia ex parte materie aut instrumētorum. Secundo autem errori comparantur ea que innaturalia sunt ex parte modi concubitus cōceditur ergo maior de primo errore sed negatur de secundo. Ad primam pro quinta conclusione dico similiter q dupliciter contingit transcendere limites humane luxurie scilicet vel ex parte materie et instrumentorum et sic concedo maiorem vel ex parte modi vtendi materia et instrumentis debitis et sic ego nego. Et eodem modo ad secundam. Ratio ante oppositum soluta est ex dictis.

Cōtra octauā cōclonē (margin)

Duplex error circa principia. (margin)

Queritur vtrum inter omnia luxurie naturalis peccata incestus sit grauissimum.

Arguitur q non quia adulterium magis ciuitatem perturbat igitur adulterium est grauius. In oppositū arguitur quia incestus est peccatum contra reuerentiam naturalem igitur. ¶ Notandum est q secundum multos sunt sex species luxurie naturalis fornicatio simplex/stuprū/aduterium/incestus/raptus/et sacrilegium. Est autem sacrilegium secundum eos qua persona cultui diuino dicata maculatur. Sed sicut dictum est q incestus importat et significat actum luxuriandi personarū cognationem vel affinitatem tam carnalem q̄ spiritualem habentium: ita dicendum est q adulterium significat luxuriam personarum quarum altera vel ambe alteri connexe sunt carnaliter sicut cōnectuntur per matrimonium vel spiritualiter sicut connectuntur deo per religionem Et quia persona sic deo dicata potest esse integra corpore potest esse carnaliter aut spiritualiter persone conluxurianti coniuncta. ideo idem peccatum potest esse per equiualentiam triplex aut quadruplex. Nam si rapiatur virgo cōsanguinea dicata xpo equiualebit peccatum illud incestui adulterio/spirituali/stupro/et raptui. si rapiat quis despōsatā cōmatrē cōsanguineā dicatā Christo (potest enim desponsata per consensum viri religionem ingredi) erit per equiualentiam adulterium duplex quia desponsata et dicata deo erit incestus duplex: quia consanguinea et cōmater et erit raptus Et ita hec vicia possunt inter se multipliciter comparari. Uno modo quia minimum comparetur minimo vt si compararetur raptus soluti et corrupte incestui in quarto gradu aut maximum maximo vt si compararetur incestus in matrem raptui mulieris dicate deo Et in hac cōparatione non debet esse eorum que comparantur alterius in altero inclusio quod fieret si aliquis cōpararet incestum ad raptum consanguinee.

Sex species luxurie naturalis secundum aliquos. (margin)

¶ Prima conclusio aliquis incestus omni alio peccato luxurie naturalis est grauior patet de incestu in matrem vel in filiam quem nulla vnquam lex admisit ¶ Secunda cōclusio aliquo incestu adulterium est grauius patet aliquis est incestus qui non est prohibitus nisi de iure positiuo vt concubitus cum consanguinea in tercio vel quarto gradu concubitus cum cōmatre hec enim tantum sunt de iure positiuo sed adulterium est tam contra ius positiuum q̄ contra ius diuinum expressum igitur ¶ Tercia conclusio aliquo incestu raptus est grauior patet de incestu cum consanguinea in quarto gradu et de raptu virginis primum enim non est nisi contra ius positiuum secundum est contra ius gentium. Cum autem dico incestum in quarto gradu esse tantum de iure positiuo non intelligo concubitum illum luxuriosum et cum non sua esse tantum de iure positiuo prohibitum sed intelligo q quantum ad circūstantiam illam q̄ facit ipsum esse incestū nō est nisi de iure positiuo. ¶ Quarta cōclusio nō quilibet incestus est quolibet stupro grauior Probatur quia multa plura incommoda proueniunt ciuitati per stupra q̄ per incestum meretricis cōsanguinee in quarto gradu et si poneretur in optiōe multitudinis ipsa potius eligeret incestū in quarto gradu licet q̄ defloratione virginū neque reuerentia debita cōsanguineis oppositum conuicit quia reuerentia illa tanto minuitur magis q̄to magis cognatio ipsa a primo gradu recedit. ¶ Quinta conclusio omne adulterium est stupro grauius Probatur adulterium est humana et diuina lege expresse prohibitū secundū circumstantiā illam secundum quam est adulteriū sed stuprū non est prohibitum nisi humana lege nisi secundum rationē illiciti concubitus in qua conuenit cū adulterio quod intelligo non esse diuina lege prohibitum in q̄tū huiusmodi sub pena peccati mortalis. Nam in deuteronomio stupratorū pena temporalis imponitur igitur. Secundo adulteriū est expresse prohibitū prohibitione decalogi sed stuprū nō est tali prohibitione expresse prohibitū neque prohibitione legis euāgelice quod intelligo vt prius quamuis enim doctores sacri prohibitionē decalogi ad oēm illicitū concubitū extendāt constat tamen q illa prohibitio est tm̄ expressa prohibitio adulterii et si sit aliorū prohibitio nō tamen expressa. Aliā rōem addit thomas quia maior est iniuria si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta ad vsū generationis q̄ ad solam custodiā sed priores rōes magis mentionēt et attentis incōuenientibus que contingūt per stuprum seclusa omni lege diuina esset grauis questio quid eorū esset grauius.

Prima conclusio (margin)

Secunda conclusio (margin)

Tercia conclusio (margin)

Quarta conclusio (margin)

Quinta conclusio (margin)

Contra predictas conclusiones possunt fieri multa argumenta que faciliter solventur si diligenter attendatur an cum comparantur due species luxurie adinvicem cetera sint paria ut si compararetur stuprum incestuosum ad adulterium simplex esset mala comparatio quia cetera non sunt paria. Ad rationem ante oppositum negatur cõsequentia maxime de incestu primi gradus propter sua nature quod per ipsum violatur.

De continentia gradu.

Querit duodecimo.

Utrum cõtinentia sit virtus a castitate distincta et temperantia. Arguitur q̄ sic per Andronicum dicẽtem q̄ continentia est habitus invictus a delectatione.

Cõtinentia dupl'r accipitur.

Notãdum q̄ nomen continentie accipitur dupliciter. Unomodo ut significat cessationem ab omni delectatione venerea et sic duplex est cõtinẽtia scz virginitas et viduitas. Alio mõ accipitur cõtinentia pro habitu quo quis superat delectationes humanas vehementes cõtra iudicium rationis insurgentes secundũ quam acceptionẽ dictum est supra in multis locis q̄ continentia nõ nominat aliqd̃ genus virtutis sed nõiat gradũ in quolibet genere virtutis reperibilẽ: quia tamẽ delectationum humanarum potissime sunt delectatiões gustus et tactus ideo isti gradus magis proprie reperiuntur in materia et genere virtutis temperãtie in aliis tamen omnibus reperiuntur. Isto secundo mõ accipit cõtinentiã Aris. in. vij. ethicorum. accipit eam etiam Andronicus in auctoritate allegata aũ oppositum. Accipit etiam eam Cassianus collatione duodecima ubi ponit differentiam inter cõtinentiam et castitatem. Est enim castitas cum caro nõ concupiscit adversus spiritum sed consentit desiderio eius et sibi confederatur secũdum illud Psalmiste. Habitaverunt fratres in unum. Cõtinentia vero conflictũ et impugnationem carnis cõiunctam habet non castitas inquã sed cõtinentia dicitur ubi adhuc aliqua resistit adversitas voluptatis.

Virtus capit dupl'r.

Notandum preterea q̄ nomẽ virtutis accipitur dupliciter. Unomõ pro habitu electivo immediate cõsistente etc. Aliomodo prout est nomẽ gradus in quolibet virtutis moralis genere reperibilis quomodo accipit virtutem Aristo. vij. ethicorum cum ait. post hec autem dicendum aliud facientes principium quoniam circa mores fugiẽdorũ tres sunt species. malicia / incontinentia / bestialitas. contraria autem duobus quidem manifesta hoc quidem enĩ virtutem hoc autem continentiam vocamus.

Malicia capit dupl'r. Simil'r et tẽperantia.

Ex quo patz etiã q̄ malicia põt accipi dupliciter. Similiter temperantia põt accipi dupliciter. Unomõ ut est nomẽ generis virtutis. Secundomõ ut est nomen gradus virtutis quem ibi Arist. intelligit per virtutẽ et postea vocat temperantiã et oppositum eius intemperantiam.

Cõtinentia Ѯdus dupl'r accipitur.

dictum est supra etiã q̄ continentia ut est nomen gradus accipitur dupl'r. unomõ cõmuniter et sic continet sub se pseverantiam. Aliomodo proprie eomõ quo diffinita est in primo notabili et sic distinguitur cõtra perseverantiam eodemmõ etiam de incontinentia dici potest.

Prĩa cõclo

Prima cõclusio. Cõtinentia primomõ nec a castitate nec a temperantia virtutib' distincta est. probatur omnis continẽtia est castitas et omnis cõtinentia est temperantia igit.

Scdã cõclo

Secunda cõclusio cõtinentia secundo mõ circa materiã castitatis existens nec a castitate nec a temperantia virtutibus distincta est. patz qr omnis talis continentia est castitas et omnis talis est temperantia igitur.

Tertia conclusio.

Tertia conclusio aliqua cõtinentia secundomõ a castitate et temperantia virtutibus distincta est. patz quia aliqua continentia pertinet ad iusticiam: aliqua ad fortitudinem. quia in qualibet earum reperiuntur tres gradus virtutum.

Qrta cõclo

Quarta conclusio cõtinentia secundomodo a castitate et temperantia gradibus distincta est. ptz hoc de continentia et castitate gradibus auctoritate Cassiani allegata. de temperantia patz per Aristote. in septimo ethicorum pene per totum.

Quinta cõclo

Quinta conclusio. Cõtinentia secundo modo est si sit virtus primomõ accepto nõie virtutis nõ tamẽ est virtus scdomodo ptz primũ qr est habitus electivus imediate consistens etc. ptz secũdũ quia continentia gradus nõ est temperantia gradus cum temperantia dicat absolutionem a passionibus avertentibus nos ne sequamur iudiciũ rationis per diuturnam victoriã huiusmodi passionum inexistentem. continentia vero ponit huiusmodi passionum conflictum alie tamen conditiones ad eas exiguntur quas quia diffuse aliis locis diximus pretermittimus. q̄ continentia nõ est virtus gradus cõña tenet qr idem sunt cõvertibiliter virtus secũdomodo et temperãtia gradus.

Dubium.

Et si queras quomodo differt castitas grad' a temperantia. responsio q̄ differunt sicut superi' et inferius. Castitas enim dicit absolutionem a delectationibus aut tristitiis ut contra iudicium rationis ad venerea moveatur sed cessante omni impetu et impugnatione circa venerea agit vel omittit quicquid recta ratio agendũ vel obmittendum consulit temperantia vero gradus est absolutio ab huiusmodi impugnatione non solum circa actus venereos sed etiam circa alia delectabilia.

Sexta cõclo

Sexta conclusio. Continentia grad' nõ est tantum circa delectationes venereas. Probatur in omni genere virtutis reperitur continentia gradus ergo continentie gradus non est circa solas delectationes venereas. Consequentia tenet quia non reperiuntur in omni genere virtutis delectationes veneree Antecedens probatur quia si quis in opere iusticie patiatur impugnationes in reb' delectabilib' puta muneribus vel aliis hmõi et vincat frequenter talia erit iustus secundũ aliquem gradum. et non secundum gradum heroicum quia tentatio non excedit communem facultatem hominum nec secundum gradum temperantie quia patitur impugnationẽ: ergo secundum gradum continentie. Secundo in omni materia reperibilis est continentia in qua reperiuntur passiones impellentes ad prosequendum aliquid quod recta ratio dictat non esse prosequẽdũ sed in omni genere et materia virtutis reperiunt huiusmodi delectationes. Nam per cupidita-

tē pecunie impellitur quis aliquando ad iniusti-
tiam alius ad fugam vel proditionē ergo in his
reperitur continentia maior est certa et minor est
thome secunda secunde questione centesima .iv
articulo secundo dicentis. Proprie continen-
tia dicitur circa illas passiones que impellunt ad
aliquid prosequendū in quibus laudabile est vt
ratio retrahat a prosequēdo licet eamē hanc ma-
iorem ibidem limitare videatur sed nimium vo-
luntarie vt patebit soluendo rationem per eum
adductam. Tercio arguitur auctoritate ambrosij
primo de officijs dicentis. q̄ generare decorū tra
est ac si equabilem atq̄ vniuersitatem honesta-
tis habeat in omni actu suo continentem sed cō-
stat q̄ non omnis actus pertinet ad delectatiōes
tactus igitur. Quarto nomē continentie dicitur
ex eo q̄ aliquis se recte tenet in bono rationis et
superat passiones contra huiusmodi bonum tra-
hentes sed multe passiones alie a delectationi-
bus tactus trahunt hominem contra bonum ra-
tionis igitur circa alias passiones consistit cōti-
nentia. maior est Aris. septimo ethicorū dicentis
continentia autem in eo quod est superare. Quin
to auctoritate tullij scdo rethoricorū dicentis q̄
continentia est per quam cupiditas consilij gu-
bernatione regitur sed constat sed cupiditas eque
bene aut magis est diuitiarū sicut delectationum
tactus igitur et continentia non est circa solas de
lectationes tactus. Has rationes fere omnes sol-
uit thomas per hoc q̄ namen continentie potest
accipi communiter vt stricte: in quo non ab eo dis
sentiendum tamen constet hos virtutum gradus
Septima conclusio. in omni genere virtutis reperiri. Septima con-
clusio continentia gradus est virtus a castitate et
temperantia gradibus distincta patet ex dictis.
Cōtra scdaz cōclusionē. ¶ Contra secundam conclusionem arguitur sic
de ratione continētie est passio retrahens sed hoc
non est de ratione castitatis nec temperantie igi
tur Secundo temperantia virtus continet sub se
heroicā temperantiam sed eam non continet sub
se continentia gradus igitur ¶ Ad primam con
Solutiōes. cedo maiorem et minorē et nego consequentiam
quia continentia castitas et temperantia in ipsis
accipiuntur pro terminis quorum est ratio et dif
finitio in consequente autem accipiuntur pro acti-
bus vt habitibus ¶ Ad secundam respondeo om-
nino eodem modo per has enim rationes proba
retur q̄ homo non esset animal quia homo cōtinet
in ratione sua rationale et non animal et animal
continet sub se equum quē non continet homo.
Cōtra sextā cōclusionez ¶ Contra sextam conclusionem arguitur sic secun
dum aristotelem septimo ethicorū continentia et
incōtinentia sunt circa illa circa q̄ sunt tēperantia
et intēperancia sed tēperantia et intemperantia
sunt solū circa delectationes tactus: ergo et cōtinen-
tia et incontinentia ¶ Scdo cōtinentia et incōtinē-
tia sunt solū circa delectationes naturales sed so
le delectationes tactus sunt delectiones natura-
les igitur minor est certa et maior probatur quia
continentia et incontinentia sunt circa delectati-
ones vehementiorē inclinationem facientes sed
delectationes naturales inter omnes vehemen-
tiorem inclinationem faciunt cum sint principia
omnium delectationum superuenientium igitur.
¶ Tercio continentia proprie dicitur in materia in
qua est difficillimum continere sed in concupiscen
tijs delectationū tactus est optimū et difficilimū
continere igitur circa eas proprie est continentia
¶ Quarto circa ea non est proprie cōtinentia circa
que homines propter non dicunt cōtinentes aut
incōtinentes Sed circa alias passiones homines
non proprie dicunt continētes sed secundum qd
et cum appositione vt dicimus istum cōtinentē
ire lucri honoris aut pecuniarū igitur. Quinto si
sic sequeret q̄ circa delectationes non humanas
puta que sunt in esu carnium humanarū aut in
usu puerorū vel bestiarū esset continentia sed con
sequens est falsum vt p3 septimo ethicorū igitur. Iste
rationes et maxie quattuor prie supra sunt et col
lecte ex dictis thome ad impugnationem p̄dicte
cōclusionis. ¶ Ad primā concedo maiorē et ne- Solutiōes auctoris.
go minorē accipiēdo tēperantiā et intēperanciā
vt signt gradus virtutū et viciorū si aūt acciperen
tur vt sunt nomina significātia genera virtutū et
viciorū maior esset falsa et minor vera ¶ Ad secū
dam nego maiorem q̄uis minor sit falsa quia de-
lectationes gustus sunt etiam naturales. ad pro-
bationem maioris concedo q̄ sunt circa delecta-
tiones facientes vehementē inclinationē sed nō
oportet q̄ iste circa quas sunt faciant vehementi
orem q̄3 cetere imo possent facere tam vehemen-
tem inclinationem q̄ vehemētia ipsa poneret a-
ctum extra gradum cōtinentie et faceret ipsum p-
tinere ad gradū heroicum puta si inclinatio fu-
era esset tam vehemēs q̄ pauci homines regula-
riter eam vincerent ¶ Ad tertiā nego maiorem nā
vt dictū est posset esse tāta difficultas cōtinendi q̄
actus nō esset actus cōtinentie: sed virtutis heroi
ce puta si [illegible] vincere talē passionē esset supra cō
munē facultatē hominū. ¶ Ad quartā q̄ que est Quinq̄ significatiōes cōtinentie.
bona et ex dictis Arist. videt pcedere dico q̄ no
men cōtinentie primo īpositū est ad significandū
cessationē ab omni actu venereo ¶ Scdo a signifi
candum actus quib9 vincimus delectationes ve
nereas nos cōtra rōnem ad opera libidinosa tra-
hentes ¶ Tertio ad significādū actus quibus vinci-
mus delectatiōes nos cōtra rectā rōnē ad opera in
temperantie q̄ in tactu et gustu cōsistunt trahētes
¶ Quarto ad significandū actus quib9 vincimus
delectationes nos cōtra rectam rōnem trahentes.
¶ Quinto ad significandū actus quibus vincimus
delectationes et tristicias nos cōtra rectam rōnē
trahentes. Quintomodo accipit Aris. vij. ethi.
continentiā in principio cū ponit eam vnum ex
tribus gradibus circa mores faciendorum
Quarto mō accipiet eodē septimo cū continētiā
a perseuerantia distinguit. Tertio mō in eodē se-
ptimo tractatu prio capitulo sexto. Scdo mō ac
cipit cassianus. Primo mō accipiunt multi et ppter
istas diuersas acceptiōes cōtingit q̄ cū de conti-
nente aut incontinente loquimur circa alias dele
ctationes a tactu et gustu aliquid addim9 vt ma-
gis explicemus quid intēdim9 et hoc significasse vi
det Aris. quarto et quito capitulis. Ad quintam
nego cōñaz q̄r cōtinentia est circa delectatiōes hu
manas et quib9 vinci nō deficit hoīez infra cōmu

tiem vilitatē hominū ideo circa tales nec ɔtinen-
tia est nec incontinentia et hoc diffuse habet Ari-
sto. in septimo tractatu primo capitulo sexto.
¶ Cōtra septimam conclusionem arguit primo
Cōtra septi- Continētia cōdiuidit virtuti vt ptȝ septimo ethi-
mā ɔclōnē. corum ergo ipsa nō est virtus. Secūdo peccant
multi continēdo quia sī desiderant facere aliq̄d
bonum et nō faciunt ergo ɔtinentia nō est virtus
ɔsña tenet quia nullus vtendo virtute peccat vt
vult Augustinus libro de libero arbitrio. Tertio
nulla virtus retrahit hominē a licitis sed tm̄ ab
illicitis sed ɔtinentia retrahit hominem a licitis
vt patet per glosam super quintū capitulum ad
Gal. dicentem q̄ per ɔtinentiam etiam quis a li-
citis abstinet. Ad primā dico q̄ in septimo ethi-
co. Aristo. accipit virtutem: nō vt significat gene-
ra virtutum sed vt est nomen gradus idem cum
temperantia eo gradu signo. Ad secundam nego
añs et ad pbationem nego assumptū quī cū de-
siderat facere bonū et nō facit nō dicitur ɔtinere
nec continens. soluo eñ ille est continens qui con-
tra passionū motus rationi recte insistit. Ad ter-
tiam nego maiorem omnes enim habitus consi-
liorum retrahunt hominem a licitis sicut ab illi-
citis. Ratio aūt oppositum soluto est ex dictis.

¶ De incontinentia gradu.

Querit decimo ter-
tio. Utrum incontinens sit intempe-
rante deterior. Arguit q̄ sic quia in-
continens magis agit contra conscientiam ergo
est deterior. In oppositum arguit secundū Arist.
septimo ethicorum. Intemperatus nō est penite-
tiuus. sed impenitentia aggrauat peccatum igit.
Notandum q̄ sicut posite sunt distinctiones de
continentia ita et omnino similes poni possunt
de incōtinentia: hic autem accipio secundū q̄ est
gradus in moribus fugiendorum vt distinguitur
contra intemperātiam τ bestialitatem in qua si-
gnificatione continet sub se molliciē et ideo ad-
huc potest specialius accipi secundum q̄ diui-
ditur contra molliciem sicut continentia contra
perseuerantiam. Non curo autem multum nunc
vtrum accipiatur isto speciali modo vel nō. dum
tamen accipiatur vt est nomen gradus vicij τ nō
Duplex in- generis vitij. ¶ Notandū preterea q̄ duplex est
cōtinentia. incontinentia. quedam est que dicitur preuolatio
alia est que dicitur debilitas. Preuolatio fit cum
insurgente passione non expectamus consilium
et deliberationem rationis sed statim ferimur se-
cundum motum passionis debilitas fit cū insur-
gente passione expectamus consilium. sed tamen
non manemus neq̄ persistimus in eo.
Preuola- ¶ Preuolatio contingit dupliciter. Uno modo
tio dupl' ɔ- quia sumus faciliter sequaces fantasie et appre-
tingit. hensionis sicut sunt acuti id est colerici qui fre-
num rationis non expectant. Secundo modo cō-
tingit ꝓpter vehementiam impressionis vt in me-
lencolicis in quibus est apprehensio tam fortis
et tam vehemens q̄ sine freno mouentur motu
passionis insurgentis. Notandum est preterea q̄
iste passiones trahentes ad illicitum frequenter in-
nobis ex qualitatibus corporalibus insurgūt vt

patet per illud q̄d dictum est in precedenti nota-
bili de colericis et melancolicis et habet ab Ari-
stotele in septimo. huiusmodi autem qualitates
aliquando insequuntur naturam generis vt in scy-
tarum regibus reperitur mollicies qui se habent
ad alios homines vt femininum ad masculinū
aliquando insequuntur egritudinem. videmus
enim multos effici ad alia et alia propter egritu-
dines quas patiuntur quia alie τ alie qualitates
vim habent in corpore in alijs et alijs egritudi-
nibus: alij vero insequuntur proprias complexi-
ones. Cum aūt hmōi qualitates insunt propter
naturam generis: aut ꝓpter egritudinē. cōtingit
interdum q̄ sunt ita vehementes q̄ nō potest ille
qui afficitur talibus passionibus contratendere
siue pugnare contra passionem ꝓpter naturā ge-
neris vel propter egritudinem et eū ꝓprie tales
cum vincūtur a passionibus quas multi vincunt
non dicuntur molles: q̄r mollicies sue vinci accī-
dit ꝓpter naturam generis. Et ratio huius est q̄r
vt videtur tota causa q̄ vincuntur a talibus pas-
sionibus ꝓuenit ex parte corporis sicut ɔtingit
in illis in quibus passiones ita crescunt q̄ auferūt
vsum rationis vt in amentibus. tales eñ nō pro-
prie dicuntur incōtinentes neq̄ molles per hoc
q̄d insurgentes passiones insequunt. et vt dicit
Tho. in istis vltimis q̄ñ scȝ totaliter auferi vsus
rōnis nō saluatur ratio incontinentie: michi aūt
videtur q̄ neq̄ in primis scḋm doctrinam Aris.
Prīa ɔcl̄o ¶ Et ideo sit prima cōclusio. Cōtinentia τ incō-
tinentia sunt circa passiones quas multi possunt
vincere. Istam cōclusionē supra ꝓbaui diffuse et
ad eā varios passus Ari. induxi. ¶ Scḋo conclu-
Scḋa ɔcl̄o sio. Ille qui passiones quas multi possunt vince-
re nō potest ꝓpter naturam gñis aut egritudinē
superare nō est dicendus incōtinens cū ab eis vin-
citur. ꝓbatur primo auctoritate Aris. ees dicētis
in. vij. ethi. Sed ee si quis ad quas multi possunt
abstinē τ ab his vincit et non pōt ɔtratendere
nō ꝓpter naturā generis vel ꝓpter egritudinem
puta in scitarū regibus mollicies ꝓpter genus et
vt femininū ad masculinū distat. Scḋo Nullus
qui supatur a passione quā paucissimi illius gene-
ris et nature superant est incōtinens: sed tales su-
perātur a passione quā paucissimi illius generis
et nature superant. cū propter qualitates ex na-
tura generis inexistentes nō possint cōtratende-
re igit tales nō sunt incontinentes. maior ptȝ ex
prima conclusione. Tercio nullus qui vincitur a
passione aliqua a qua vinci est cōdonabile τ ma-
xime si cōtra nitatur est incōtinens sed pdicti vin-
cuntur a passionibus a quibus vinci est cōdona-
bile si ɔtra nitāt cū difficilimū sit eas vincere igit
maior est Ari. in eodē septimo. Similiter aūt ha-
bet circa ɔtinentiam et incōtinentiā. Nō eñ si q̄s
a fortibus τ superexcellentibus delectationib⁹ vin-
citur vel tristicijs admirabile sed ɔdonabile si cō-
tratendens. Ubi expresse declarat Aris. q̄ in tali
casu vinci nō est incontinētia. ¶ Tertia cōclusio.
Tertia cō- Incōtinentia nō est corporis sed alie habit⁹ ꝓbat.
clusio. Omne vitiū est q̄litas mētis. incōtinētia est vitiū
igit. Pro hac coclusione aduerte q̄ in incōti-
nentie fragilis siue debili inuenitur passio ipellens

ad illicitum vel retrahens a licito inuenitur ratio ad licitum suadens et exhortans et inuenitur hoc quod est vinci a passione cum voluntas relictis rationem se permittit duci secundum impetum passionis: hoc autem vinci est actus voluntatis ab impetu passionis superate quod si frequenter fiat generat habitum in voluntate per quem voluntas insurgente passione facilius vincitur et inclinatur ad non resistendum aut ad minus resistendum. Dico ergo quod huiusmodi passio corporalis non est incontinentia: sed est qualitas impellens ad actum incontinentie/ et dicit eam Thomas occasionem incontinentie quod non videtur mihi verum Est enim magna differentia inter causam impellentem et inclinantem et causam occasionalem Similiter ratio resistens vel adhortans ad oppositum non est incontinentia cum hec adhortatio ad oppositum non sit vitiosus actus Est igitur incontinentia actualis ipsum vinci et superari quod est actus liber voluntatis potentis resistere et non resistentis. Habitualis autem est habitus ex frequentibus actibus genitus inclinans voluntatem ad actus consimiles illis ex quibus genitus est / et isti actus et habitus sunt proprie incontinentia et sunt vitia mentis. quod si iste habitus inclinans voluntatem ad non resistendum impetui passionis et ad permittendum se duci a tali passione fuerit multum auctus et firmatus/ ita quod voluntas non plus resistere conetur. Iam tandem incipit non solum non resistere sed consentire passioni impellenti/ et tunc ex multis actibus generabitur habitus in voluntate inclinans eam ad illud idem ad quod passio corporalis inclinabat ipsam/ et quia nulla est ibi resistentia neque obmurmuratio iste habitus dicitur intemperantia. ex istis patet quod passio corporalis non est solum causa per accidens actus incontinentie sicut vult Tho. sed est causa per se. quod patet in eo in quo iam durum est genitus habitus incontinentie: in tali enim voluntas non est totalis causa per se actus incontinentie: ergo preter eam est aliqua alia causa per se. Tum secundo quia omne per se superans et vincens est causa per se huius quod est superari et vinci sed passio est per se superans et vincens voluntatem que contratendit et resistit: ergo passio est causa per se huius quod est superari et vinci: sed superari et vinci sunt actus incontinentie ergo passio corporalis est per se causa actus incontinentie Et per istud patet quod Tho. non sufficienter hoc probat per illud medium quod passio non est causa per se sed occasio tantum. ¶ Quarta conclusio. circa passiones fugibiles et non vituperabiles nullus dicitur incontinens. Probatur circa passiones circa

Aris 3cto quas non est malicia non est incontinentia: sed circa passiones fugibiles tantum et non vituperabiles non est malicia: ergo nec incontinentia. Maior est Aris. qui postquam diuisit delectabilia in delectabilia secundum naturam eligibilia/ et delectabilia secundum naturam fugibilia/ et intermedia horum Et exemplificauit de primis ut pecunie lucrum: victoria honor/ et subiecit quod non vituperamur quia talia concupiscimus sed quia aliqualiter eas appetimus scilicet habundanter et magis quam oportet subiungit Malicia quidem igitur nulla circa hec est propter id quod dictum est quia nature eligibilium vnum quodque est propter seipsum praue autem et fugiende sunt ipsorum concupiscentie. Similiter autem neque incontinentia. Secundo patet expressa auctoritate eiusdem dicentis ibidem Incontinentia enim non solum fugiendorum sed etiam vituperabilium. Ubi vult dicere quod incontinentia est eorum que non solum sunt fugienda sed etiam vituperabilia quia si intelligeretur aliter esset contra processum eius in eodem loco. quod si incontinentia dicatur in illis puta in fugibilibus et non in vituperabilibus hoc est propter similitudinem passionis siue impugnationis et cum appositione siue additione alicuius ut dicimus incontinentem ire quem etiam diceremus simpliciter incontinentem: sicut dicimus malum medicum quem tamen simpliciter non diceremus malum Tercio probatur expressa auctoritate eiusdem in eodem capitulo vbi posita diuisione delectabilium consimili ei que dicta est in prima ratione huius conclusionis ita dicit. Eligibilia quidem secundum seipsa dico autem puta victoriam honorem diuicias et talia bonorum et delectabilium. Eos quidem igitur qui ad hec preter rectam rationem superexcellunt eam que in ipsis simpliciter quidem non dicimus incontinentes apponentes autem pecuniarum incontinentes et lucri et honoris et ire simpliciter autem non ut alteros ut alteros et secundum similitudinem dictos Quarto quicquid vituperatur non vt peccatum tantum: sed vt malicia quedam vel simpliciter vel secundum quandam partem hoc est vt accedens ad maliciam illud est tantum circa passiones vituperabiles: sed incontinentia non vituperatur vt peccatum solum. i. vt discedens a recta ratione: sed etiam vituperatur vt malicia vel vt accedens ad maliciam/ nam in eo qui frequenter vincitur a delectationibus post habitum incontinentie consummatum circa eadem obiecta incipit generari habitus malicie siue intemperantie gradus. Minor probatur quia quicquid vituperatur vt malicia est circa delectationes circa quas est malicia: sed malicia non est nisi circa delectationes vituperabiles ergo nec incontinentia proprie est circa delectationes vituperabiles Quinto circa illas delectationes est incontinentia circa quarum tristicias prouenientes ex illarum absentia est mollicies: sed circa solas tristicias vituperabiles est mollicies proprie ergo et circa delectationes solas vituperabiles est proprie incontinentia. Hanc rationem tangit Aris. in eodem loco cum ait. Signum autem est et enim molles dicuntur circa has circa autem illarum nullam Pro intellectu huius conclusionis declarandum est que sunt delectationes fugibiles tantum et que sunt delectationes fugibiles et vituperabiles. Videtur dicere beatus Tho. secunda secunde q. c. lvi. articulo ij. in responsione ad conclusionem quod sunt delectationes praue cum ait. Et ideo philosophus dicit in. vii. ethico. quod incontinentia vituperatur non solum sicut peccatum quod scilicet est per recessum a recta ratione: sed sicut malicia quedam in quantum scilicet prauas concupiscentias secundum Tho. Incontinens vero concupiscentias sequitur. Sed contra hoc est intentio Aris. ibidem dicentis quod incontinentia honoris est circa prauas concupiscentias quia est circa superabundantiam honoris que praua est et fugibilis et tamen negat quod sit circa concupiscentias

vituperabiles ergo non omnis ꝯcupiscentia praua est vituperabilis. ans apparet ex textu iam allegato. Nam de illis loquens ait. Praue autem et fugiende sunt ipsorum superhabundantie: et statim sequitur. Incontinentis autem no solum fugiendorum sed etiam vituperabiliū. Ecce quo modo aliqua sunt praua ꝛ fugibilia que tamen non sunt vituperabilia. ¶ Dico ergo ꝙ secūdū Aristo. delectabiliū quedam sunt per se et ex natura sua appetibilia. ꝙ intelligo sic ꝙ possunt appeti rationabiliter etiam si propter nullum finē creatū appetantur vt pecunie/lucrum/ victoria honor/et talia habent bene superabundantias prauas ꝛ fugibiles: sed tamen no dicuntur vituperabilia. Alia sunt q̄ sunt hijs cōtraria que scꝫ ex natura sua fugienda sunt de quibus exemplificat Eustra. vt comedere crudas carnes est aliquibus delectabile quod tamen est fugiendū per se.

Quid delectatiões fugibiles tm: ꝛ fugibiles ꝛ vitupabiles simul.

Alia vero sunt necessaria que postea appellat intermedia que scꝫ ratione indigentie alicuius rationabiliter appetunt vt comedere/bibere. In primis q̄ sole superabundantie sunt fugiende adeo ipsa non dicuntur vituperabilia quia vero in tertijs nō sole superabundantie sunt fugiende quia talia non sunt neqꝫ secundum paruum neqꝫ secūdum multum appetenda nisi quando est indigētia aut saltem quando nō sunt nocitura bone dispositioni corporis vel anime ideo dicūtur nō per se et ex natura sua appetenda sed necessaria ꝛ appetenda propter aliud. Scd̄a vero nec per se appetenda sunt nec necessaria ad aliud nisi forte raro de aliquibus eorum que possunt sumi vt medicamenta. Prima ergo dicuntur scd̄m Aristo fugienda et nō vituperabilia. Omnia vero alia dicuntur fugienda ꝛ vituperabilia. Et hec est intētio Arist. in septimo ethicorū vt patere potest intuenti textum et circa istas delectationes vituperabiles ꝛ necessarias ꝓprie ponit continentiā et incontinentiam. Per quandam autem similitudinē circa primas. ¶ Quinta conclusio. Incontinentia est peccatum probatur primo quia secunde ad Thimoteum tertio connumerantur alijs peccatis vbi dicitur. criminatores incontinētes inmites. Secundo probat auctoritate Aristote. septimo ethicorum ꝛ iam allegatum est dicentis. ꝙ incontinentia non tantū vituperatur vt peccatum sed vt malicia. Tertio omnis habitus inclinans voluntatem ad non resistendū: sed potius succumbendum delectationibus vituperabilibus contra rectam rationē dictantem esse resistendum ꝛ non succumbendū est peccatum: sed incontinentia est hmōi vt patꝫ ex iam allegatis: ergo incontinentia est peccatū. ¶ Beatus Tho. vero dicit ꝙ incontinentia est circa aliquid tripliciter. Uno modo ꝓprie et simpliciter et sic est circa delectationes tactus. Secundo mō proprie et non simpliciter sed scd̄m quid ꝛ sic est circa delectationes per se appetibiles in quibus tñ reperitur superabundantia praua. Tertio mō secundū similitudinem ꝛ sic est circa cōcupiscentias eorū quibus non potest quis male vti sicut sunt virtutes et ho mō Dionys. x. ca. de diuinis nōibus dicit ꝙ Pau. per incontinentiā diuini amoris dixit Uiuo ego iam non ego. Hanc distinctionem nō reprobo dum cōstet ex auctoritatibus allegatis in ista q̄stione ꝙ incontinentia scd̄o modo etiam dr̄ per similitudinem: sed q̄ alia est ratio similitudinis incōtinentie primo modo dicte ad scd̄o modo et tertio mō dictam ideo potest distinctio Tho. defendi.

Quinta ꝯclo

Incōtinentia ē circa aliqd tripl'r.

¶ Sexta conclusio. Intemperantia est deterior et peior q̄ꝫ incontinentia. probatur quicunqꝫ operatur aliquid turpe q̄ impulsus a passione est minus malus q̄ꝫ qui a passione nō impulsus operatur simile turpe: sed incontinens operatur turpiter q̄ impulsus a passione intemperatus vero non impulsus a passione aut saltem remisse impulsus operatur turpiter igr̄. maior patꝫ primo quia si ille qui nō est impulsus a passione operatur turpiter multo turpius operaretur si esset in passione. Quid enim vtiqꝫ ait Arist. faceret in passione existens. Secūdo probatur a simili. Nam qui nō iratus percutit ē deterior eo qui iratus percutit ergo similiter qui turpe operatur sine impulsu est deterior eo qui turpe operatur q̄ a passione impulsus est. minor probatur q̄ intemperantē dicimus qui operatur turpiter nō q̄ a passione impulsus est sed ex electione ꝓpria. Incōtinentem vero qui operatur turpiter quia a passione impulsus est. Secundo. Omne vitiū insanabile est deterius eo quod est sanabile maxime qñ illa sunt circa eandem materiam: sed intemperantia est insanabilis incontinentia vero sanabilis est igr̄. maior est nota. et minor probatur quia intemperatus nō est penitiuus: sed persistit i electione sua. Incontinēs vero qui a passione ducitur penitet cū cessat passio. Tertio. Omnis malicia continuata et non interrupta est ceteris paribus deterior malicia non cōtinuata: sed interrupta. sed intemperantia est continuata ꝛ nō interrupta malicia. incōtinentis vero est malicia nō continuata ꝛ inde est ꝙ intemperantia assimulatur ydropisi ꝛ ptisi. incōtinentia vero epilentie. Quarta rō. intemperatus est malus malicia que eum latꝫ quia non penitet nec murmurat in eo conscientia: sed incontinens est malus malicia que non eum latet cum sit penitiuus ꝛ habeat remurmurantem conscientiā: igr̄. intemperatus est deterior incōtinente. Nam cum in malicia latente latentia venit ex peruersitate ꝛ corruptione rōnis ipsa facit eā deteriorem secus est si latentia ꝓueniret ex errore inuincibili aut cū magna difficultate vincibili. Quinto. omnis ꝓsequens delectationes ex electione voluntatis quia scꝫ iudicat eas esse prosequendas est deterior eo qui eas prosequitur sine electione voluntatis nec iudicat eas esse ꝓsequendas: sed intemperatus prosequitur delectationes ex electione voluntatis et iudicio rōnis corrupte. Incontinens autē sine iudicio rōnis ꝛ sine electione voluntatis sed potius permittit se a passione duci: ergo intemperatus est incontinente deterior. Maior apparet q̄ in primo illud qd̄ est optimū in homine scꝫ ratio est corruptum circa principia agibilium cuꝫ qua corruptione nō stat ꝙ sit vera virtus in hoīe In scd̄o autem nō est hmōi ratio circa principia agibilium corrupta. Confirmatur q̄ primus discedit a recta ratione quia credit et iudicat ꝙ huius

Sexta ꝯclo

modi delectationes impudenter sequende sunt.
Secundus aūt idez agit nō quia hoc credat sed
quia superat ą passione ⁊ ideo iste incontinens
non est simpliciter malꝰ cum in eo saluet optimū
principium humanarū actionum: intemperatꝰ
aūt est simpliciter malus quia in eo non saluatur
sed corruptum est tale principium. Iste sunt ra-
tiones Aris. quas ponit in septimo. ca. vi. primi
tractatus beatus Tho. vbi agit de incontinentia
in cōclusione supra allegata non ponit nisi quin
tam istarum rationū que vt eam format videt pa
ti calumniaz sic ait vbi est maior inclinatio volū
tatis ad peccandū ibi est maius peccatū: sed in
intemperato voluntas inclinat ad peccandū ex
propria electione que procedit ex habitu per con
suetudinem acquisito. In eo autem qui est incon
tinens voluntas inclinatur ad peccandum ex ali
qua passione ⁊ quia passio cito transit: habitꝰ au
tem est de difficili mobilis ideo incontinens statiz
penitet. Intemperatꝰ aūt nō sed gaudet se pec-
casse eo ꝙ operatio peccati est sibi facta cōnatu-
ralis/ et ideo de intemperatis dicit prouer. ii. letā
tur cum malefecerint ⁊ exultant in rebꝰ pessimis
tota difficultas consistit in hoc ꝙ voluntas incon
tinentis inclinat ad peccandū ex aliqua passione
tantum ⁊ non ex habitu. si enim intelligat Tho.
ꝙ per actus incontinentie frequentatos non ge-
nerat aliquis habitus inclinans voluntatem ad
peccandum videt falsum ⁊ primo videtur contra
totam phiam moralē que clamat ꝙ ex actibꝰ fre-
quentatis generat habitus maxime in subiecto
non habente contrariū habitum. Secundo enim
hoc est contra experientiam quia omnes inconti
nentes experiunt se magis inclinatos ad deseren
dū rectaz rationem post frequentationem multo
rum actuū ꝗz ante. Tertio quia scdm Tho. incō-
tinentia ad voluntatem ⁊ non ad vim cōcupiscibi
lem nec irascibilez pertinet scdm ⁊ continentia vt
habet secūda secūde. q. clvi. ar. iii. ⁊ non dicis pre
esse actum quia sicut virtus est habitus ita ⁊ vi-
tium: sed omne vitium in voluntate existens in-
clinat eam ad peccandū: igit. Dico ergo ꝙ incō
tinentis voluntas inclinatur ex ꝓprio habitu ad
peccandum: sed non inclinatur ex ꝓprio habitu
ad sequendum concupiscentias malas ⁊ turpes:
inclinat inꝗz ad peccandū quia inclinat ex pro
prio habitu ad non resistendū motioni et impe-
tui passionum cum tamē teneat resistere hoc autez
est peccare sed ipsa eadem volūtas ꝗz diu manet
voluntas incontinentis non habet volitionem ⁊
electionem huiusmodi cōcupiscentiaruz imo iste
est actus intemperati ⁊ habitus inclinans iste ad
electionem scilicz ⁊ volitionem illarum delectati
num ad quas passiones inclinant dicit intempe
rantia ⁊ ex hoc pz manifeste ꝙ intemperātia est
habitus genere differens ab incontinentia quod
expressit patenter Aris. cum ait in supra memo-
rato capitulo. Et omnino autem alterum genus
incontinentie ⁊ malitie ⁊ ibidem quoniā igit ma
licia incontinentis non est manifestū vbi malicā
Septima conclusio. pro intemperantia accipit. ¶ Septima conclu-
sio. Incontinentia debilium est deterior inconti-
nentia preuolantium. probatur incōtinentia eoꝝ
qui rationem habent cui non immanent est dete-
rior incontinentia eorum qui ratione ⁊ iudicio ca
rent sed incontinentes debiles rationem habent
cui non imanent/ preuolantes vero ratione ⁊ iudi
cio carent igit. Maior pz quia qui rationem ⁊ iu
dicium habent ⁊ tamen vincunt superantur a mi
nori passione ⁊ superant non incōsulte. i. nō sine
consilio: deterius enim est superari ⁊ vinci cuz ha
bet consilium de non superari ⁊ vinci ꝗz superari
sine huiusmodi consilio. Secundo. Incontinen-
tes debiles similes sunt illis qui cito inebriantur
⁊ a vino pauciore ꝗz multi inebriantur: preuolā
tes autem non igit debiles deteriores sunt preuo
lantibus. ¶ Octaua conclusio. Incontinentia cō Octaua cōclusio.
cupiscentie est turpior ꝗz concupiscentia ire pro-
batur prīo. Omnis incontinens qui nullo modo
obsequitur rationi nec vincit vllomodo ab ea sed
vincit a concupiscentia est deterior eo qui aliqua
liter vincit a ratione ⁊ eam aliqualiter sequitur:
sed incontinens concupiscentie nullo modo vin-
citur a ratione sed a cōcupiscentia nec vllomodo
sequitur eam sed concupiscentiaz: incontinēs au
tem ire aliquo modo vincit a ratione ⁊ eaz sequi
tur igit. Maior est nota Et minor probatur quia
concupiscens ad apprehensionem sensus vel ra-
tionis dicentis hoc esse delectabile statim monet
⁊ properat vt eo potiatur iratus vero rationez au
dit secundū quid. Nam ꝗz primum per rationez
vel fantasiam manifestatuz est sibi ꝙ facta est ei
iniuria vel contemptus velut silogisans conclu
dit ꝙ opꝫ illum oppugnare ⁊ stati mouet ad vin
dictam anteꝗz habeat iudicium rationis plenuz
⁊ perfectum quo dicat de agibili ⁊ omnibus cir-
cunstantiis circa Et ita iratus audit rationem sed
incomplete ⁊ imperfecte audiens mouet ad vin
dictam quod contingit ꝓpter caliditatē et veloci
tatem nature. Ira enim est accēssio sanguinis cir
ca cor et hoc manifestat Aris. duobus exemplis
Primū est de velocibus ministris qui excurrunt
ad faciendū quod imperatur anteꝗz audierint
totaliter dictum imperantis ⁊ inde est ꝙ peccant
⁊ errant in agēdo nec faciunt quod eis fuerat im
peratum. Secundum exemplum est de canibus
qui statim latrant ad primū strepitum ingredien
tis anteꝗz cognouerint si ille qui intrat amicꝰ sit
aut non. Secundo. Incōtinētia eo est minus tur-
pis ⁊ ei facilius ignoscimus ac veniam damꝰ quo
est naturalior ⁊ difficilior ad vincendū sed ira est
naturalior ⁊ difficilior ad vincendum ꝗz ille con
cupiscentie que superabundantes sunt ⁊ non ne-
cessarie: igit incontinētia ire est minus turpis ꝗz
cōcupiscentie. Maior probatur quia videmus ꝙ
etiam ipsis concupiscentiis magis veniaz damꝰ
quanto sunt magis communes: quia inꝗztum sic
magis cōmunes sunt magis naturales. Minor
probatur duobus exemplis Aris. Primū est de
eo qui se excusabat ꝙ iratus patrem percussit: pa
ter enim meus [inquit] percussit patrem suum et
ille suuz ⁊ filium suum ostendens ⁊ iste inquit me
percutiet causam addidit. cōnatum enī nobis id
est cōnaturale ⁊ cōgenitum. Secūdum exemplū
est de eo qui trahebat a filio cuz fuit tractus vsqz
ad ianuā iussit cessare ⁊ rationē addidit quia non

traxerat pr̄em nisi vsq; ad illum locum. Ex istis
exemplis apparet q ira vel saltem qualitates ad
actum ire inclinantes transit a parentibus in fi-
lios et per p̄ns ipsa est multum naturalis. Tertio
Incontinētia inclinans ad operādum insidiose
et fraudulenter est turpior ea que īclinat ad ope
randum manifeste et aperte: sed incontinentia cō
cupiscentie inclinat ad prosequēdum concupiscē
tiam insidiose et dolo. ira autem ad prosequendū
vindictam palam et manifeste et nō per insidias
igit̄. Maior patz quia qui iniuriam inferunt tan
to sunt iniustiores q̄to magis insidiātes. minor
probatur per illud qđ venus q̄ apud poetas
veneream ꝯcupiscentiam signat cōmuniter appel
latur dolosa ciprigena et corrigia ei varia attri-
buitur et Homerus vocat eam deceptionem que
furata est intellectum multum sapientis. Quar-
to nullus scđm concupiscentiam operās tristat̄:
omnis scđm iram operans tristat̄: ergo iniustior
est operatio scđm concupiscentiam q̄z secundum
iram. Nam peccata quo magis placentes grau
iora sunt. Aduerte q si quis pater habent duas fi
lias quarum vnam quis ꝓpter concupiscentiam
violet alteram vero alius propter iram quia scz
a patre earum aliquod simile passus est: tunc pri
mus maiorem iniuriam intulit q̄z secundus et minus
irasci debet pater secūdo q̄z primo. Istis quattu
or rationibus ꝓbat Arist. q incōtinentia cōcupi
scentie est deterior q̄z ire. ¶ Nona ꝯclusio. Incō
tinentia habitualis est assuefactiua et assuefactiā
naturali deterior. ¶ Pro qua cōclusione aduer
tēdū q per incōtinentiā naturalē intelligo actū
seq̄ndi delectatiōes ex q̄litatibus a natura indu-
ctis causatum ante inclinationem ad hm̄oi actum
per qualitates a natura inductas factam sine as
suefactione et sine habitu voluntatis ad actum in
continentie inclinante. Si vero hm̄oi inclinatō
fit per qualitates ex sola assuefactione factas sic
tamē q ex hm̄oi actibus quibus fit assuefactio nō
generatur habitus incōtinentie in voluntate sic
dicitur assuefactiua incōtinentia quod contingit
cum quis pro tempore pro quo non est adhuc no
tabiliter capax rōnis et discretionis frequenter
operam dat operibus incōtinentie puta assuescit
cibos ad ingluuiem et potus ad ebrietatem. Ha-
bitualis autez incontinentia est habitus genitus
in voluntate ex frequentibus actibus quibus vo
luntas adueniente passione inclinatur sibi nō re-
sistere sed cedere contra rōnem impellenti. Dico
ergo q ista tertia est duabus aliis deterior. Patz
quia ista proprie est incōtinentia moralis et mo-
raliter vitiosa. alie autem non. Ista enim habet
plus de voluntario q̄z causatur in homine ꝓ tem
pore quo est notabiliter capax rōnis et discretio
nis et pro tempore pro quo tenetur superare pas
sionem. Alie autem non. sed naturalis inest per
causam inexistentem a natura nō quidem totali
ter sed partialiter: assuefactiua vero inest per cau
sam causatam in continēte pro tempore pro quo
non est notabiliter capax rōnis. habitualis vero
est causata vt dictum est. Probatur. igit̄ conclu
sio quia vel incōtinentia accipitur pro ipsis prin
cipiis inclinatiuis et tunc constat q habitualis

Nona ꝯclo

Incōtinen-
tia natural
assuefactiā
habitualis.

est deterior quia cū causata ex actibus malis et tur
pibus et ipsi operanti imputabilibus: assuefacti
ua etiam est causata ex actibus turpibus licet nō
imputabilibus ipsi operanti propter defectum
vsus rationis sed imputabilibus hiis quorū cu-
stodie puer commissus est. Et ob hoc dicit Arist.
in primo ethicorū q non paruum refert iuuenem
sic vel sic assuesci. Prima vero scz naturalis sine
culpa cuiuscunq; causata est. si vero accipiatur in
continentia pro actu ad quem fit inclinatio: tunc
dico q habitualis est deterior: q̄z actus ille qui ē
concupiscentia est culpabilis et turpis operanti
et causa ad ipsum inclinans ex actibus turpibus
et ipsi operāti imputabilibus est causata. Actus
vero concupiscentie assuefactiue vel non est im-
putabilis operanti vel si est imputabilis propter
vsum rationis interuenientē tamē causa eius nō
est causata ex actibus sibi imputabilibus sed alte
ri et si non imputabilibus tamē turpibus. Natu-
ralis vero q̄uis etiam sit actus imputabilis pro
tempore discretionis causa tamen eius non inest
per actus imputabiles nec turpes sed ex inclina-
tione nature. q aūt ita sit dicendū et q distinguē
de sunt hm̄oi inclinationes patz ex Arist. vii. ethi
corum ca. iiii. in ea parte in qua agit de bestialita
te ita dicente. Quia autem sunt quedā delectabi
lia natura et horū hec quidem simpliciter: hec au
tem secundū genera et animalium et hominū: hec
autem nō sunt. sed hec quidez propter orbitates
hec autem ꝓpter consuetudines fiunt hec autem
propter perniciosas naturas et sequitur. Est et cir
ca horuz singula similes videre habitus. ecce vbi
distinguit Aristo. inter habitus perniciosas na-
turas: consuetudines: et orbitates siue morbos q
si contingat circa bestialem nō est dubium etiam
contingere circa incontinentiam q autez inclina-
tiones a natura facte sunt aut a consuetudine nō
sunt ita praue sicut facte ab habitibus patz qr pro
pter hoc Arist. dicit opus qđ ex eis sequitur non
est dicendū incontinentiam ita dicens. Quantis
quidem igr̄ natura causa hos vtiq; nullus dice-
ret incontinentes quēadmodū neq; mulieres quē
non ducunt sed ducuntur. similiter autem et egro
tatiue se habentibus ꝓpter cōsuetudinem. Buri.
autē satis breuiter se expedit de predicta questio
ne dicens. q incōtinens per naturam est deterior
secundum maliciam naturalem: sed incontinens
per assuefactionem est deterior secundū maliciaz
moralem. Sed iudicio meo nō satisfacit questio-
ni. Tum pro eodem habet incōtinentiam scđm
assuefactionem et incōtinentiā habitualem. Tuz
secundo qr adhuc stat questio de actu incontinen
tie facto ꝓpter inclinationem qualitatum natu-
ralium et de actu incontinentie facto ꝓpter incli
nationem ꝯsuetudinis et etiam de actu facto pro
pter inclinationem habitus qui actus si fiant ab
habente plenum vsum rōnis sunt praui moralī-
ter et ita inter ipsos potest fieri comparatio q̄ztū
ad prauitatem moralem. Dico ergo de compara
tione istorum q actus incontinentie qui est a ma
lo habitu est deterior et turpior. deinde actus qui
est ex mala cōsuetudine. Tertio. Actus qui est a
qualitatibus naturalibus male inclinantibus et

hoc ceteris paribus propter causas iam adductas.
Hec tamen conclusio qualificanda et limitanda
est per secundam conclusionē huius questionis
Cōtra scd̄az ¶ Contra secundam conclusionem. Arguitur.
cōclusionez. Ille qui passiones quas multi superant non po
test vincere propter peruersitatem cōplexionis et
siue qualitatum indiuidualiū male inclinantiū
dicitur incontinens: ergo et ille qui non potest hu
iusmodi passiones superare propter naturā ge
neris sue egritudinem. Consequentia patet quia
actus incontinentie non est plus in potestate vni
us q̄ȝ alterius et omnis ratio que militat pro vno
militat pro alio. Secūdo. Talis cōmittit actū ma
lum et non secundū intemperantiam quia nititur
cotrātendere nec secundum bestialitatem: quia
Solutio, actus non est actus bestialitatis vt suppono er
go peccat scd̄m incontinentiā. ¶ Ad primam
potest r̄nderi dupliciter Uno mō q̄ qualitates in
diuiduales prouenientes ex complexione particu
lari non faciunt tantam vehementiā nec tantū
impetū sicut qualitates ex natura generis inexi
stentes aut propter egritudinē ideo hō affectus q̄li
cuilibet indiuidualibus est semper magis potest re
sistere impulsioni earum et eas superare et magis
est dominus sui q̄ȝ affectus qualitatibus sui gene
ris. Secūdo dico q̄ si reperiantur alique quali
tates indiuiduales tantam impulsionem facien
tes et reddentes hominē impotentē aut difficili
me potentem resistere sicut apud multos est veri
simile tunc ille scd̄m rei veritatē [si contratende
re nitatur] non est dicendus incontinens quia
vincitur in eo in quo non plurimi sic se habentes
resisterent. Nam iste si vinceret faceret actum he
roice virtutis non ex natura actus sed ex circum
stancie persone operantis: posset enim ibi esse tanta
et tam vehemens impulsio q̄ ille actus continen
di esset sibi tam difficilis q̄ȝ difficilis est viro per
fecto actus martirij q̄ si contratendere nitatur et
tamen vincatur actus quidem erit malus et cul
pabilis sed tamen erit talis de quo sibi facil
le venia donetur: quia tamen ista qualitas in
diuidualis nō est ita nota sicut qualitas generis
et quod iste facit īpulsione male qualitatis multi
putant eū facere sola peruersione volūtatis ideo
operatio sua appellatur incontinentia licet secū
Ad scd̄am, dum veritatē non sit incōtinentia quod semper
intelligo de incontinentie gradu. ¶ Ad secundā
concedo primā partem antecedentis et secundā
et terciā et nego consequentiam quia talis actus
est tam paruum imputabilis facienti vt non sit in
aliquo gradu vitij reponendus. In istis enī gra
dibus nō reponūtur actus nisi culpabiles et multū
imputabiles et taliter q̄ apud hoīes magis cen
seantur digni pena graui et emēdatione culpe q̄ȝ
cōdonatione et venia sicut cōtingit in actibus vel
omissionibus oppositis heroicis operationibus.
Nam si qui propter metum grauissimorū suppli
ciorum fugit ne per hec cogatur ad negandam
fidem veniam dandam homines censent quam
uis tamen in casu actus ille sit culpabilis et im
putabilis. Cuius exemplum potest esse de bea
to Regulo qui cum vidisset supplicia Dionysij
fugere cepit ne similiter afficeretur. Et si dicas q̄ se

cundū hoc sequeretur q̄ in predicto casu aliquis
adulterans non peccaret mortaliter quia nō age
ret incontinenter et non faceret nisi peccatum ve
niale. Ad hoc respondeo negando consequentiā
quia licet non ageres incontinenter incontinen
cie gradu ageres tamen luxuriose et contra prece
ptum diuinum vnumquemq̄ potentem vel racio
ne obligans sub pena peccati mortalis. Et cum
dicis q̄ non faceres nisi peccatum veniale dico q̄
faceres peccatum mortale quia licet quantum est
ex circumstantia persone peccatum suum esset fa
ciliter cōdonabile tamen ratione precepti trans
gressio ad penam eternam obligat credo tamen
q̄ deus cum minore penitudine et contritione re
mitteret sibi peccatum illud q̄ȝ persone aliter cir Cōtra tciā
cunstantionate. ¶ Contra terciam conclusionē cōclusionē
Arguitur sic diuersitas sexuum facit diuersitatē
circa continentiam et incontinentiam quia secū
dum Aris. septimo ethicorum mulieres non dicū
tur incontinentes sed diuersitas sexuum est ex par
te corporis et nō ex parte anime ergo incontinen
tia est habitus corporis et non anime. Secundo
nichil quod sequitur corporis complexionem per
tinet ad animam sed incontinentia sequitur cor
poris complexionem. Nam secundum Aristo.
septimo ethicorum maxime acuti scilicet coleri
ci et melancolici sunt incontinentes incontinen
tia effrenata siue preuolante. Tercio victoria ma
gis pertinet ad eū qui vincit q̄ȝ ad eum qui vinci
tur sed ex hoc dicitur aliquis esse incontinens q̄
caro concupiscens aduersus spiritum superat ip
sum ergo incontinentia magis pertinet ad corpus
q̄ȝ ad animam. Quarto incontinentia dicit actū
aliquem circa delectationes corporales et non di
cit actum voluntatis puta non dicit velle sequi de
lectationes corporales quia tunc incontinēs ope
raretur ex electione quod est contra Aris. in septi
mo ethicorum vbi ostendit differentiam inter in
continentem et intemperatum ergo dicit actum
qualitatum corporalium scilicet ducere ad dele Solutio.
ctationes corporales cōtra rectā rationē. ¶ Ad
primam si accipiatur facere proprie vt significat
causam nego maiorem si accipiatur improprie
pro significare sic ego concedo. Diuersitas enim
sexuum non est causa diuersitatis circa continen
tiam et incontinentiam sed bene est signum sed
qualitates que communiter reperiuntur in his di
uersis sexibus faciūt huiusmodi diuersitatem et
ita concedo [consequenter dicendo] q̄ causa ali
qua actus incontinentie se tenet ex parte corporis sed
ipse actus nō est actus corporis sed est actus anime
et similiter habitus. Quod autem dicit Aristo
teles q̄ mulieres non sunt continentes neq̄ incō
tinentes intelligit de mulieribus regulariter et vt
in pluribus q̄ȝuis tamen possint reperiri alique
continentes et alique incōtinentes. Intelligit etiā
in operationibus ad quas inclinantur secundum
qualitates regulariter naturam femineam seqūē
tes. Cuius ratio est quia respectu talium operati
onum habent fortes et frequentes impulsiones et
sunt multum debiles in resistendo secundum il
lud prouerbiorum vltimo mulierem fortem quis
inueniet adeo q̄ in pluribus vincuntur et in pau

nō oportet q̄ ois volitio sit electio

tioribus vincunt ideo cum vincunt non est actus
continentie sed altioris virtutis puta heroice ra
tione difficultatis actus ex circunstantia persone
cum vero vincuntur tunc nō est actus incontinē
tie sed actus condonabilis et qui ꝓpter parvam
imputabilitatem nō reponitur in gradu vicij: est
tamen actus culpabilis etiam aliquādo mortali
ter omnino tamē simul in viro esset multo magis
imputabilis et ascenderet ad gradum incōtinen
Ad secūdam tie. ¶ Ad secundam dico ꝙ aliquid dicitur con
sequi aliud dupliciter. Vno mō consecutione que
est inter causam totalem et effectum ⁊ sic cōcedo
maiorem et nego minorem. complexio enim non
est causa totalis actus vel habitus qui est incontinē
tia sed cum ea concurrit voluntas. Alio mō con
secutiōe que est inter inferens et illatū et hoc du
pliciter vel hoc intelligitur de consecutione sim
pliciter necessaria et sic ego nego minorem. hec
cū ɔ̄ńa non est simpliciter necessaria. iste est cole
ricus ergo est incontinens quia vt dictum est ad
continentiam cum qualitate impellente exigitur
voluntas que ɔtranititur ⁊ tamē vincitur et quia
libera ipsa est et in potestate sua est nō vinci ideo
consequentia illa nō est necessaria vel intelligitur
de consecutione vt in pluribus et sic negatur ma
ior ⁊ etiam minor quia si ita esset vt in pluribus
ꝙ colerici vincerentur ⁊ raro vincerent tam per
doctrinam Aris. nō dicerētur incontinentes. Ex
quibus pꝫ ꝙ falsum est ꝙ incontinentia ɔ̄sequit
complexionem corporis. Ad Aristo. autem dico
ꝙ incōtinentia preuolans siue effrenata maxime
reperitur in colericis ⁊ melancolicis vt hꝫ Arist.
et ad eam inclinant qualitates corporales coleri
corum et melancolicorum etiā fortius ⁊ vehemē
tius ꝙ̄ qualitates aliarum complexionū tamē
ab hmōi qualitatibus corporis ad incontinentiā
anime nec necessario nec vt in pluribus valꝫ ɔ̄ńa
quia vt dictum est tunc nō dicerētur incontinen
tes. Ad tertiam cōcedo maiorē sed dico ꝙ victo
ria nō denominat incōtinentem sed incōtinentie
causam nō eīs incontinens est qui vincit sed qui
vincitur. et ideo licet victoria tribuatur carni et
qualitati corporali incontinentia tamen que cōsi
stit in vinci et non in vincere attribuitur spiritui
siue anime. Et ad minorem dico ꝙ hec ratio que
est tamē superare spiritū nō est ratio incōtinen
tie sed bene infert rationem incōtinentie que est
spiritum superari a carne hoc autem superari est
ipsius et nō carnis. Nō vult tamē Tho. ⁊ bene ꝙ
in incontinente caro ex necessitate superet spiritū
sed vt dicit per quandam negligentiam spiritus
nō resistentis fortiter in hoc autem ꝙ est nō resi
stere vbi ratio dictat esse resistendum esse proprie cō
sistit ratio incontinentie. Ad quartam rationem
que est difficilis dico ꝙ incōtinentia non dicit vo
litionem circa delectationes corporales propter
rationem arguēdo adductā sed dicit magis pas
sionem quandā puta vinci ⁊ superari que passio
cōsistit in omissione resistentie pro tempore pro
quo est impugnatio et recta ratio dictat esse resi
stendum et in hoc ꝙ est duci secundum impetū
passionis hoc autem duci sequitur ex ip̄a impu
gnatione passionis et non resistentia voluntatis
cū enim fortiter ipugnat passio et nō resistit volun
tas tunc ducitur ipetu passionis. Quod autē vin
ci et superari sit actus incontinentis ⁊ superare
et vincere actus continentis habet Aris. septimo
ethicorū expresse vbi ostendit quid vniquodqꝫ
horum sit. ¶ Contra quartā cōclusionem argui Cōtra quartā
tur sic circa habundantias delectationum fugi ɔclusionem
bilium tantum aliquis peccat ⁊ nō semper secun
dum gradum bestialitatis aut intemperantie er
go aliquādo secūdum gradum incōtinentie ɔ̄ńa
tenet quia nō videntur esse nisi illi tres gradus.
¶ Ad hanc rationem respondeo concedo primā Solutio
partem antecedentis ⁊ secundam et ɔ̄ńs sed dico
ꝙ incontinētia gradus dicitur primo et proprie
circa delectationes fugibiles et vituperabiles cir
ca alias autem per quandam assimulationem et
cum additione alicuius termini et hoc forte con
tingit ratione prime impositionis termini.
¶ Contra quintam conclusionem arguitur pri Cōtra quintā
mo sic nullus incōtinentiam vitare potest ergo cōclusionē
incontinentia nō est peccatū ɔ̄ńa tenet qꝛ nullus
peccat in eo qđ vitare nō potest secundum Au
gustinum libro de libero arbitrio ⁊ aūs probatur
per illud Sapientie octauo. scio ꝙ nō possum es
se cōtinens nisi deus det. Secūdo nullum est pec
catum sine vsu rationis sed in incontinente vin
citur ratio ergo incontinens nō peccat. Tertio a
liquis fit incōtinens ex vehemētia diuini amoris
secūm illud Dionysij. iiij. capi. de diuinis nobus.
Pau. per incontinētiam diuini amoris dixit vi
uo ego iam non ego. Quarto quia incontinentia
vel est peccatum omissionis vel cōmissionis non
omissionis quia est contra preceptum negatiuum
non commissionis quia sic incōtinens ex electōe
voluntatis peccaret qđ est cōtra Aris. ¶ Ad pri Solutiōes.
mam nego antecedens et ad probationem nego
consequentiam quia licet homo nō possit nō ad
iutus vitare incontinentiam potest tamen eā cū
auxilio diuino vitare quia illa possumus que ad
iuti a deo possumus et maxime auxilio quod nō
deest petentibus ⁊ requirentibꝰ Ad secundā di
stinguo maiorē vel ꝙ nō sit peccatū sine vsu rati
onis. i. nisi cum peccans potest ꝓ tunc vti ratione
et eam sequi. ⁊ sic cōcedo vel ꝙ nō sit peccatū nisi
cū peccās rationē sequit ⁊ sic ego nego īmo ideo
peccat quia a ratione deuiat. Et ad minorē dico
ꝙ in icontinēte ratio vincit nō quia ꝓ tunc nō po
test vti ratione neqꝫ quia pro tunc de facto nō vta
tur recte iudicando de agibili et fugibili sed quia
pro tunc voluntas nō sequit iuditium rationis sꝫ
permittit se duci contra illud iudicium. Et vt di
cit Thomas non vincitur iudiciū rationis ex ne
cessitate sed ex negligentia quadam hominis nō
firmiter resistentis. Ad tertiam nego antecedēs
accepto nomine incontinentie pro incontinentia
gradu. Dionisius autem nō accipit incōtinentiā
pro incontinentia gradu sed transumptiue ꝓ om
ni operatione que ex vehementia affectionis siue
bone siue male procedit ita enim in Paulo vin
cebat diuinus amor vt iam viueret non ipse sed i
eo christus. Ad quartam dico ꝙ aliqua inconti
nentia est peccatū omissionis aliqua est peccatū
cōmissionis quia aliqua est transgressio precepti

affirmatiui aliqua est, transgressio precepti negatiui q̄zuis tamen preceptum affirmatiuuz transgredi possit per actum positiuū vt preceptū amoris per odiuz et preceptum latrie per ydolatriaz. Et ad improbationem secunde partis negat cōsequentia itam ꝙ quis fornicet est peccatum cōmissionis ad fornicationis autem actum non habet volūtas in incontinēte actum positiuū volendi sed nō resistit impetui passionis ⁊ sine electione voluntatis. Et ita impetus passionis mouere potest organa corporea sine imperio voluntatis hoc. s. tantū posito ꝙ voluntas nō resistat positiuo actu ipsi passioni impellenti mouētur ipsa mēbra a passione a concupiscentia sua peccans ducitur.

Cōtra sextā ꝯclusionez. ¶ Contra sextā conclusionez arguit sic incōtinēs agit magis ꝯtra ꝯscientiā q̄z itēperatus. ergo incōtinens magis peccat cōsequentia tenet per illud luce duodecimo Seruꝰ sciens volūtatez dn̄i sui et nō faciens plagis vapulabit multis. Et antecedens ꝓbatur quia incōtinens habet rationē dictantem sibi non esse sequendum quod sequitur. Secundo peccatum incontinētie est insanabiliꝰ peccato temperantie ergo est deterius Consequētia est nota et añs probatur quia peccatum alicuius sanatur per ammonitionem et correctionem sed hec ammonitio nihil videt conferre incontinenti qui scit se male agere ⁊ nichilominus male agit igitur. Tertio q̄zto aliquis ex maiori libidine peccat tanto grauius peccat sed incontinens peccat ex maiori libidine q̄z intemperatus quia incontinens habet vehementes concupiscentias quas non habet intemperatus igitur incontinēs magis peccat q̄z intemperatus. Quarto vbi est minus de rōne ibi minus est de peccato. ⁊ inde est ꝙ vbi non est ratio ibi non est peccatū sed in intēperato est minus de ratiōe q̄z in incontinēte quia in incontinēte victa est ratio tantum in intemperato aūt corrupta. Quinto qui malum agit dissuasus est deterior eo qui malum agit suasus sed incontinens malum agit dissuasus quia ratio obmurmurat ⁊ ad oppositum deprecatur: intēperatus vero maluz agit suasus quia ratio ī eo ⁊ passio concordant. Sexto mala que non latent sunt peiora q̄z ea que latent sed incontinentia est maliū magis apertum et nō latens q̄z intemperantia quia incontinens post actuz reuertitur ad rationez et cognoscit peccatum suum ⁊ penitet intemperatus autez nō ergo. Et maior ꝓbatur q̄z bona que patent et non latent presentia sunt meliora q̄z que latēt ergo ⁊ mala q̄ non latēt presentia sunt deteriora malis que latēt. Consequentia ista tenet ꝑ locum a cōtrarijs ⁊ añs est. Aris. primo rethorice Tū secūdo quia intemperatus minus verecundatur peccare palam q̄z incontinens ergo peccatum eius minus latet consequentia tenet. Septimo deterius est cōsiliari ⁊ a recta ratione discedere q̄z agere incōsiliatus et preueniēdo cōsilium per hoc eñ medium videtur Aris. ꝓbare ꝙ incontinens debilis est deterior preuolante sed incontinens cōsiliatur primo ⁊ postea a recta ratiōe et cōsilio discedit intemperatus autē agit inconsiliatus ergo incontinēs est deterior intemperato.

Solutiōēs. ¶ Ad primū concedo añs ⁊ nego consequētiaz nam contingit aliquā ꝙ peccatū quod non est contra conscientiaz sit grauius et hoc dupliciter. Uno mō q̄n peccans negligit vel cōtēpnit inquirere q̄d faciendū sit aut sequendū ne in agendo ⁊ peccando habeat conscientiaz remurmurantem verbi gratia sunt duo qui sunt aliquid acturi vnꝰ inquirit diligēter quid agere debeat ⁊ cognita veritate nichilominus passio vincit rationē. Aliꝰ vero eligit quid faciat ⁊ ne habeat remurmurantez conscientiaz nō vult inquirere quid sit vel nō sit faciendum. Contingit preterea secundo modo hoc idem quando error qui habetur non solum habetur per negligentiaz inquisitionis sed per diutarnam consuetudinem peccandi que rationez circa principia agibilium corrupit quod ꝯtingit in intēperatis ⁊ de istis certū est ꝙ hoc mō agere nō contra conscientiam est grauius. Si tamen sint duo peccantes faciendo aliquid de quo ꝓbabile dubium est an sit faciendum vel nō ⁊ vnꝰ eorum diligentissimam inquisitionem veritatis faciat ita vt cognoscat quid agendū sit et nichilominus passione victus contra iudiciū rationis agat aliꝰ diligentiam adhibeat sed non tantā non affectet tamen ignorantiā ⁊ faciat operationē similē alteri tūc primus grauius peccat q̄z secundus q̄zuis tamen secundꝰ omittat in aliquo in quo nō omisit primꝰ. Ad secundā nego antecedēs. Et ad ꝓbationē dico ꝙ ā̄monicio multo plus confert incōtinenti q̄z intemperato. eñ quia incōtinens est magis capax eius cū non habeat rationē corruptaz circa principia agibiliū sicut intemperatus. Tuz secundo q̄z q̄zuis intēperato ostenderetur ꝑ ammonitionē quid agendū sit tamen difficiliꝰ obediret rationi q̄z incōtinens quia incontinēs nō habet nisi passionē impellentē in intēperato autē habitus voluntatis concordat cū inclinatione passionis que inclinatio habitus cū magna difficultate tollit. Et propter istas causas incontinens est sanabilior quia ad sanandū ipsū sufficit firmare voluntatē eius cōtra impetū passionis ad sanandū vero intemperatū oportet sanare rationē voluntatē ⁊ reprimere passionē sit qua insit. Et cū dicit ꝙ incontinens scit se male agere cōcedo ad bonū sensum dico tamen ꝙ multa pertinentia ad repressionē passionis ⁊ cōfirmationē voluntatis per bonam ā̄monicionem possunt sibi actualiter fieri nota que cum peccabat non cognoscebat actualiter et q̄zuis ea cognouisset tamen aliam efficaciam habebunt vel repetita vel ab alio dicta vel alio modo menti impressa q̄z habebant cum talia ex seipso considerabat.

¶ Ad tertiaz distinguo maiorem et minorem vel sic intelligitur de libidine voluntatis et sic conceditur maior et negatur minor vel sic intelligitur de libidine concupiscentie appetitus sensitiui et sic negatur maior et conceditur minor ꝑticulariter intellecta hoc est contingit aliquando ꝙ in intemperato aut non est concupiscentia aut est minor q̄z ī incontinente Incōtinens enim non peccat nisi a forti cōcupiscentia intemperatus autem quia habet habitū inclinantem ad sequendū illas delectationes corporales ad quas cōcupiscentia inclinat incōtinentē ideo contingit aliquando ꝙ per inclinationē habitus Duplex libido.

existentis in voluntate precedit concupiscentia aliquando autem concupiscentia paruam et remissam impulsionem faciente propter habitum voluntatis intemperatus prauas delectationes sequitur et hoc modo intelligendum est illud Aristotelis in .vij. ethico. Omnino autem utique videbitur deterior esse si quis nō concupiscēs vel quiete id est remisse concupiscens operatur quid turpe qd dicit nō quia intemperatus omnis remisse concupiscat. sed quia propter habitum maluz voluntatis ad remississimuz motū concupiscentie turpiter operatur.

Dupl'r intelligit q̄ in aliquo sit minus de rōne

¶ Ad quartaz dico q̄ in aliquo esse minus de rōne potest contingere dupliciter. Unomodo propter ignorantiā precedentez inclinationē in uoluntatem et sic [ut dicit Thomas] questione cente. quinquagesima sexta ar. tercio. res. ad primam q̄zto est maior ignorantia tanto peccatum magis diminuitur et aliquando totaliter excusat. qd intelligo ubi non sumus causa talis ignorantie. Secundo modo ꝓpter ignorantiam sequentem inclinationem appetitus et ab ea causatam et talis ignorantia q̄zto est maior tanto peccatum est grauius et hoc secundo modo in intemperato est minus de ratione et plus de ignorantia: plus quidem quantū ad durationez. Primo quia in intemperato durat semꝑ et ideo Ari. intemperantiam dicit morbuz continuū. in incōtinente autem durat tantum passione durante. Secundo quantū ad ea circa que erratur quia intemperatus errat circa principia agibilium incōtinens autem nō. quomodo autem in incōtinente sit ignorantia videbitur postea. Ad quintam

Duplex suasio.

distinguo maiorem ¶ Duplex est enī suasio una est probabilis et de illa concessa maiore negatur minor qz loquendo de tali suasione intēperatus non peccat suasus. Alia est suasio improbabilis que recipitur tamen ab aliquo non ex natura vel apparentia rei que suadetur sed ex corruptione principij iudicatiui scz rationis et talis corruptio aliquando est a natura aut ab egritudine aliquādo vero est ex corruptione appetitus qualiter cōtingit in intemperato et hocmodo intelligendo negatur maior immo multo deterior est ille qui agit malum suasus q̄z qui agit malum dissuasus.

Aliqd malū dr latēs dupliciter.

sicut ptz ex responsione ad primam. Ad sextam dico q̄ aliquod malum dicitur latens vel non latens dupliciter. Unomō apud operantem. Aliomodo apud alios bonos et sapientes. Secundo modo conceditur maior et negatur minor immo hocmodo mala intemperati sunt apertiora et minus latentia quia minus verecundaꝫ. primomodo dico q̄ aliquod malum dicitur esse latens vel non latens dupliciter. Unomodo ex natura et cōditione ipsius operationis ita q̄ illud latens dicatur de quo probabile dubium est an sit malum et illud non latens de quo constat et certum est ipm esse maluz et hocmodo concessa maiore negatur minor. Aliomodo ex circunstātia operantis ita q̄ unum malum dicatur latens operanti qz propter corruptionē principij iudicatiui in ipso operante ipse nescit se male agere. aliud autem dicatur nō latens operanti quia nō est in operāte corruptum principium iudicatiuum et in isto sensu

negatur maior et conceditur minor et maxime quando corruptio ꝓuenit ex corruptione appetitus sicut dictum est. ex istis satis patez quomō soluēri possit ad probationes arguendo adductas.

Dr quis agere incōsiliat' tripl'r

¶ Ad septimam dico q̄ aliquis dicitur agere inconsiliatus tripliciter. unomodo quia propter vehementiam passionis aut velocitatem insequēdo motum passionis prouenientiū ex naturali dispositione rei non expectatur sed preuenitur deliberatio rationis et hoc modo concedo maiorem et nego minorem. Secundomodo quia talis qui agit non est potens consiliari propter corruptionem alicuius requisiti ad bene consiliandum ex natura aut egritudine aut assuefactione prouenientem et hocmodo concedo maiorem et nego minorem intelligendo per assuefactionem illud qd supradictum est. Tertiomodo quia talis qui agit non est potens recte consiliari autem quia de facto non recte consiliatur propter corruptionē rationis ex corruptione voluntatis prouenientem et hocmodo nego maiorem et concedo minorem. talis enim habitū illum per quem sic inconsiliatus agit acquisiuit postq̄z frequenter a ratione recta discessit.

Cōtra septimā ꝯclonez

¶ Contra septimam conclusionē arguit sic incontinentia preuolans magis assimulatur intemperantie qz incontinentia debilium ergo est deterior. Antecedens patet quia preuolans agit inconsiliatus sicut intemperatus. Secundo in preuolante et debili est unum malū commune scilicet non sequi rationem et debilis habz unum bonum quo caret preuolans quia scilicez rationez expectat q̄z non expectat preuolans ergo preuolans est deterior debili.

Solutio

¶ Ad primam concedo q̄ in aliquo preuolatio est similior intemperantie q̄z debilitas et nego consequentiam et ratio huius patet ex responsione ad septimam rationem contra precedentem conclusionez per q̄z ostenditur quomodo intemperatus et preuolans aliter et aliter agunt inconsiliati. Ad secundam concedo antecedens pro utraq̧ parte et nego cōsequentiam quia in debili est unū malū quod nō est in preuolāte scz discedere a recta ratione. aut aliter et in idē reddit. negaꝫ cōsequētia qz non se qui rectā rationē est deteri' in debili in quo sit discedēdo a recta ratiōe q̄z in preuolāte in quo sit ꝑueniendo rectam rationem.

Cōtra octauā ꝯclonez

¶ Contra octauā cōclusionem arguitur sic difficilius est resistere concupiscentijs q̄z ire secundum illud Aris. in secundo difficilius est concupiscentie pugnare q̄z ire ergo incontinentia ire est deterior q̄z concupiscentie. Consequentia tenet quia q̄zto difficilius est passioni resistere tanto minus turpe est sequi impetuz eius. Secundo incontinentia ire est cum maiori usu rationis ergo est turpior antecedēs est Aris. et patet consequentia quia quando passio extinguit rationem vt in amentia vel alia infirmitate peccatū excusatur. Tertio concupiscentia est passio naturalior q̄z ira ergo incontinentia concupiscentie est excusabilior et minus turpis q̄z ire. Consequentia tenet quia quanto passio est naturalior tanto peccatuz est minus quia naturalis inclinatio videtur aliqualiter excusare et diminuere peccatum et antecedens probatur quia obiectum eō

cupiscentie puta cibi et potus sunt naturaliora q̄z vindicte. Tum secūdo quia tristicia que opponitur delectationi est innaturalior q̄z mansuetudo que opponitur ire ergo et concupiscentia est naturalior q̄z ira. ꝯña tenet quia illud est naturalius cuius oppositū est innaturalius. Tū tertio quia concupiscentia est nobis magis cōnatrita ex puero vt habetur secundo ethicorū: ergo ipsa est naturalior. Quarto illud peccatum est turpius q̄ sit manifestius cū per hoc accipiat rationē scandali sed incōtinentia ire manifestius peccat q̄z cōcupiscentie vt habet Aristo. in septimo igitur. Quinto incontinentia ire impellit ad homicidia et ad alia nocumenta proximi: ergo est iniustior q̄z incontinentia ꝯcupiscentie que ad talia nō impellit et per consequens est turpior. Sexto incontinentem ire omnes formidant et fugiunt tanq̄z periculosum: nō autem incontinentem concupi-

Solutiões. scētie: ergo incontinētia ire est deterior q̄z cōcupiscentie. ¶ Ad primam distinguo añs vel ratione frequentis impugnationis doli et fraudis in impugnando assuefactionis et pigricie voluntatis et sic concedo vel ratione impetus et violentie et sic ego nego in hac solutione pro parte conuenit Tho. ibi dicens dicendū q̄ difficilius est assidue pugnare contra delectationē q̄z contra irā quia concupiscentia est magis continētia sed ad horam difficilius est resistere ire propter eius impetum. Ad secundam distinguo antecedens vel q̄ sit cum maiori vsu rationis id est q̄ iratus sit magis compos mentis et magis videre possit q̄d agendum sit vel fugiendū q̄z concupiscens et sic nego q̄ ꝯcupiscens icōtinēs plene dicat de agibili et fugibili de quo nō plene dicat iratus vel q̄ sit cum maiori vsu. id est q̄ conformitatem ad aliquam rationem rectam habet iratus q̄z non habet concupiscens et sic concedo. Et quia primum ponit turpitudinē in actu illius qui se difformat ideo ꝛc. Ad terciam concedo antecedens et nego consequentiam licet enim concupiscentia sit naturalior q̄z ira tamen superabundantie delectationum concupiscibilium penes quas attenditur incontinentia concupiscentie non sunt ita naturales sicut ira. multi enim putant q̄ Ari. in septimo vbi tractat istam conclusionem dixerit q̄ ira est naturalior q̄z concupiscentia quod falsum est quia cum difficultate absolueretur a contradictione: sed dicit q̄ ira est naturalior q̄z superabundantie delectationum. Ira autem fugit naturalius et difficilius concupiscentijs hijs que super-

Aliquid dr naturalius tripl'r. abundantie et non necessarijs. ¶ Aliter potest dici q̄ aliquid dicitur naturalius quia magis et regularius a natura generātis transfunditur in genitum. Aliomodo quia ad ipsum magis assuescimus primo modo ira est naturalior secūdo modo concupiscentia. Tertio mō quia obiectum illius magis exigitur ad sustentationē nature q̄z obiectū illius et hoc etiā modo concupiscentia est naturalior sed quia incontinentia non consistit precise in vsu talis obiecti sed in superfluo et superabūdante vsu. ideo ratione huius non tantum diminuitur de imputabilitate concupiscentie incontinentis quantum diminuitur irato propter vehe-

mentiam et naturalitatem sibi conuenientem. ¶ Ad quartam dico q̄ aliquid dicitur occultius et manifestius dupliciter. Unomodo respectu personarum quibus peccando nocumentū tētamus inferre. Alio modo respectu personarum alienarum et impertinentiū. si intelligatur secundo modo concedo q̄ in qualibet specie peccati manifestatio auget culpam propter scandalum. Primo modo est contrarium in peccatis quibus proximo nocumentū inferim⁹ est enim turpius nocere proximo per insidias q̄z palam nā si quis propter concupiscentiā proponat rapere virginem q̄ztū potest fallaciter et insidiose hoc facit. Si vero in vindictam iniurie accepte hoc faciat alius tunc non ita insidiose sed manifestius faciet. Et hoc est voluit dicere Aris. scilicet q̄ illi qui propter concupiscentiā et irā nocumenta inferūt taliter se hñt q̄ primi insidiose nocēt secundi manifeste et palā. Ad quintam dico q̄ ad hec omnia impellit etiam incontinentia cōcupiscentie. Nam dauid vriā ꝓcurauit occidi propter concupiscentiā vxoris sue. Et tunc dico q̄ qui occidisset vriā per irā nō tantū peccasset q̄ztum peccauit Dauid occidendo eū propter cōcupiscentiā et ideo in istis cōparationib⁹ semꝑ debē arguī ceteris paribus. Cōcedo tn̄ cum Thoma et alijs q̄ ira regulariter ē nocentior sed nō turpior. Et ad hoc etiā tendit vltima ratio nō enī homines formidant et

Contra nonā cōclōnē fugiunt iratos tanq̄z turpiores sed tanq̄z nocentiores. ¶ Contra nonā cōclusionē nulla est incōtinētia naturalis igit. Añs pz quia natura inclinat ad virtutes ergo non inclinat ad vicia. Consequētia tenet q̄ ideē nō inclinat ad cōtraria. Secundo natura dirigitur ab intelligētia non errāte ergo natura non inclinat ad incōtinentiā. Consequentia tenet q̄ tunc dirigens naturā erraret. ¶ Tercio nichil quod est a natura est malū aut turpe quia scdm̄ ea q̄ insūt a natura nec laudamur nec vituperamur sed oīs incōtinentia est mala et turpis ergo nulla est incontinentia naturalis.

Solutiōes In hōie est duplex natura. Quarto incontinētia naturalis est difficilius curabilis q̄z assuefactiua et habitualis ergo ē turpior et deterior. Cōsequētia patet quia incōtinentia q̄zto est minus curabilis tanto est turpior. ¶ Ad primā nego consequētiā. Ad probationē dico q̄ vna natura inclinat ad virtutes et alia ad vicia diuersorum enim hominū diuerse sunt nature. Et quia eadē natura habet diuersas partes ideo secundum vnam partē puta rationalem inclinat ad virtutes scdm̄ aliam puta secundū appetitum sensitiuū inclinat ad vicia. Et quia in eodē varij sunt appetitus sensitiui sicut sūt varie dispositiones corporales ideo in eodē etiam secundū eandem partem pōt ratione aliquarum qualitatum corporalium inclinare ad vnam vel duas vel tres virtutes et ratione aliarum ad vicia videmus enī aliquos esse naturaliter iustos et largos et aliquos esse crudeles et prodigos immo interdū per eandem qualitatem inclinatur quis ad virtutes et ad vicia nō opposita illi virtuti. Ad scdam cōcedo añs et nego ꝯñam quia ista inclinatio ad vicia nō ꝓuenit ex errore intelligentie dirigētis naturā: sed ꝓuenit ex q̄litatibus ꝯplexionalib⁹ causa-

inclinantibus: licet enim intelligentia naturā dirigens nō erret res tamen naturales suos agere motus sinit. Ad tertiam dico q ea q̄ insunt a natura sunt duplicia. Quedā sunt emēdabilia alia nō, ut emendabilia ut claudinos: cecitas τ de talibus concedo maiorē. Emendabilia autem habent in nobis duplex tempus vnū pro quo emendationem suscipere nō possunt vt est tempus pro quo nō vtimur notabiliter rōne. aliud pro quo suscipere possunt emendationem. Nam hmōi inclinationes naturales nō necessitant voluntatē ad actus suos sed in ea semp manet libertas resistendi et 2rio modo opandi licet interdum sit difficile vir tū sapiens dn̄abitur astris. Dico ḡ q propter ea que fiunt a natura et sunt emēdabilia nō vituperamur pro tempore pro quo nō sunt a nobis emendabilia. pro tempore vero pro quo sunt emendabilia ab hijs qui curā nostri gerunt vituperamur et de hijs parentes aut alij vituperantur. pro tempore vero pro quo sunt emendabilia a nobis si nō emendantur vitupamur quia tunc aliquid incidit voluntariū et culpabile scʒ negligentia nostra in talia emēdando. Et vltra distinguo minorē qꝛ incontinentia pōt accipi dupliciter. Uno mō pro actu incōtinentie τ sic ꝯcedo minorē omnis eīn talis actus siue causet per inclinationem naturalē siue mediāte hīmali ē turpis. Alio mō pro inclinatione ipsa et tūc de habituali concedo de naturali ꝯcedo pro tēpore pro quo potuit emendationē recipere a nobis et tū nō est emendata. pro alio vero tēpore nego. Ad quartā dico q aliqua incontinentia dr̄ esse curabilis dupliciter. Uno mō p ablationē cause inclinātis et sic cōcedo añā. assuefactio eīn mala aut habitus malus pōt facilius auferri q̄ʒ naturalis ꝯplexio. Alio modo per impedimentū hmōi inclinatiōis ita q licet nō tollat̄ principiū inclinans: impeditur tū ne inclinatio contra rōnem trahat: et hoc modo nego maiorē. Inclinatio eīn naturalis et inclinatio ex assuefactione possunt impediri. vno modo per libertatē voluntatis. scḋo modo p habitum genitū in volūtate ꝯtrario mō inclinantē aut resistitiuū tali inclinationi. tū scḋo qꝛ posita inclinatiōne naturali adhuc manet voluntas integra et incorrupta per cuius libertatē vt dictū est potest sanari mala inclinatio. posito vero malo habitu iam corruptum est illud qḋ debet esse principium primum sanationis et cure ideo difficilis est cura immo difficillima ceterarum egritudinum nō enim remanet nisi ratio ad optima deprecans que cum voluntas corrupta est nō modo contempnitur verū etiam ligata captiuaqꝫ tenetur. Et ad ꝓbationē consequentie dico q assumptum illud semp intelligendum est ceteris paribus cuʒ scʒ vtraqꝫ sunt equaliter assueta vel equaliter volita et nō aliter.

¶ De abstinentia.

Consequenter agendū est de abstinentia et queritur Utrū abstinētia sit virtus spālis. Arguitur q nō, abstinentia nō est ex se laudabilis q̄ abstinentia nō est virtus. ꝯña tenet qꝛ oīs virtus est ex se laudabilis. Et antecedens ꝓbatur p illud Grego. in pastorali abstinentia nō nisi ex alijs virtutibus cōmendatur. In oppositū sūt communiter tā sacri doctores q̄ʒ phūs. ¶ Notandū q tēperātia virtus diuiditur in temperantiā gustabiliū τ tēperantiā venereorū que dicitur castitas. Temperantia gustabiliū diuidit̄ in tēperantiā regularem τ abstinentiā/τ sobrietatem. Temperantiā gustabiliū regularē appello illā q̄ qs inclinat̄ in vsū ciborū et potuū sequi regulā rōnis ita scʒ q nec deficiat aben culpabiliter nec excedat etiā culpabiliter quia tamē medietas ista latitudinē magnam habet ꝓtēsam ab extremo in quo cōsistit insensibilitas ad extremū in quo consistit intemperantia opposita in qua latitudine operatio tanto est difficilior q̄to magis accedit ad extremum oppositū ideo sub temperātia gustabilium ponuntur due virtutes Una que dicitur regularis que ꝓ medio suo habet totā latitudinē medij ita q non inclinat ad vtendū cibis et potib⁹ nisi infra latitudinē illā ita q satis est tali tēperato q nec deficiat ab illa latitudine nec excedat Alia vero est que aliquid infra latitudinē illam notabiliter ab extremo superabūdantie distans ꝓ medietate recipit et de ijs que sunt concessa secundū temperantiā gustabiliū regularē substrahit alicuius boni τ honesti finis grā et hec ī cibis dicitur abstinētia: in potibus vero sobrietas. Dixi infra latitudinem illam quia si aliud esset extra latitudinem medij tunc esset excessus aut superabundantia Dixi notabilit̄ distans qꝛ si insensibiliter vel parū distaret tunc non cōstitueret̄ alius habitus a temperantia regulari. Dixi pro medietate recipit qꝛ si non vteret̄ eo tanq̄ʒ medio sed tanquā eo quod esset aliquid medij ita scʒ q electio voluntatis non haberet illud specialiter ꝓ obiecto tunc non faceret virtutem specialē. Exemplū huius: sit latitudo gustabilis ab vna libra vsqꝫ ad duas ita q comedere minus vna libra in die sit deficere p insensibilitatē τ comedere duas sit superabundare. Tunc dico q temperātia regularis hʒ ꝓ tota latitudine sua q̄titatē vni⁹ libre ita q ille qui comedit vltra vnam librā τ non excedit duas seruat mediam temperantie regularis. Abstinētia vero substrahit notabiliter de latitudine hui⁹ medij τ hʒ pro medietate sua latitudinē ī hac latitudine cōtentā τ que est pars eius q̄ scḋm maximū sui notabilit̄ distat ab extremo supabūdātie puta hʒ ꝓ medio latitudinē vni⁹ semilibre aut vni⁹ quarte ptis libre/τ ita vbi tēperāt⁹ r̄laris vtet̄ duab⁹ libris abstinēs nō vtet̄ nisi vna libra cū media aut vna libra cū q̄rta pte vni⁹. Notandū scḋo q sicut medietas in tēperantia regulari attēdit̄ scḋʒ q̄titatē gustabilis et scḋm qualitatē τ scḋm frequētiā ita q nō solū peccat qui plus sumit q̄ʒ debʒ sed etiā qui delicatius exquirit q̄ʒ debʒ τ frequēti⁹ vtet̄ delectabili q̄ʒ debet sic etiā alie circumstantie loci/tpis/finis ardoris penes quas attendit̄ excessus τ defectus ita etiā penes hoc oīa attendit̄ abstinētia. Nam in hijs omnib⁹ reperitur quedā latitudo q̄ est medietas temperantie regularis a qua substracta aliqua parte notabili fiet medium abstinentie. Et

Duplex abstinētia.

Abstinētia gustabiliū duplex.

contingit aliqñ q abstinentia attendit̄ scd̄m quā
titatem et nō scd̄m qualitatem: aliqñ secūdū qua-
litatem et non secundum quātitatem: aliqñ scd̄m
frequentiā et nō scd̄m alias: aliquādo scd̄m tem
pus: aliquando scd̄m duas aut tres aut quattu-
or istorum. Nomē aūt abstinentie vt dicit beatus
Tho. qd̄ importat substractionem ciborū potest
accipi dupliciter. Uno mō scd̄m q absolute ꝛ pre
cise hmōi substractionem importat et qꝛ substra-
ctio aliqua est indiscreta ꝛ aliqua rōnabilis. ideo
abstinentia nō designat hoc mō actus tantū qui
sunt virtutes sed significat tam actus qui sunt vir
tutes q̄z actus qui sunt vitia quod itelligit Tho.
cum dicit q significat aliqd indifferens. Alio mō
potest accipi vt significat abstinentiā cibi ꝛ con
notat q illa sit recta ratione regulata et hoc mō
aliqñ pro habitu aliqñ pro actu accipitur ꝛ ī hac
significatione abstinentia est sp̄ēa temperantie.

Prīa ɔclo ¶ Prima cōclusio. Abstinentia/ieiunia/et sobri
etas non propter se sed propter puritatē mentis
appetenda sunt. Probatur que ad puritatē cor
dis multum vtilia sunt et preter eam nō habent
aliam magnam vtilitatem neq̄ in eis est magna
honestas operis illa seclusa propter puritatē cor
dis sunt appetenda: sed p̄dicta sunt ad puritatē
cordis multum vtilia ꝛ preter eam nō habent ma
gnam vtilitatem nec in eis est magna aliqua ho
nestas alia ab illa que est in temꝑantia regulari
ergo hec nō propter se: sed propter puritatē cor-
dis sunt appetenda. Secūdo que nō sunt ex se bo
na non sunt propter se appetenda; sed predicta
nō sunt ex se bona igit̄. Minorem probat Cassia
nus. xxi. collatione. Tum quia ista facta oportu-
no tempore bene cedunt, importuno vero male.
Tum quia nihil nisi virtus est per se bonum sed
ieiunium non est virtus. Tum tertio qꝛ qui ieiunij
austeritatem in fratris aduentu obseruare vult:
aut cum vires egent cibo ad reparationē sui aut
vt laudem humanam aucupetꝛ talis inepte ieiu-
nat nec bene agit sed male. igitur. et per hec pro
bari potest minor p̄cedentis rationis. Tertio que
cunq̄ rationabiliter tantum fiunt vel cause mor
tificande carnis vel promerende puritatis men-
tis vel voluntate satisfaciendi illa tantum gratia
puritatis appetenda sunt qꝛ mortificatio carnis
et puritatis meriti et satisfaciendi voluntas ad
puritatem mentis ordinata sunt: sed p̄dicta fiunt
tantū propter predictas causas igitur. q autem
predicta valeant ad mortificationē carnis p3 qꝛ
substrahendo cibū et potum cohibet̄ caro a desi
derijs suis et concupiscentijs quibus concupiscit
aduersus sp̄m: sed cū cohibentur hmōi desideria
carnis mortificatur caro igit̄. Pꝫ hoc idem au-
ctoritate Bernardi in quodam sermone dicentis
q sicut carnales cupiditates resecant̄ abstinētia
ita oēs anime virtutes edacitatis vitio destruunt̄
tū scd̄o per illud Gre. in morali. li. iiij. Spōo defi
cit vbi caro requiescit vt enī caro mollib⁹ sic ani-
ma duris nutrit̄ illā blanda refouent hanc aspa
exercent illa delectationib⁹ pascit̄: hec amaritu-
dinibus vegetatur ꝛ sicut carnē dura sauciant sic
mollia spiritū necant sicut illam laboriosa interi
munt sic ista delectabilia extingunt. Et lib. xxx.

quo plus caro premit̄ eo celesti spe anim⁹ securi⁹
letatur tanto enim melius mens ad superna appe
tenda cōponitur q̄to ab illicitis corp⁹ arti⁹ edo
matur. Tum tercio per illud Se. durius tractan
dum est corp⁹ ne animo male pareat. Tum q̄rto
per illud Isi. de sūmo bono. Abstinentia ꝛ viui
ficat ꝛ occidit viuificat animā ꝛ corpus occidit
q valeāt ad satisfactionē p3 quia aliqñ fiūt ex pre
cepto aliqñ imponunt̄ ꝑ peccatis a vicario xp̄i:
aliqñ voluntarie hec sibiip̄si peccator imponit.
De tercio p3 quia multi sancti viri his reb⁹ se affli
gunt vt eoꝝ de⁹ misertus puritatē mētis eos do-
net ꝛ a vitijs multis liberet in que sentiunt se pro
nos ꝛ inclinatos ꝛ ob hoc dicunt sacri doctores
q ōrō ꝛ ieiunijs sibi cōsociātur. In ista aūt cōclu
sione accipitur nomē abstinētie p̄rio mō ꝛ sobrie
tatis nomē in significatiōe cōsimili. ¶ Scd̄a cō- Scd̄a ɔclo
clusio. Abstinētia ieiuniū/ꝛ sobrietas ad acquiren
dam rerū noticiā plurimū valent. Patet exēplo
oīū phoꝝ ꝛ auctorū qui excellētes fuerūt in cogni
tione reꝝ hi enī ꝑ hec sēper ad cognitiōē reꝝ pue
nire studuerūt: igit̄. Scd̄o Opposita istoꝝ scꝫ ga
strimargia ꝛ crapula nocent cognitiōi reꝝ ꝙ hec
ꝑficisit ¶ Tercia cōclusio. Abstinētia ꝑ se virt⁹ Tertia con
in ratione sua puritatē mentis tanq̄z finē includit clusio.
pbatur nomē vniuscuiusq̄ virtutis in sua ratiōe
includit illud tanq̄z finē quo secluso non habet
bonitatē moralē: sed seclusa puritate mentis ab
abstinencia ipso non habet bonitatē moralē: igi
tur. Minor probatur qꝛ si fiat ꝑpter aliquid re-
pugnans puritati mentis vt puta ꝑpter vanā
gloriā ipsa non est bona moralit̄: si vero fiat pro-
pter aliquid nō icludēs ipsā nec formaliter nec
virtualiter vt puta propter cognitionē veritatis
tunc non habet bonitatē moralē sed potius ma-
liciam ꝑpter carentiā debiti finis q si cognitio
veritatis querat̄ ꝑpter deū iam actus ille est ꝑ
pter puritatē mentis formaliter vel virtualiter.
¶ Quarta cōclusio. Abstinētie/ieiunija/ꝛ sobrie Qrta ɔclo
tati indulgendū est cū valent ad puritatē mētis
cum aūt nocent ab eis cessandū est. Hec conclusio
est Cas. collatione p̄ria hoc expresse dicentis ꝛ ꝑ
bās. Nā si ex ieiunio tristiciā sustineat aut cōtra
fratrē indignet̄ tunc pl⁹ dispendij incurritur q̄z
fruct⁹ capiatur. Tum scd̄o qꝛ omne illud est a no
bis tanq̄z noxium euitandū ex quo potest nostre
mentis puritas ꝑturbari: ergo si ex ijs turbet̄ pu
ritas nostre mentis ista sunt tanq̄z noxia vitanda
has tamē Cassi. rationes intelligo in abstinētijs
voluntarijs quia si essent ex precepto tūc esset eis
opera danda ꝛ perpensius nobis cauendū ne in
de in perturbationem puritatis caderemus. Idē
habet Cas. in. xij. ꝛ. xiiij. collatiōibus. ¶ Quinta Quīta ɔclo
conclusio. Abstinentia inter duas nimietates me
diat quarū vnius non quodlibet est ex se vitupe-
rabile neq̄ est contra rōem ꝓhibentem sed con-
tra rōem consultricem. Primū patet quia absti
nentia mediat inter nimio abstinere et nimis co-
medere: non quidē nimis. i. plus semper q̄z regu
la temperantie exigat: sed plus q̄z ratio abstinen-
tie expostulet. Dictū est enim q abstinentia pro
medietate habet minorem latitudinem q̄z tem-
perantia regularis que mediētas notabiliter di-

stas a superabūdantia tempantie sicut declaratū
est per exemplum et ita si quis ꝓponens abstine
re egrediatur latitudinem medietatis abstinen-
tie ⁊ sistat in aliquo medio inter latitudinē absti
nentie et supabundantiā intempantie adhuc ille
remanebit infra limites temperātie regularis ne
qꝫ faciet contra rōnem prohibentē quia illud me
dium cū pertineat ad medietatem tempantie re-
gularis nō est prohibitum faciet tamē contra ra
tionez abstinentiam cōsulentē et diffinientem me
dietatem suā sub minori latitudine. Secūdo nō
quodlibet minus abstinere q̄z rō consulit est vitu
perabile sed aliquid vnius nimietatis est minus
abstinere q̄z ratio ꝯsulit vt ptz ex dictis. Nec ob-
stat huic q̄ omnis virtus mediat inter superabū
dantiā et defectum qz sicut quodlibet istorum ex
tremorum dicit̄ esse nimietas ita quodlibet dicit̄
esse defectus. nimietas enī abstinēdi est defectus
vtendi gustabilib⁹: et nimietas vtēdi est defectus
abstinendi. Si ḡ velimus aduerbia illa parū et
nimium eadē dictione limitare tunc habebimus
ibi parum et nimiū siue supabundantiam et defe
ctum. vt parū vti: nimium vti. parum abstinere:
nimium abstinere. Si autē diuersis dictionibus
diuersos actus significantibus limitare velimus
tunc inueniemus duas nimietates et duos defe-
ctus nimis abstinere: nimis vti. minus abstinere
et minus vti. Et qz idem sunt minus vti ⁊ nimis
abstinere. Et similiter idē sunt nimis vti et min⁹
abstinere. ideo licet extrema ibi varijs modis ex
plicentur nūc per duas nimietates: nūc per duos
defectus nūc per vnā nimietatem ⁊ vnū defectuz
tamē nō sunt nisi duo extrema sic diuersis modis
explicata. Istum modū loquendi. de duabus ni-
mietatibus habet Cas. ii. collatione vbi declarat
diffuse q̄ vtraqꝫ nimietas equali dispendio mo-
Sexta ꝯclō nachū afficit. ¶ Sexta cōclusio. In abstinentia
multo periculosior est nō vtēdi nimietas q̄z vten
di dissuasa nō tamē ꝓhibita superfluitas. proba-
tur nō vtendi siue abstinendi nimietas semp est
vituperabilis et mentē frequenter ꝑturbis. supflui
tas autē vtendi dissuasa et nō ꝓhibita non est vi
tuperabilis: sed cadit intra limites medietatis ad
regularem temperātiam ꝑtinentis igit̄. Dixi au-
tem dissuasa ⁊ nō prohibita vt per hoc intelligat̄
me loqui de nimietate vtendi que locata est intra
limites temperātie regularis et vt ego excludaz
eam que vel simpliciter vel pro tēpore cadit sub
prohibitiōe. Ista ꝯclusio ꝓbatur etiam diffuse a
Cass. collatione. ii. et etiā hoc idez ꝓbauimus su
pra cum de temperantia in cōmuni agebat̄. huius
sententie est Orige. sup dicens. Periculo
sa est grandis ⁊ imoderata abstinētia. et Se. ait.
Quēadmodū desiderare delicias res luxurie est
ita vsitatas et nō magno parabiles fugere demē
tie. q̄ autē hmōi abstinentie nimietas sit multuz
periculosa habet Gre. in mora. li. xx. c. Corda in
cithara si nimius tendit̄ nō sonat: si amplius rau
ce sonat: sic nimirū virtus abstinētie aut omnino
nulla est: si quis corp⁹ atterit plusq̄z valet p absti
nentiā q̄ppe sunt vitia carnis extinguēda nō ca-
ro ⁊ tanto quisqꝫ sibi debꝫ moderamē esse vt ad
culpā caro nō supbiat et tn̄ ad effectū rectitudis
in opatione non subsistat. Et ibidē. sic necesse est
vt artē quis abstinentie teneat vt nō carnem sed
carnis vitia occidas. Nam plerunqꝫ dum p⁹ iu
sto caro restringitur ab exercitatione boni ope-
ris eneruatur vt ad orationez quoqꝫ vel predica-
tionez non sufficiat dum incentiua vitiorum in se
funditus eneruare festinat. Et paulo post. Sepe
ergo dum in illo hostem insequimur ciuem quem
non pascimus cruciamus/ ⁊ sepe dum quasi cōci
ni paremus ad preliū hostē nutrimus ¶ Septi Septima ꝯclusio
ma conclusio. Abstinentia secūdo modo est virtus
Probatur omnis habit⁹ in medietate cōsistens
determinata recta ratione est virtus sed abstinen
tia est hmōi ergo abstinentia est virtus. Secun-
do ꝓbatur per illud. ii. Pe. i. Ministrate in fide
vestra virtutē/ in virtute autē scientiam/ in scien-
tia autem abstinentiā. vbi vult dicere beat⁹ Pe.
q̄ homo abstineat a cibis ꝓ vt opꝫ ꝓ congruen-
tia hoim cū quib⁹ viuit et ꝑsone sue ⁊ ꝓ valitudi
nis necessitate ¶ Octaua conclusio. Abstinētia Octaua cō
est specialis virtus. Probatur quia est distincta clusio.
ab omnibus virtutibus que sunt circa aliam ma
teriam a tangibilibus per materiā ⁊ ita specifice
quia materia distinctionē specificaꝫ arguit in ha
bitib⁹ ⁊ actibus circa hmōi materiaꝫ existentib⁹
a partibus autem tēperantie distincta est/ a casti
tate quia est circa cibos castitas autez est circa ve
nerea/ a virtutibus existentibus circa gustabilia
distincta est/ a sobrietate que est circa potus ipsa
autez est circa cibos: a tēperantia regulari distin
cta est etiā quod patet qz vbicunqꝫ est alia et alia
latitudo medietatis ibi est alia et alia virtus: sed
abstinentia habet aliam latitudinem medietatis
a latitudine temperantie regularis: quia latitu-
do abstinentie est pars latitudinis regularis tem
perantie: igitur. Secūdo aliquid quod pertinet ad
medietatē temperantie regularis est extremitas
in abstinentia respectu eiusdez persone loco et tē
pore et alijs circumstantijs paribus existentibus
igitur sunt virtutes specie distincte. ¶ Contra Cōtra pri-
primaz cōclusionē Arguit̄ sic. Ois virt⁹ ꝓpter ꝯclusionez.
se ē appetenda. sꝫ abstinētia est virtus ḡ abstinētia
propter se est appetenda. Maior ꝓbatur Tum
primo auctoritate Cassi. in eodē loco vbi ponit
predictam cōclusionem vbi expresse habet q̄ vir
tus propter se est appetenda. Secūdo. Omnis tem
perantia propter se est appetenda cuz cōtraria vi
tia sint de se turpia ⁊ inhonesta: sed omnis absti
nentia est temperantia cum abstinentia sit speci
es temperantie. igit̄. ¶ Ad primaz posset ab ali Solutiones.
quib⁹ rn̄deri cōcedendo maiorem de eo quod est
per se ⁊ primo virtus ⁊ negando de eo quod ē vir
tus per alterū. Et ad minorem dicerent q̄ absti
nentia aliquando accipitur pro actu vel habitu
interiori a quo actus exterior abstinentie denomi
natur bonus ⁊ de illo conceditur minor et conclu
sio. Alio modo pro ipso actu exteriori / ⁊ de illo
negat̄ minor talis enī actus nō est virtus sed est
actus virtuosus per denominationem extrinse-
cam. In conclusione autez accipitur abstinentia
pro actu exteriori. Hoc tamen non multum mihi
placet quia si quis nō esset aliquaz vtilitatez aut
in morib⁹ aut alio mō susceptur⁹ p abstinētiā siue

exteriorem siue interiorem nõ video q recta ra-
tio ei dicitur quod esset abstinendū: ideo aliter
dico q virtutū quedā cõsistunt principaliter in
tollerantia durorum aut laboriosorum aut peri-
culosorum ꝓpter aliq̄z maiorē vtilitatē: aut pro
pter fugaz maiorū malorum ita q q̄ talia īpen
dent hūi͂ōi dura collerāda sunt: q̄ñ aūt nō: nō sūt
tollerāda vt martiriū fortitudo & hūōi. Alie sūt
que consistunt in amore alicuius quod seclusis
hiis vtilitatib⁹ aut incōmodis extrīsecis est hone
stum. Secunde virtutes sunt propter se appetibi-
les prime autē non vt martiriū nō est appetibi-
le nisi vt defendat fides aut iusticia aut ne ydola-
tria committat aut propter aliquid tale virtu-
tes primi generis semper habent ꝓ fine aliquid ea
liter vtile consequendum aut aliquid taliter ma-
lum fugiendum propter quod volend⁹ est actus
earuz exterior. Ad secundam nego maiorem ali-
qua eñ est temperantia que nō mediat inter vi-
tia vt dictū est quia licet pro vna parte habeat in
sensibilitatē ꝓ altera tamen hz latitudinē ali-
quaz pertinentem ad temperantiam regularē.

Cōtra ter
tiā cōclusionē

¶ Contra terciā conclusionē Arguit sic ꝓ quar-
taz cōclusionē aliquādo abstinētia impedit pu-
ritatē mentis: ergo abstinentia nō includit in ra
tione sua puritatem mentis. Scdō ieiuniū nō in
cludit in ratione sua puritatē mētis vt pz in iis
qui eū ieiunabant exterminabant facies suas vt
apparerēt hoībus ieiunātes sed oē ieiuniū est ab
stinentia: ergo abstinentia non includit in ratiōe
sua puritatē mentis. ¶ Tercio quia aut hūōi puri
tas mentis quā includit abstinētia est virtus aut
vitiū aut carentia vitij. si virtus aut est ipsamet
abstinentia aut alia virtus a ben non alia vt pa-
tet inductiue nec est ipsamet abstinentia quia ni-

Solutiões

hil in sua ratione includit seipsum. ¶ Ad primā
cōcedo aīs & cōseq̄uens si abstinētia accipiat pri
mo mō: si autē accipiat scdō mō nego. Ad scdāz
cōcedo maiorem & minorē & nego cōsequentiam
quia in minore accipit abstinentia mere ꝑsonali
ter: in cōclusione aūt materialiter ꝓ termino ra-
tione predicati: & includere eñ aliquid in ratione
non cōuenit ꝓprie nisi signis. Dico preterea q si

Ieiuniū ac
cipit dupli͂r

cut nomē abstinentie pōt accipi dupliciter eo mō
q dictuz est supra ita & nomen ieiunij: pōt eñ ac-
ci ieiuniū dupliciter. Uno mō vt est act⁹ abstinē
tie primo mō accepte & sic ieiuniū nō includit in
ratione sua puritatē mentis sicut nec abstinen-
tia. Alio mō pōt accipi vt est actus abstinētie se
cūdo mō dicte & sic ieiuniū videt esse species absti
nentie scdō mō dicte & includit in ratione sua pu
ritatem mētis sicut genus suū. ¶ Ad terciā dico q
puritas mentis ꝓprie est expurgatio mētis a vi-
tiis qua scz mentē ab inascentib⁹ & excrescenti-
bus vitiis iugit expurgare nō cessam⁹: sicut agri
cola segetem ab infructuosis graminib⁹ vt dicit
Cassi. collatione prima. ex intēperātia enim ter-
ra nostra ꝓfert multa gramina nō soluz īfructuo
sa: sed etiā multū nociua quib⁹ presentib⁹ bona
seges fructū facere nō potest et nō soluz per intē-
perantiam ista producit: imo per mediocrem nu
tritionem & educationem ideo vt hec rescindan-
tur et terra nostra fiat ad hec īfructuosa & inepta
per abstinentie rigorē agricultura domanda est
et extenuanda. Cum autem dixi q abstinentia
includit puritatem mentis in rōe sua accipio ab-
stinentiam scdō modo vt scilicet est nomen virtu
tis & vt significet tantum act⁹ recta ratione regu
latos: in diffinitione eñ abstinentie hoc mō dicte
debz poni puritas mentis tanq̄ finis actuum ad
quos inclinat abstinētia habit⁹. Et preterea ipsi
actus interiores immediate eliciti ab habitu ab-
stinentie habent huiusmodi puritatē mentis ꝓ
obiecto cōmō quo circunstantia finis ipsius act⁹
exterioris est obiectum actus interioris ipse au-
tē actus exterior habet hanc puritatē mentis ꝓ

Cōtra sepē
mā ꝯclōnē.

circūstantia finis. ¶ Contra septimam cōclusio-
nem. Arguit primo sic. In virtute cōsistit regnū
dei scdm illud Apos. i. ad corin. iiij. nō est regnū
in sermone sed in virtute: sed in abstinentia non
est regnum dei secundū illud ad Ro. xiiij. non est
regnum dei esca & potus: vbi glosa dicit nec in ab
stinendo nec in manducando esse iustitiam.
Scdō moderari medicamenta nō ꝑtinz ad absti
nentium sed ad artē medicine ergo nec moderari
alimēta. Cōsequētia tenz ꝑ illud Augus. in. x. cō
fessionū ad deū loquētis. hoc me docuisti vt quem
admodū medicamēta sic alimēta sumpturus acce-
darem. ¶ Tertio. abstinētia consistit in defectu quia
consistit in substractione ciborum: ergo non in
medio: ergo non est virtus. Consequētia tenz q
omnis virtus consistit in medio. Quarto. Nul-
la virtus excludit aliam sed abstinentia excludit
patientiam ergo ipsa non est virtus. Minor ꝓba
tur per Gre. in pastorali dicentem q mentes ab-
stinentium plerumq impatientia excutit a sinu
tranquillitatis. Ibidem etiam dicit q cogitatio
nes abstinentium nonnunq̄ sapbie culpa transfi
git et ita excludit humilitatē. Quinto. Omnis
virtus denominatur ab aliquo actu: sed abstinen
tia non denominatur ab aliquo actu sed a priua

Solutiões.

tione actus igitur. ¶ Ad primam dico q secun-
dum Cassianum collatione prima. Regnum dei
est puritas mentis et contemplatio dei et quia ab
stinentia non est hūōi puritas mentis: sed ad eā
disponit et etiam ad contemplationem dei ideo
concedo q proprie loquendo abstinentia non est
regnum dei. et cum infertur: ergo non est virtus
nego consequentiā quia nō quelibet virtus est re
gnum dei sed que virtutes sint regnuz dei enume
rat Apost. cum ait. Regnū dei intra nos est & est
iusticia pax et gaudium in spiritu sancto. Ad se-
cundam ꝯcedo aīs et nego ꝯñam. Et ad ꝓbatio
nem nego ꝯñam. Uult tñ Tho. q moderatio ci-
borum scdm q̄titatem et qualitatē ciborum per
tinet ad artē medicine in comparatione ad valitu-
dinem corporis sed non scdm interiores affectio
nes in cōparatione ad bonū rationis. Dicit enim
Augu. li. de ꝯclusionibus euangelij. non interest
omnino se ad virtutem quid alimentorū vel quā
tum quis accipiat dum tamē id faciat pro ꝯgru
entia hominū cum quibus viuit et persone sue et
pro valitudinis sue necessitate sed q̄ta facilitate
et serenitate hijs cum oportet vel necesse est care-
at. Istam solutionem non improbo. Dico tamen
q vera abstinentia exigit vt habeatur conside-

ratio valitudinis corporis. Nam si nimius absti
nentie rigor egritudinē corporis notabiliter indu
ceret: nō esset abstinētia sed potius insensibilitas.
Ad tertiū nego assumptū: et dico q̄ consistit im-
mediate recta ratiōe determinata. denominatur
autem abstinentia a defectu nō quia consistit in
defectu sed quia laus eius sumitur magis tenden
do versus defectum q̄z versus superabundantiā:
qz ibi invenitur difficultas sicut fortitudo licz cō
sistat in medietate timorū et audaciarum tamen
laus eius et denominatio sumitur per accessum
ad audaciam. Ad quartam cōcedo maiorem re
gulariter. in casu tamen interdū vna virtus aliā
excludit et nego minorem et ad pbationem con-
cedo auctoritatem Grego. sed non habetur ex eo
q̄ abstinentia excludit patientiam licet habetur
q̄ interdum imperatiua excutit plerumq̄ et per-
turbat mentes abstinentiam et eas deiicit a per-
fectione abstinentie. Dico tamen q̄ aliquid dici-
tur excludere aliud dupliciter. Uno modo per se
et tanq̄z contrariū: et sic abstinentia nunq̄z exclu
dit patientiam nec humilitatem. Alio mō tanq̄z
origo vel occasio vicij oppositi tali virtuti: et sic
abstinentia excludit aliquādo patientiā et humi
litatem: qz est origo et occasio impatientie et sup
bie. sed tamē q̄ de facto generet imperatiua et su
perbia magis accidit ex vicio abstinētis q̄z ex na
tura et conditione abstinentie. Ad quintū conce
do maiorē de actu interiori aūt exteriori et nego
minorē tā; de actu interiori q̄z exteriori. Absti-
nentia enim nō solum dicit non vsum ciborū sed
etiam dicit moderatum vsum et recreationi con
formem ad puritatem mentis accōmodum.

Dupl'r vna virtus exclu dit aliam.

Cōtra octauā pclones.

Contra octauam pclusionem arguit sic. Om
nis virtus est secūdum se laudabilis sed abstinen
tia non est secundum se laudabilis secundū illud
Grego. in pastorali q̄ virtus abstinentie nō nisi
ex alijs virtutibus cōmendatur ergo abstinentia
non est virtus specialis. Scdo abstinentia perti
net ad castitatem ergo non est a castitate distin-
cta. aña probatur per Augu. de fide ad petrū di
aconum. q̄ abstinentia sanctorū est a cibo et potu
non qz aliqua creatura dei sit mala: sed pro sola
corporis castigatione: sed cōstat q̄ hoc pertinet
ad castitatem igit. Tertio In moderatione vesti
um non est specialis virtus ḡ nec in moderatione
cibi. pña tenet qz sicut homo debet esse contētus
moderato cibo ita et moderata veste secūdum il-
lud. i. ad Thi. vi. habentes alimenta et quibus
tegamur hijs cōtenti simus. Quarto. Abstinen-
tia non est distincta a temperantia regulari igit.
non est specialis virtus. Aña probatur tum pri-
mo quia si sic quelibet earum posset esse sine alia
et ita temperantia regularis sine abstinentia et ecō
tra et per pñs posset aliquis esse abstinens qui nō
esset temperatus temperantia regulari. Tum scdo
qz sicut se habet medietas ad medietatē ita et ad
virtutem virtus. sed medietas abstinentie est sub
medietate temperantie regularis ḡ et abstinētia
sub temperantia regulari. Tum tertio quia om-
ne dicens in pertinens ad abstinentiam pertinet
ad temperantiam regularē et quicūq̄ seruat me
diū ad abstinentiam ptinens seruat mediū perti
nens ad temperantiā regularem ḡ abstinentia est
temperātia regularis. Quinto. materia nō facit
differentiam specificam in virtutibus: sed absti-
nentia non differt ab alijs nisi per materiā igr.

Solutio.

Ad primam nego maiorē et dico q̄ virtutes
ordinate principaliter ad actus aliarum virtutū
aut ad expurgationem viciorū eis oppositorum
nō sunt ex se laudabiles: sed laudem et cōmenda
tionem suam ex virtutibus ad quas principaliter
ordinant suscipiūt et hoc est p prima pclusione.
Ad secundā concedo aña hoc addito q̄ nō soluz
ad castitatem sed etiā ad alias multas virtutes
assequēdas que impediuntur p hoc q̄ corpus nō
est sufficienter maceratum et castigatum. et nego
pñam qz enim abstinentia mediante actu suo ex
teriori ordinat ad actum aliarum virtutū et non
castitas. ideo abstinentia a castitate distincta est.
Ad tertiam dico q̄ circa vsum vestimentorū po
nitur specialis virtus sicut post patebit puta ali
qua species modestie. nec valet ratio Tho. dicen
tis oppositum ex eo q̄ vsus vestimentorū intro-
ductus est ab arte et vsus ciborum a natura hoc
enim nō concludit. alias circa congregationē pe
iunium est actus virtutis ergo non potest omni
bus ieiunantibus vna et eadem hora assignari.
Maior patet quia q̄ vni est multum alteri est pa
ruz. minor probatur quia est species abstinentie.

¶ Ad primam concedo primū antecedens et pri Solutiōes.
mum ɔsequens sed nego q̄ consuetudo comeden
di hominibus sit hora sexta. i. xij. sed est hora ter
tia id est decima vel saltem media hora inter ter
tiam et sextam. Et in hac rōne Thome forte fun
date sunt antique consuetudines naz quibus erat
consuetudo sumendi refectionem regularem ho
ra nona illi die ieiunij debebant differre vsq̧ ves
pertinam. quibus vero cōsuetudo fuit sumere ho
ra sexta rōnabiliter distulerunt in die ieiunij vsq̧
ad horam nonā et ex eadem radice qui nō solent
differre nisi vsq̧ ad tertiam in die ieiunij rationa
biliter differunt vsq̧ ad sextā. In istis autem non
fit distributio pro singulis prouinciarum sed po
tius pro ɔuincijs singulorū hoc est nō est hoc va
riandū secundū vnius cuiusq̧ indiuiduū consue
tudinem sed scdm cōmunem ɔsuetudinem vnius
prouincie vel regionis. Ad scdam dico q̄ argu
menta ista figuratiua nō ɔbant efficaciter nisi id
quod inferunt ex alio passu deduci possit et apta
dissimilitudo est. naz refectio nostra in die ieiunij
media est inter duas abstinētias quarū posterior
multis est grauior ɔore et nō est comparanda mor
ti xpi que fuit postrema eius afflictio sed potius
crucifixioni que media fuit inter pcedentes et se
quentes afflictiones. hec autem crucifixio hora
sexta facta est secundū illud Hora sexta iesus est
cruci etc. quia ergo vt dicit misteriū passionis xpi
completum est hora nona et afflictio ieiunij non
est in refectionis hora cōpleta cuz post eaz supsit
alia abstinentia et alia afflictio ideo hec hora non
ita congruit misterio passionis christi sicut hora
sexta. Ad terciaz dico q̄ cassianus loquitur de re
fectione regulari et nō de refectione ieiunij loquit
tur etiam de refectione monachorum. Et non vni
uersaliter de refectione omniū et si loqueretur de
refectione cōmuni omnib9 et in die ieiunij dico q̄
sententia eius non est morib9 vtentiuz approba
ta ideo non obligamur eum sequi. Est tamen mi
hi difficile videre de qua hora nona loquatur ac
cipitur enim hora nona aliquādo ɔ vna. xij. ho
raruz que mediat inter octauaz et decimā aliquan
do vero accipitur ɔ alterā septez horarū que me
diat inter sextam et vespertinam horam. Si in
telligat de hora nona secundo modo que est ho
ra secunda post meridiem tunc ratio sua deficit
quia si reficiamur illa hora non erit facta dige
stio sibi hora vespertina et ita tunc nō habebim9
sensum tenuez et leuem tam in orationib9 vesper
tinis q̄z matutinis si intelligat de hora nona pri
mo modo tunc hoc videtur difficile cum ex con
suetudine saltez que nunc currit non sint missarū
solēnia celebrata etiāz apud monachos sed forte
tunc illis alia fuit consuetudo que in monachis
rationabilis videtur ɔpter matutinas horas q̄s
media nocte decātant et forte post matutinas de
cātatas vigilijs et orationib9 aut lectioni et non

sompno indulgebat. Ad quartam dico q licet non omnes cognoscāt horam sextā certitudinaliter et indiuisibiliter cognoscūt tamen omnes cōiecturaliter et per grossam estimationem quod sufficit cum non est distantia notabiliter sensibilis ab hora sexta. Ad quintā dico q licet nulla virtus moralis eodēmodo accipiat mediū quo ad omnes potest tñ aliquā circumstantiā mediū eodēmodo accipere quo ad oēs et maxime cū circumstantia talis est q non notabiliter deficit respectu robustiorum nec notabiliter excedit respectu debiliorum quia ergo cōmunis hora sumendi refectionem est hora decima ideo cum differatur tempus ieiunij vsq ad sextā competenter affliguntur robusti neq notabiliter grauant debiliores. Quod si aliquibus vel propter etatem vel propter infirmitatem in magnū grauamen cederet esset cum eis dispensandū de ieiunio vt dicit beatus thomas.

Queritur quarto vtrū

omnes ad ieiunia ecclesie teneantur? Arguitur q sic precepta dei obligāt omnes ergo et precepta ecclesie. consequentia tenet per illud luce decimo qui vos audit me audit. In oppositū est cōmunis consuetudo. Notandum q vt dictum est supra ieiunium non habet ex se bonitatem sed tantū ratione puritatis mentis quā ecclesia intendit inducere mediante ieiunio. Ieiunium enim et abstinentia non dicunt precise regularem temperantiam ad quā omnes tenentur sed aliquid regulari abstinentia arctius.

Pria p̄clo ¶ Sit igitur prima conclusio non omnes ad ecclesie ieiunia tenentur. probatur Nullus cui obseruatio ieiunij quantum est ex conditione persone distractiua vel impeditiua est a puritate mentis ad ieiuniū tenet sed multi sunt quibus obseruatio ieiunij q̄ntum est ex conditione eorū distractiua est vel impeditiua a puritate mētis ergo tales non obligantur ad ieiunia ecclesie. Maior patet quia ieiuniū non habet bonitatem nisi secundum q ordinatur ad puritatem mentis ita q in ipso proprie non est puritas sed quedā ad ipsā puritatem vtilitas minor probatur quā infirmis non valet ieiuniū ad puritatem mentis sed nocet. vires enī infirmorū prostrate sūt ex infirmitate quare si ad huc ieiunijs psternerent ita indisponeretur corpus / vt eo anima vti non posset ad opera illa que exigit mentis puritas. Secundo nullus obligatus est ad ieiuniū quē ieiunium ipsum natū est impedire ab hijs que sibi de necessitate salutis incumbūt sed multi sunt quos ieiuniū natum est impedire ab hijs que sibi de necessitate salutis facienda incūbunt igit tales nō obligantur ad ieiuniū maior est manifesta quia enī hoc q quis omittit ea q̄ facere tenet de necessitate salutis nō stat puritas mentis minor patet quia infirm⁹ per ieiuniū impedit a debita alimētiōe corporis sui. Nā debita alimentio corporis infirmi exigit vt non multū cibū simul assumat et frequenti⁹ sumat ppter vires debiliētas que parū possūt digerere et ad sic alimentandū corp⁹ suum tenetur de necessitate salutis alioquin esset homicida sui et maxime tū hoc est sibi a peritis indictum infirmitas etiam est talis aliquando vt cogātur paciens preuenire horam consuetam refectionis propter parocismos egritudinis que aliquando vna hora aliquando alia accidunt. Tertio nullus obligatur ad ieiuniū ecclesie in quo propter cōditiones vel circumstantias persone ieiunare est opus heroicum cōmunem hominum facultatem excedens sed ita est q in multis propter personarum conditiones et circunstantias ieiunare esset opus heroicum et cōmunem hominum facultatē excedens ergo tales non obligantur ad ieiunium maior patet quia ecclesia precipiendo omnibus ieiuniū et totiens in anno vt puta in quattuor anni temporib⁹ in quadragesima et vigilijs magnorum solemnitatum nunq̄ intendit precipere aliquid omnibus quod cōmunem hominum facultatē excederet minor patet de multis de quib⁹ dicetur in conclusionibus sequentibus. per hanc autem probationem intendo q vbi etiam ieiunium nō esset puritati mentis nociturum si tñ ex cōditione persone aut priuata complexione esset ei tam difficile ieiunare q in eo excederet cōmunem facultatem hominum non credo q ecclesia eum et similes vnq̄ intenderit obligare ad ieiunium.

¶ Secunda conclusio. Quicunq aut ex cōplexione sua ex accidenti sue non multū cibum et sub stentamentum debite sufficiens simul sumere sua non diu carere cibo possunt hi non obligant ad ecclesie ieiunia patet. tum primo quia in talibus ieiunium potius nocet q̄ prodest puritati mentis. tum secundo quia tales per ieiunium impediunt ab hijs que de necessitate salutis agenda incumbūt tum tertio quia vbi etiam nullum horum contingeret ieiunium tamen in eis esset maxime in fatis heroicum et communē nature facultatem excederet. Ex hac pclusione infero. Quod egroti / senes / vehementer colerici et quorum natura est notabiliter debilis non tenentur ad ecclesiastica ieiunia. de hijs quorū natura est debilis patet quia si sumerent vna vice q̄ntum sufficeret ad alimentationem nature per spaciū .xxiiij. horarū absorberet calor naturalis et mortis aut grauis infirmitatis periculo exponerent. De senibus pz quia in hijs est debilitas nature et calor multū exiguus. De vehementer colericis pz quia tales sunt multi caloris et parue humiditatis et ideo nō possunt diu carere cibo sine periculo egritudinis. De egrotis est aduertendum q q̄uis natura nō sit adhuc debilitata p egritudinē vt tñ magis resistat egritudini preseruanda est a debilitatione et ideo nutriendū est sufficienter nec tamen cibo onerandū est per difficile autē esset in ieiunio nutriri sufficienter egrotū nec tamē naturā onerare cibo multa sunt ergo propter que egroti ablati sunt ab ecclesiasticis ieiunijs. vnum nature debilitas ex sē iam vis morbi adeo contra naturam inualuit vt vires cibo notabiliter diminuerit. secundum preseruatio contra huiusmodi debilitatē nature q̄ fit alimentando frequenter sed parum vice qualibz. tertium prostratio appetitus ratione cuius a cibi vsus sufficientis ad sustentationē nature p die naturali esset nimis onerosus vna vice et grauamē notabiliter nature inferret. Quartū paracismorū et acces-

sionum varietas et lōgitudo propter quam opor-
tet nutrire naturam per certum tempus ante pa-
roxismum vt melius resistat. Quintū speciale est
in quibusdam egritudinibus que non euacuatio-
ne/sed repletione potius curande sunt vt in febri
que causis dictis que secundum ypocratem quarta
parte amphorismorū causatur ex eo q quedam ve-
nule per longū ieiuniū aut fortem solem aut lon-
gam deambulationem aut diuturnam sitim aut
comestionem salsorum euacuate bonis humoribus
malis replentur contra quam egritudinem consu-
lunt periti medici q eger non abstineat sed edat et
bibat q̃ntū poterit quam febrem ego aliquando
passus mirabar q per abstinentiam augebatur sine
vero abstinentia minui videbatur. Alterius autem na-
ture est febris quam causonem appellant q autē
egritudo excuset a ieiunio patet per Gre. in regi-
stro qui patienti vomitum sanguinis non solum re-
laxat ieiunium sed prohibet ita marino episcopo
rauenne scribens venientes quidam rauennates
homines grauissimo me memore percusserūt qui
fraternitatem tuam retulerunt de sanguinis vomi-
tu egrotare. Ex qua re et sollicite et sigillatim eos
quos hic doctos lectione nouimus medicos feci-
mus requiri et quid singuli senserint quid ve de-
crauerint sanctitati vestre scriptum misimus qui
tamen quietū et silentiū pre omnibus dictāt et infra
propterea nec hortor nec admoneo sed districte p̄
cipio ve ieiunare minime presumas qz dicunt me-
dici huic molestie valde esse contrariū nisi forte si
grandis sollemnitas exigit quinqz in anno vicibus
concedo. Ex quo patet q nō solum ieiunium rati-
one egritudinis cadit in permissione sed etiā ieiu-
nium ipsū cadit aliquādo in prohibitione et aliqū
in permissione nō reputauerunt enī patres nostri
aliquid esse vtile ad puritatem mentis q non nisi
cum detrimento notabili corporis perfici potest.
Infero secundo q nō solum nature debilitas aut
egritudo q̄ actualiter inest excusat a ieiunio sz etiā
illa q̄ verisimiliter inesset et causaretur p ieiuniū. Exē-
plum huius ponatur q est sanus et validus nunc sed
si ieiunaret efficeretur infirmus vel debilitaretur
notabiliter. Dico q talis excusatus est a ieiunio
si verisimile sit experitorum iuditio sibi hoc euen-
turum. Probatur tale ieiunium notabiliter et sen-
sibiliter nocet bone dispositioni corporis ergo ta-
le ieiunium est irrationabile consequentia est no-
ta. Rañ patet ex casu. Nā si legislator ieiunij esset
presens ipse declararet nunq̄z se voluisse obligare
tales. Secundo Quicquid inexistens excuset a ie-
iunio illud si per ieiunium verisimiliter sit futu-
rum excusat a ieiunio igitur antecedens patet qz
nullus tenetur propter legem de ieiunio subire
conditionem per quam iuditio omnium sit impo-
tens ad opus illius legis constat enim q si ex cō-
plexione vel ex alia quauis qualitate ego sim sic
dispositus quia secundum iuditium peritorum
medicorum aut per experientiam certam ego sci-
am q per ieiunium ego sum venturus in febrē
difficilis curationis recta ratio dictat michi q
ego non debeo ieiunare eadem ratio est si ieiu-
nando propter complexionem aut aliam quali-
tatem ego incurrerem notabilem indispositionem

puta notabilem molestiam vel inhabilitatem ad
cultum diuinum et ad alia bona opera in talibus
enim ieiunium non valet ad puritatem mentis im-
mo potius est impuritatis operatiuum. Tercio
in omni tali ieiunium est heroicū opus cōmune
scilicet nature facultatem excedens sed ecclesia nō
intendit homines obligare ad ieiunia heroica qz
talia cadunt tantum sub consilio igitur. Aduer-
tendum tamen q ea que difficultant hominem ad
opus ieiunij sunt in duplici differentia quedā sunt
que ideo precise difficultant quia inclinant volun-
tatem vel appetitum sensitiuum ad oppositum ie-
iunij sic tamen q in eis per ieiunium non inducū-
tur indispositiones alique corporales puta nec
nature debilitas nec egritudo nec afflictio aliqua
corporalis sensibilis et notabilis sicut contingit
in assuetis ad ingluuiem et ad opera ventris in ta-
libus enim inducuntur per frequentes operationes
habitus mali et noxij mores et alique qualitates
corporales inclinantes vehementer ad oppositū
ieiunij et de talibus dico q non excusantur a ieiu-
nio. Alia sunt que difficultant opus ieiunij ꝓpter
malas dispositiones quas nata sunt facere in cor-
pore et ista sunt duplicia quedam sūt q̄ consistūt
in complexione naturali aut alijs qualitatibus cor-
poralibus sine culpa inductis alia sūt que consi-
stunt in qualitatibus vel in dispositionibus cul-
pabiliter inductis de primis videretur esse certū
que diximus de secundis etiam videretur mihi ve-
rū Nam egrotus aut nature debilis q̄ntū ad debili-
tatem illam vel egritudinem per culpam suam in-
currerit puta ex nimio potu aut ex nimio coitu ni-
hilominus tamen excusatur a ieiunio hmōi tamē
qualitates sunt duplices quedā sunt que non sūt
auferibiles vel simpliciter vel nisi difficillime. alie
sunt que per contrariā consuetudinem aut per cer-
tos cibos et potus aut per alias operationes oppo-
sitas eis interdum etiam multo faciliores q̄z ieiu-
nium sunt auferibiles et de talibus dico q licet nō
teneātur ad ieiunia cum hmōi qualitates in eis
videntur tñ teneri laborare et niti paulatim auffer-
re huiusmodi qualitates supposito q nullam in-
dispositionem nāe vel corporis sic aufferendo con-
sequantur. ¶ Tercia conclusio quibuscūqz vel p-
pter penuriam alimentorum vel propter graui- Tercia ꝓpo
tatem laboris qui non potest rationabiliter non
sumi non sufficit ad vna refectio in die sic scilicet
q vna tantum vice refici in die excedens in eis cō-
munem hominum facultatem excusantur a ieiu-
nio patet quia vt frequenter dictum est ecclesia nō
intendit per constitutionem ieiunij aliquos obli-
gare ad opera cōmunem facultatem hominum ex-
cedentia. Que talia sunt scilicet ratione circum-
stantiarū q pauci superarent et multi superaren-
tur ex ista ratione infertur q pauperes pro
diebus illis pro quibus non habent hora compe-
tenti sufficientia alimenta ad eorū sustentationem
non tenentur ad ieiunium ꝓ alijs vero tenentur
qz nihil est qđ eos excuset infertur secūdo q per-
egrinantes qui cōmode peregrinationē differre
non possunt non tenētur ad ieiunia ecclesie. Pa-
ter quia peregrinatio est de laboribus qui dicti sūt
et maxime in hijs quos labor vehementius affli-

gis. Infertur tertio q̄ cursores et nuncij qui hec ratione officij vel famulatus et seruitij exercēt ex cusantur a ieiunio pro tēpore quo laborivie dant operam. nō autem pro tempore quo in domibus suis vel dn̄orum suorum quiescunt. Infertur quarto q̄ agricole et alij manualiter operantes et maxime quorum labor est grauis grauitate dicta ex cusantur a ieiunio et hoc est certum si ieiunando nō possunt sufficienter laborare vt victum suffici entem acquirant pro se et familia sua. Si autem essent diuites aut cum minori labore possent se et familiam suam alere secūdum condecentiam sui status tunc nō tenerentur ad talē laborem et per consequens non essent excusati a ieiunio. intentio eīm maioris lucri nō excusaret ideo qui locant o= peras aliorum ꝛ sciunt q̄ ieiunando minus labo rant nō debent eos inducere ad hoc q̄ ieiunium frangāt sed possunt minori p̄cio eoꝝ operas loca re nisi forte vt dicit Thomas esset causa necessa= ria que festinantiam operis pro quo laboratur ex poscat non credo tamen q̄ illi peccent qui nollēt eos tanto precio locare quanto locarent si non ieiunarent et maxime in casu dicto quia si velit sentire vtilitatem sui ieiunij hoc debet appetere cum detrimento suo et nō cum incōmodo alieno. Infero quīto q̄ mercatores quibus labor vie pro comparādis mercibus est grauitate supradicta grauis si eos ad iter temporibus ieiuniorū susci= piendum necessitas sui status impellat excusan= tur a ieiunio dixi si eos quia si tantūmodo susci= perēt huiōi iter causa maioris lucri ita q̄ sine hoc possent sufficiēter alere familiam suam statū nec cantie sine notabili diminutione exercere: aliena restituere: et sua repetere sicut ɔtingit in nūdinis in quibus mercatores mercatoribus credita alie na soluunt tunc eum non videtur excusari sed si esset necessitas supradicta excusarentur. Infero sexto q̄ mulieres pregnantes ꝛ nutrices excusen tur a ieiunio. Patet quia si non reficiantur nisi vna vice tūc vel nō recipient alimentū sufficiens pro nutritione sui et fet⁹ vel pueri vel si suscipi ant alimētum sufficiens tūc grauamē sue nature notabiliter inferūt. Est etiā in pregnantib⁹ spe cialis rō ꝓpter subita inordinata ꝛ varia deside ria que aliqū sunt ita intēsa q̄ nisi satisfaciāt ap petitui eoꝝ īminet fetui periculū. Ex istis pꝫ q̄ penuria alimēti tales excusat a ieiunio nō quidē priuatio qua careant alimētis qꝛ statī q̄b habeant sed penuria vtendū qꝛ non possunt vna vice sic re fici vt sufficiat nutritioni sue ꝛ fetus aut pueri.

Q̄rta ɔcl'o ¶ Quarta cōclusio quibus propter grauitatem laboris ad notabilē vtilitatē publicā etiam vo luntarie assumpti non sufficit vna refectio in die ij excusandi sūt a ieiunio. Patet de predicatore verbi dei qui interdū ꝓpter cōplexionē ꝛ laborē simul nō potest simul ieiunare ꝛ p̄dicare nā quā= uis predicatio sit ab eo volūtarie sū pta qꝛ tamen non est suscepta propter vtilitatē priuatā sed pu blicam ideo meli⁹ videtur esse q̄ si nō posset vtrū qꝫ ferre q̄ relaxet ieiuniū sibi q̄ꝫ ab officio predi= cationis desistat imo si predicator susciperet eaꝫ propter priuatum commodum partialiter ita ta men q̄ nisi ei incūberet non haberet vnde cōmo de viueret vel tūc ꝓ tempore illo pro quo paupe res predicatores sibi ipsis predicando per qua= dragesimam aut per aduentū prouidere solēt eti am viderent excusari a ieiunio. Patet si cūdo qꝛ predicando cum sequit̄ predicator in se finē quē ecclesia vult fideles ieiunādo consequi. Sed quid dices si labor ille sit voluntarie assumpt⁹ ꝛ ad p̄= uatam vtilitatē sicut cōtingit de peregrinatione volūtarie assumpta. Respondeo q̄ talis assumēs peregrinationē huiusmodi nisi interuenerit con= sensus superioris nō pōt se eximere a ieiunio. Sꝫ dico q̄ superior verisimiliter cognoscēs peregri= nationē illam suscipi ex pia ꝛ honesta causa pōt cōmutare ieiuniū in peregrinationē ꝛ p peregri= nationē cū ab obligatiōe ieiunij absoluere maxi= me quia peregrinatio ꝛ ieiuniū eodē modo in finē ab ecclesia ordinatum tendunt scilicet in afflictio= nem persone ꝛ edomationem carnis et secundum hoc potest exponi durandus qui negat peregrina tionem voluntarie susceptam excusare a ieiunio. Ex quib⁹ patet q̄ predicatores verbi dei lectores publici qui cum labore predicandi aut legendi simul abstinentiā ferre nō possunt excusandi sunt a ieiunio. Idem dico de regente artium cuius la= bor est multum grauis. In istis autem est ꝛ na spe cialis ratio quia si sumant cibum vna vice paulo habundantiorē propter varios fumos ascenden tes redduntur omnino indispositi ꝛ ad studium ꝛ ad opus docendi quare non poterunt laudabili= ter perficere susceptum vel predicandi vel docen di opus.

¶ Quinta cōclusio illi qui non possunt ratione officij aut famulatus sine intermissione si mul hora ceterorum refectionem sumere ꝛ si non excusantur a ieiunio illa tamē intermissio facta ex necessitate seruitij: nec in alijs ad hoc necessitatis cibi degustatio nō soluit ieiuniū. Patet primum quia non est labor mense tam grauis vt a ieiunio excusare sufficiat. Secundum patet quia nisi lice ret eis refectionem intermittere et iterum inchoa re ieiunium magis grauaret eos et maiorem mo lestiam eis inferret et afflictionem quam regulari ter intendet ecclesia inferre per institutionē ieiu nij. ergo vel excusandi sunt a ieiunio vel intermis sione varianda est eorū refectio: sed secundum est conuenientius primo. ergo etc. Unde eis totum tem pus qd̄ currit ab inchoatione mēse dominorū vsqꝫ ad finē mense seruitorum cui sit eis pro tēpore re fectionis eo q̄ refectio eorum frequentē interpel= lationem habet. Tertium patet de coccis et scutiferis dominorum quibus incūbit gustatio cibi ꝓ pter cautionem a veneno/ ꝛ volūt nōnulli q̄ si eiꝫ dominis propter aliquam causam sit de esu car= nium dispensatū q̄ lꝫ eis gustū carnium facere si ne solutione ieiunij melius tamē esset q̄ cum peti tur dispensatio pro vno peterent etiam pro alio.

¶ Sexta conclusio cum per aliquam circunstan tiam excusatio a ieiunio in cōmunē cōsuetudinē ducta est nō tenetur quis qui certus est se eadē cir cunstantia circunstantionatum ad superiorē re= currere vt secum de ieiunio ecclesie dispenset. Pa tet quia consuetudo est optima interpretatrix le gum et institutionū ecclesiasticarum. Secūdo si esset preceptum ecclesie de ieiunio addita exceptiō

Quīta ɔcl'o

Sexta ɔcl'o

Minus circunstantie non tenetur sic circunstantio
natus recurrere ad superiorem vt secum dispensa
retur sed consuetudo cum lege equivalet legi sic
limitate igitur non tenetur. tenetur igitur recurrere
ad superiorē cum excusatio per talem circunstan
tiā mundū ad inducta in consuetudinez vt si non
esset consuetum q mulieres pregnantes absolue
rentur a ieiunio. Secundo tenetur recurrere ad
superiorem cum probabiliter dubitat quis an sic
illo modo circunstantionatus et aperire conjectu
ras quas habet et opinionē sapientū z. Probatur
iterū conclusio auctoritate Tho. dicentis q si cau
sa sit euidens nō eget recursu ad superiorez si autē
sit dubia debet ad superiorez recurrere cōstat au
tem q causa non est euidens nisi certū sit q perso
na sit circūstantionata. et q excusatio propter il-
lam circunstantiam iaz in consuetudinez addu-
cta sit et maxime si est de casibus frequēter emer-
gētib⁹ Quod si nō esset de casib⁹ frequēter emer
gentibus et tamen certum esset cum per talez cir-
cunstantiam excusari nō teneretur et maxime vbi
in pari aut minus excusante circūstantia esset ex
cusatio in consuetudinez inducta. ¶ Omnis au

Quattuor re l qb⁹ fundatur rō excusandi,

tem excusandi ratio fundat in quattuor regulis
generalibus. Prima est ecclesia instituendo ieiu
nia non intēdit q per obseruationē eorum afferā
tur corpori detrimentū. Secunda ecclesia non in
tendit q obseruatio ieiunij vertatur in detrimen-
tum salutis eterne. Tercia ecclesia non intendit
q per obseruationē ieiuniorū anima aliquam ma
lam indispositionem cōsequatur quin que ad sa
lutez tam anime q̄z corporis instituta sūt non de
bent contra salutez militare. Quarta ecclesia hu
iusmodi ieiunia instituendo non intendit obliga
re aliquem ad aliquid quod cōem hominū facul-
tatem excedit et ideo cum propter aliquam circū
stantiam ieiuniū est tam difficile q in plurib⁹ ho
mines sic circunstantionati trāsgrederent et pau-
ci adimplerent tūc opus ieiunij in illo casu debz
cōmunez facultatem hominū excedere. Sed que
ritur de pueris quid dicendum sit. Respondet q
pueri ppter necessitatez augmenti indigent mul
to cibo quia et nutritiuo et auctiuo propter etiaz
fluxū nature in eis qui eo maior q̄z i viris et quia
propter debilitatem caloris non possūt totum il
lum cibū sumere paterentur notabile detrimen-
tum per ieiuniū frequentatez sunt tamen paula-
tim assuefaciendi ad ieiunia puta in quadragesi-
ma ieiunando bis aut ter sed nō tenētur nisi post
tercium septenariū annorum. Hec ratio satis bene con
cludit de ieiunio quadragesimali qd̄ nimis eos le
deret sed non concludit quin sint obligati ad ieiu
nia quattuor temporū et maiorum sollēnitatum.
quod probatur secundum istos bonum est q assue
fiant ad ieiunia ieiunando bis aut ter in quadra
gesima sed hoc non esset bonum nec ad hoc indu
cendi essent si sic assuescendo nature eorum gra-
uamen inferrent ergo binum aut trinum ieiuni-
um in quattuor aut quinque septimanis anni non
afferet eis notabile detrimentum ergo nulla causa
eos excusat a ieiunijs quattuor temporum. Que
ritur ppterea de vxoribus an ppter prohibitio-
nez virorum debeant dimittere ecclesiastica ieiu-

Nota qn. hoīes incipiunt obligari ad ieiu.m

nia. Respondetur q voluntaria ieiunia debent di
mittere ppter prohibitionē virorum et maxime
vbi nō dimittēdo discordia oriret inter eos q̄ ma
xime fugienda est. de ieiunijs autē ecclesie dico q
vel prohibitio viri fundatur in aliquo eorū que
excusant a ieiunio vt si mulier sit pregnās aut na
ture debilis aut egrotet et tunc dico q ipsa tene-
tur dimittere ieiuniuz prohibente viro nisi de op
posito sibi cōstet manifeste aut prohibitio viri est
mere voluntaria et in nullo predictorum funda-
ta et tunc dico q nō dz dimittere sed potius debz
obedire ecclesie q̄z marito. Aduerte tamen q in
multis casib⁹ tenet mulier dimittere ieiunia eccle
siastica viro prohibente in quibus nō teneret vi-
ro nō prohibēte. Unus est vt si mulier nō pendat
tātum famulatum viro cum ieiunat q̄z cum nō ie
iunat. Alius si vir propter ieiunia vxoris sentiat
eam nimis frigidam et minus aptam ad venerea
et videat ex hoc occasionem adulterij sibi dari aut
econtra si ipse velit continentius viuere in .xl. et ni
chilominus percipiat q vxor per ieiunia fiend lu
xuriam inflāmatior videtur q mulier prohibente
viro debeat dimittere ecclesiastica ieiunia: con u-
le rem tamē q hoc faceret per cōsilium prudētum
et eorum quibus compeit in ieiunijs dispensatio.
q autē debeat dimittere patet quia vt dictum est
ieiunium nō habet bonitatē nisi secundum quod
ordinatur ad puritatem mentis sed in dicto ca-
su ieiunia sunt cōtraria puritati mentis et in sa-
lutis dispēdium vt cōstat. Ex eodem etiam patet
q qui regulariter per ieiunia se multo magis incli
natos ad grauia peccata sentiunt sic tamen q ie-
iunium sit causa huius inclinationis a ieiunijs ec
clesie sunt excusandi sed in hoc multuz cauēdum
est ne nō causa pro causa sumatur. Unde conside
randum est vtrum ieiuniū sit causa totalis illius
inclinationis vel partialis et verum quis ieiunādo
potest faciliter obsistere inclinationi et eam impe
dire et eaz destruere totaliter aut nō. vtrū preterea
sit notabiliter maior inclinatio cū ieiunio q̄z sine
ieiunio quergo pōt ptingere q ieiuniū non est cā
illius inclinationis omnino si est causa nō est causa ni
si partialis et cum ieiunio cōcurrit alia causa faci
liter auferibilis potest etiam contingere q incli-
natio est multū remissa. et q ieiuniū q̄zuis sit cau
sa naturalis inclinationis pōt tamen esse cā me-
ritoria opposite inclinationis ideo non debet qs
ex propria sentētia dimittere ieiunia ppter hanc
causaz sed debet habere recursum ad superiorez
et expositis omnib⁹ que mouent eū ad dimitten-
duz consilio et auctoritate eius vti. Et si dicas q
inclinatio nunq̄z est in dispendium salutis nisi
cōsentiente voluntate qui cōsensus est mere liber
et in ptāte voluntatis & hec inclinatio vehemēs
per ieiunium causata nō est excusatiua a ieiunio.
Ad hoc respondeo negando pñam quia ieiunia
non solum instituta sunt ab ecclesia ad satisfaciē
dum pro peccatis sed principalius ad macerañ-
dum carnē vt reddatur aptior ad obediendū rōe
quod totū fit vt minuantur inclinationes ad pec
cata que non ledunt animaz nisi consentiente vo-
luntate si ergo inueniatur q per hmōi ieiunia su
gentibus tales inclinationes propter forte partim

larem cōplexionē alicuius aut alias circunstantias videtur esse rationabile q̄ prelatus cui constabit de veritate huius absoluat istum a ieiunijs ecclesie. Nam si legislator sciuisset q̄ regulariter omnes passi fuissent malā inclinationū augmētum cum vidisset ea esse nocius puritati mentis potius prohibuisset ieiunare q̄z precepisset. Hec dico vbi non esset spes q̄ per cōsuetudinē ieiunandi quis huiusmodi inclinatiōes tollere posset aut aliomodo ideo prelatus haberet tentare circa ipsū antequā eū a ieiunio absolueret. Sed queritur de intemperatis qui per longā et diuturnā intēperantiā acquisierūt in seipsis mores et habitus vehementissime i oppositū ieiunij inclinātes adeo q̄ ieiunare est eis supra cōmunē facultatē hominum an tales ꝓpter hanc circunstātiam excusandi sūt a ieiunijs ecclesiasticis. Videtur q̄ non quia huiusmodi inclinatiōes ex culpa sua acquisierūt ergo non excusant tales alias quis ex culpa sua reportaret cōmodū. Pro declaratione dubij dico ꝓbabiliter et sine assertione primo q̄ si illi qui instituerūt ieiunia sciuissent oēs hoīes esse tam vehementer inclinatos in oppositū ieiunij siue inclinatio ex culpa siue sine culpa fuisset inducta nō instituissent tantā multitudinem ieiuniorū. Patet quia vt dictum est ecclesia p̄ ieiunia que regulariter instituit non intendit obligare fideles ad opus heroicū quod scz cōmunē nature facultatē excedit. Patet secūdo q̄z in tali casu instituere ieiunia tā frequentia nō est aliud q̄z laqueū transgressionis et dānationis inicere. Dico scdo q̄ ecclesia non intendit tales ad ieiunia ecclesiastica sic obligare quin per superiorē ꝓuideat eis modo cōpetenti. patet q̄z non intēdit obligare illos ad ieiunia qui sunt in illa cōditione in qua si omnes essent neminē obligaret. Dico tercio q̄ tales per superiorem absoluēdi sūt ab obligatione ieiunij ad tēpꝰ quousq̄ scz diminuta fuerit i eis hmōi vehemēs inclinatio Sūt eīn absoluēdi si repiant ligati Si aūt nō repiant ligati sunt declarādi nō esse ligati Quarto dico q̄ supior loco ieiunij debz eis primo īponere abstinentiā aliquam facilem deinde artare ad pauca ieiunia/ deinde ad plura et pedetentim eos ad cōmunem regulam reducere. Patet quia hic est modus resipiscendi a magnis et multum radicatis vitijs Quinto dico q̄ talis cum superior dispēsat de ieiunio tenetur aliquā facilē abstinentiā et a superiore īpositam recipere. Quia tenētur affligi vt ceteri et tenētur se paulatim ab hac vehementi inclinatione perniciosa eximere. Et si dicas q̄ tales ieiunando non incurrunt detrimētum corporis nec dispendiū salutis eterne et deteriꝰ erūt grauiter sequendo illos malos habitus ergo sequitur q̄ cum eis non est dispensandū sed relinquēdi sunt illi graui pene et afflictioni ꝓpter culpas intemperantie sue. Respondet concedēdo antecedēs ꝓ pria parte et pro tercia. pro scda autē dico q̄ licet ieiuniū non sit eis in detrimentum salutis eterne vt suppono obligatio tamē ad ieiunium si nō dispensaret cū eis foret eis verisimiliter in detrimētum salutis eterne q̄z non est verisimile q̄ tales ꝓpter preceptum ecclesie facerent opus excedens cōmunem hominum facultatem non quidē ex natura operis sed ex circunstantia operantis. Dico preterea q̄ licet antecedens esset verum pro omni parte tamen ecclesia non voluit nos esse obligatos indispensabiliter ad opus ieiunij quod ratione circūstantie est tam difficile q̄ excedit cōmunem hominum facultatē et satis est ecclesie q̄ per huiusmodi ieiunia affligatur afflictiōe quā cōmuniter homines ferunt ieiunādo et manuis ouem perditam in lenitate et patientia reducere ad ouile q̄z asperitate flagellorū in luporū fauces impellere tales enī quo ad bonos mores sunt adhuc sicut pueri: imo sicut nūduz nati et ideo simul lacte nō duro indigesto pabulo nutriendi. Et hoc potest cōfirmari p̄ Tho. q̄ scda scde. q. cxlvij. ar. iiij. in respōsione ad quintū ait ex Criso. q̄ discipuli qui sibi spōsi dicuntur adhuc imbecillꝰ indispositi erāt Unde vestimento veteri comparabātur in presentia corporali xp̄i erant magis fouendi in quadā dulcedine q̄z in austeritate ieiunij exercēdi. Et infert ex hoc q̄ magis cōuenit q̄ dispenset in ieiunijs cū imperfectis et nouicijs q̄z cum in antiquioribus moribus et perfectis. ¶ Septima conclusio. Innocentia et iusticia nō sunt conditiones excusantes a ieiunijs ecclesiasticis. probat quicq̄d relinquit in homine subiectionē ad legislatorem proximum et īmmediatū relinquit in homine subiectionem ad legē eiusdem legislatoris sed innocentia et iusticia relinquūt in hōie subiectionē ad legislatorē primū scz ad ecclesiā vel ad summū pontificē. Nā iustus cū sit mēbrū ecclesie et non sit tota ecclia nec caput ecclie necesse ē q̄ sit mēbrum sub capite. Scdo iustꝰ desineret esse iustus si dimitteret ieiunia ecclesie ergo est ad ea obseruanda obligatus et non precise ratione iusticie sue quia posita iusticia eius et cessante institutione ecclesie nō esset obligatus ḡ institutio ecclesie obligat ipsum ad ieiuniū. aūs patet q̄z ideo dicit Apost. iusto nō esse legem impositā quia qđ alij faciunt regente lege iustus facit impellente iusticia. hec tamē questio alibi habet locū magis cōuenientem ideo dīmissa est. ¶ Octaua cōclusio. Cuz circunstantijs alijs excusat a ieiunio cū quis sine detrimento corporis vel aīe et sine nimia difficultate non potest aliquid abstinentie fieri melius est vt per superiorē fiat dispensatio aut declaratio q̄ talis non tenet ad ieiuniū et hoc nisi nimiū grauaret ad superiorem accedendo. Patet cōclusio q̄z in dubijs certior pars semper est eligenda. Tum secundo quia multi sunt in causa sua nimis fauorabiles iudices. Tum tercio quia superior relaxādo ieiunium facilius eos ad aliquid abstinentie: aut aliquid afflictionum hortabitur et preterea cōmonitos reddet vt ipsi quibꝰ plꝰ cōcedit q̄z alijs caueant ne facti sine dolis plusq̄z ceteri illaqueentur. ¶ Nona cōclusio. Quibꝰ est de ieiunio relaxatꝰ rigor cauere debent ne incautā comestione sint ceteris in ruinam ac scandalū. Hac de re sancti doctores fideles infirmos frequenter admonēt et ille profecto sibi concesso beneficio imprudēter abutit qui gratiam sibi factam in perniciem aliorū cōuertit et ideo cauere debet excusatꝰ a ieiunio ne alijs cognoscentibus comedat nisi vbi causa

Septima conclusio.

Octaua cōclusio.

Nona cōclu[illegible]

excusationis est tam euidēs vt nullus dubitet eū
Cõtra p̃mã cõclusionē, esse propter hmōi causaȝ excusatuȝ. ¶ Cõtra p̃i
mã cõclusionē Arguitur ieiunia ecclesie obligāt
sicut dei precepta: ſȝ omnes tenētur ad precepta
dei seruādatergo oēs tenētur ad seruanda ecclesie
ieiunia. Maior pȝ per illō Lu. x. qui vos audit
me audit. Secūdo. quicq̄d est omnibꝰ preceptū
indifferenter oēs indifferēter obligat sed ecclesia
stica ieiunia precipiunt omnibꝰ indifferenter er-
go ad ieiunia ecclesie omnes indifferenter obligā
tur. Tercio. vbi nec xp̄s nec ecclia excipit neminē
licet ibi excipere: sed ab obligatione ieiuniorꝫ ec-
clesiasticorū nec xp̄s nec ecclesia aliquas excepit
Solutiões, vel excepit aliquos nisi videt infirmos excepisse
ergo nemini licet alios excipere. ¶ Ad primā re-
spondet beatus Tho. q̄ precepta dei sūt prece-
pta iuris naturalis que scḋm se sūt de necessitate
salutis sed precepta ecclesie sūt de hiis q̄ non sūt p̄
se de necessitate salutis: sed solum ex institutione
ecclesie et ideo possunt esse aliqua impedimenta
propter que aliqui nō tenētur ad hmōi precepta
Ista solutio non placet mihi q̄ȝtum ad primam
parteȝ scȝ q̄ precepta dei omnia sūt precepta iu-
ris naturalis, nam sacramenta noue legis q̄ sunt
necessitatis sūt precepta dei: et tñ non sunt prece-
pta legis naturalis. similiter accedere ad fidem est
de preceptis dei et tñ non est preceptum iuris na
turalis: ideo cōformiter ad ea q̄ supra dicta sunt
Respondeo q̄ in preceptis dei per se et īmediate
consistit puritas mētis et in oppositis impuritas
ideo omnes obligant ad precepta dei: sed in pre
ceptis ecclesie et maxime de ieiuniorꝫ multis aliis
non consistit per se et īmediate puritas mētis sed
tantū ꝯsistit in eis sicut in causa vel dispositiua
vel meritoria vel remouēte ꝓhibens et q̄ȝ aliquid
est regulariter causa puritatis et vt in pluribꝰ q̄ꝺ
propter circumstantias p̄ticulares alicuꝰ est po-
tius in eo causa īpuritatis q̄ȝ puritatis ideo a ie-
iunii ecclesiastici obligatione pōt quis ꝓpter par
ticulares circumstātias absolui. Et ad probatiōeȝ
dico q̄ qui audit ecclesiā recte precipientem audit
deū sed q̄ȝ deꝰ nō vult creaturaȝ rōnalē obligari
ad ieiunia vbi verteretur in detrimentum corpo
ris vel anime dispendiū aut essent nimiū laborio-
sa ideo nec ecclesia vult eaȝ sub talibꝰ circumstan
tiis existentē ab ipsa obligari. Ad secundum di-
co q̄ aliquid dicitur esse preceptum indifferenter
omnibus dupliciter. vno modo scḋm formā et sen
sum litteraleȝ p̄cepti et tūc ego nego maiorē quia
obligatio nō sumitur ex forma precepti vbi inten-
tio precipientis ab ea discordat. Alio mō scḋm
intentioneȝ p̄cipientis et sic cōcedo maiorem et ne
go minorē. Est tñ regula gñalis in moralibꝰ pre
ceptis que variant scḋm particulares circūstan-
cias q̄ licet p̄ceptū non excludat aliquos q̄ȝtum
est ex forma p̄cepti et rigore littere excludit tamē
multos ex intentiōe precipientis q̄ȝ precipiēs in
ponit formā precepto scḋm illud q̄ꝺ in pluribus
accidit intendens tñ q̄ politicus eximet a prece-
pto eos quos ipse exemisset si particulares circū
stātie fuissent sibi note. intentio autē precipiētis
frequenter colligit ex causa precipiendi. Ad ter
ciam dico q̄ dupliciter potest intelligi ecclesiam
excipere. Uno modo ex forma precepti. Alio mō
ex intentione quā habet precipiendo. Tunc dico
q̄ vbi ecclesia nec primo mō nec secundo excipit
ibi nō debemus excipere sed dico q̄ vbi excipit pri
mo vel secundo modo ibi possumus excipere. Ad
minorem autem dico q̄ ecclesia excipit multos se
cundum formam quam habet precipiendo et secū
dum sensum quem intendit ī precepto. Et licet ali
quando tantum explicet exceptionem de infirmis
q̄ȝtum est ex forma precepti: ex intentione tamen
quam habet precipiendo que intendit ieiunia nul
li debere afferre difficultatem excedentem cōmu-
nem facultatem nulli etiam debere afferre dispen
diuȝ corporis aut anime multos excipit: et in hac
intentione ecclesie rationabili fundati sunt docto
res qui multos a ieiuniis ecclesiasticis absoluen-
dos censuerunt. ¶ Contra secundaȝ tertiā et quar Cōtra secū dā terciā ⁊ quartā con clusiones.
tam conclusiones Arguitur sic. Obseruatio ieiu-
nii est maius bonum q̄ȝ sanitas vel alia queuis bo
na dispositio corporis ergo nec propter indisposi
tionem corporis nec propter grauitatem aut mo
lestiam laboris excusatur quis a ieiuniis ecclesia-
sticis. Antecedens probatur. Tū primo quia bo-
na spiritualia preferenda sunt corporalibus. Tū
secundo quia obseruatio ieiunii est magis merito
ria q̄ȝ sanitas vel bona dispositio corporis. Cōfir-
matur quia de obseruatione ieiunii habetur prece
ptum ecclesie de cōseruatione sanitatis aut bone
habitudinis nullum preceptum habetur igitur.
Secundo opera corporalia ordinantur ad lucrū
temporale: ergo propter ea nō sunt omittenda ie
iunia que ordinantur ad lucruȝ spirituale. Tertio
Peregrinatio q̄ȝtumcunq̄ ordinetur ad spiritua
le bonum non est tamen aliculus necessitatis sed
mere voluntarie suscepta ergo propter ipsaȝ non
est omittendū ieiuniū ecclesie. Quarto Arguitur
de pauperibus. Pauperes frequenter ex necessi-
tate ieiunant cum scilicet patiunt penuriam ali-
mentorū: ergo multo magis ieiunare debent volū
tarie et ex statuto ecclesie. Consequētia tenet quia
magis faciendū est aliquid ex voluntate q̄ȝ ex ne
cessitate. Quinto arguit de hiis qui sani sunt per
ieiuniū tamen egrotant tales nullam habent cir
cumstantiam excusantem a ieiunio igit tenent ad
ieiuniū. Antecedēs patet quia nec sunt pauperes
nec pueri nec īfirmi nec senes et sic de aliis. ¶ Ad Solutiões.
primaȝ concedo antecedens de obseruatione ieiu
nii debiti et nego consequentiam. Et ad probatio-
nem dico q̄ bona spiritualia ad quorū adeptionē
tenemur cū detrimento quorūlibet honorū corpo
raliū sunt preferenda corporalibꝰ sed si talia sint
q̄ non teneamur ad adeptionem eorum cum de-
trimento corporalium. Tunc dico q̄ talia nō sunt
preferenda quia cū adipiscunt cuȝ detrimēto cor
poralium iam non sunt bona. Ad secundam pro
bationē nego assumptū et dico q̄ obseruatio sani-
tatis vel bone habitudinis est magis meritoria q̄ȝ
obseruatio ieiunii ceteris paribus. Dico preterea
q̄ obseruatio ieiunii cum detrimento bonorū cor
poraliū non est semper meritoria: sed aliquando
vituperabilis vel etiam demeritoria. Ad confir-
mationē dico q̄ de obseruatiōe ieiunii habet pre
ceptū ecclesie cū fit sine detrimento notabili cor-

poris aut anime aut sine heroica difficultate. De conseruatione autẽ corporis et sanitatis habetur preceptũ legis nature et dictamen recte rationis secundum cuius moderationem moderandũ est omne preceptum ecclesie. Ad secundam cõcedo antecedens et nego cõsequentiam licet enim lucrum spirituale quod est simpliciter de necessitate salutis sit preferendum lucro temporali tñ lucrum spirituale quod prouenit ex opere consilij non est preferendũ lucro temporali ad vitam necessario. Ad tertiam nego añtecedens Peregrinatio enim aliquando ex voto aliquãdo in penitentia suscepta est: et tunc si non potest sine periculo differri cadit sub necessitate sicut si non posset fieri tempore hostilitatis et ĩ quadragesima sunt treuge tunc videtur necessitatis. Et preterea dato ꝙ non esset necessitatis tamẽ si in ea esset spes magne salutis spiritualis de consilio episcopi videtur rõnabiliter posse suscipi loco ieiuniorum quia vt dicit beatus Thomas non videtur fuisse intentio ecclesie ieiunia instituentis vt per hoc impediret alias magis pias et magnas causas. ꝙ autem possit vnum in aliud rationabiliter commutari patet quia persona per peregrinationem erit cõuenienter afflicta et cum hoc additur pietas operis et religio in visitatione locorum sacrorum et cultu alicuius sancti. Ista tñ vult Thomas intelligi cum imminet necessitas statim peregrinandi et magnas dietas faciendi vel multũ laborandi aut propter necessitatẽ corporalem aut propter aliquid necessarium ad vitam spiritualẽ. Michi autem videtur ꝙ superior potest commutare ieiunia ecclesiastica in peregrinationem sine tanta necessitate eo ꝙ in vtroqꝫ saluatur intentio ecclesie sed verum est ꝙ si faciendo minores dietas peregrinando posset vtrumqꝫ adimplere hoc esset melius ad salutem. Ad quartam concedo antecedens et ꝯsequens quãdo habent vnde vt ex victu sufficienter refici possint. si autem nõ habeant tunc non tenentur ad ieiunia quia non possent ieiunare sine detrimento notabili corporis: et cum dicitur ꝙ magis est faciendum aliquid ex voluntate q̃ꝫ ex necessitate. Dico ꝙ aliqua ex necessitate interdum tollerantur aut sunt meritorie que si voluntarie et sine necessitate fierent demeritoria essent sicut mors tolleratꝛ ex necessitate que si voluntarie fieret non meritoria esset. Ad quintaꝫ nego antecedens et ad probationem dico ꝙ habent aliquas indispositiones corporales aliquãdo notas: aliquando occultas propter quas ieiunium in eis est inductiuũ egritudinis aut nimie afflictionis et nõ in alijs. et ista indispositio aut corporalis qualitas sufficienter a ieiunio excusat. Contra illud quod dictũ est de mercatoribus in tertia conclusione arguitur primo sic. pono casum ꝙ mercatori debeantur pecunie satis magne quarũ solutio promissa est sibi in proximis nundinis in .xl. futur et ꝙ sine illis pecunijs bene posset viuere attamen his habitis poterit magnum lucrum facere aut etiam pecunie sue nõ erunt tute et emerget difficultas solutionis si non vadat ad illas nundinas constat ꝙ potest propter hanc causam dimittere seruitia et tamen nulla necessitas ipsum ad hoc cogit cum sine isto possit bene et honeste viuere igitꝛ. Secundo voto ꝙ aliquis paruo labore possit sufficienter alere familiã suã sed nisi grauiori labori insudat nõ habeat vñ pauperibꝰ largiatꝛ et ꝙ ꝓponat totũ elargiri pauperibus quicquid ex graui labore superexcrescet tunc sic talis potest intermittere ieiunia et tamen ad hoc nulla necessitas cogit igitur. antecedẽs patꝫ quia melius est affligi et largiri pauperibus q̃ꝫ affligi tantum sed talis tantum graui labore affligitur quantum affligeretur per ieiuniũ et cũ hoc largitur pauperibus igitꝛ. Ad primum admitto casũ et dico ꝙ ex consilio et consensu superioris ꝓpter huiusmodi causas poterit dimittere ieiunia maxime attento ꝙ labor vie est afflictiuus. Et ad ꝓbationem dico primo ꝙ saluatio bonorũ suorum aut repositio in tuto est de hijs que cadunt sub necessitate ciuili quantũ est de maiori lucro dico ꝙ lucrũ magis vel verisimile est recuperabile quandocunqꝫ habebuntur pecunie vel non: si sic consuleret ꝙ obediret ꝑcepto ecclesie si nõ puta ego video ꝙ annona carior sit in dies aut vinum aut naues cum copia multorum bonorũ applicabunt tali die quas nõ ẽ verisimile postea cũ tãta copia applicare. Tunc dico ꝙ ex cõsensu superioris potest omittere ieiunia et debet superior ea cõmutare in aliud pium opus. Ad secundã admitto casum et concedo qđ infertur. securius tamen erit ta facere ex consensu superioris. in tali ergo casu potest ieiunium intermitti: quãdocũqꝫ enim operatio cui incumbitꝛ includit homini ieiuniũ virtualiter et cũ hoc aliquid aliud aut in ea est vtilitas tãta magna ꝙ eqꝫpollet necessitati sicut de ꝑdicatiõe. Vbi deficiant sic ꝯstringit in casibꝰ supradictis iudicio meo superior põt dispensare de ieiunio aut ĩ aliud opus cõmutare. Ratio añ oppositũ soluta est ex dictis.

Queritꝛ. vtrũ obligatus ad ieiunium die ieiunij comedẽs plusq̃ꝫ semel totiens peccet mortaliter quotiẽs comedit plusq̃ꝫ semel. Arguitꝛ ꝙ sic. vnica comestiõ ita repugnat tertia sicut scđa q̃ peccat ita tertio comedendo sicut scđo. In oppositũ arguitur. facta secũda comestione solutus est ab obligatione ieiunij cũ obligatio nõ sit ad impossibile q̃ tertio comedendo nõ peccat. Circa hãc questionem sunt varie opiniones. Vna est dicentium ꝙ talis qualibꝫ vice qua comedit peccat mortaliter quã multis rõnibus ꝓbant. Alia opinio ẽ huic ꝯtraria. Sit prima ꝯclusio. Obligatus ad ieiunium totius .xl. sub pena pctĩ mortalis et prima die soluens ieiuniũ et similꝛ scđa et tertia et sic de alijs solutione subordinata volitioni cadenti ꝑ se sup vnam diem qualibꝫ die peccat mortalꝛ nouo pctõ nec formalꝛ nec virtualiter incluso ĩ primo. probatꝛ ista ꝯclusio qꝛ talis p casuꝫ volendo omittere ieiuniũ pro prima die nõ vult omittẽ pro scđa nec volẽdo omittẽ ꝓ scđa vult omittẽ ꝓ tertia qꝛ vt dictũ est in casu volitio sua nõ cadit nisi sup vnã diẽ sed postq̃ꝫ soluit ieiuniũ ꝓ prima die adhuc obligatus est ad ieiuniũ ꝓ scđa et ꝓ tertia et pro q̃rta igiꝛ. qualꝫ die q̃ soluit ieiuniũ peccat mortalꝛ. Confirmatꝛ quicũqꝫ facit id qđ tenetꝛ nõ Prima ꝯclo

facere sub pena peccati mortalis peccat mortali
ter: sed talis facit id quod tenetur non facere sub
pena peccati mortalis ergo talis peccat mortali
ter. maior est certa. Et minor probatur quia iste
secunda die reficitur pluries et tenetur tamen sub
pena peccati mortalis non pluries refici. q autem
hoc peccatum sit nouum peccatum patet: quia
hoc peccatum non est inclusum in peccato pri-
me diei cum volitio non ieiunandi primo die ha
bita nullomodo cecideritper casum super secun-
dam diem. Secundo omnis qualibet die ieiuna-
bili quadragesime ieiunare obligatus qualibet
die qua non ieiunat peccat: sed obligatus ieiuna
re per totam quadragesimam est obligatus ieiu
nare qualibet die ieiunabili: ergo talis qualibet
die qua non ieiunat peccat. maior patet quia om
nis talis omittit qd facere tenetur aut facit quod
non facere tenetur. minor patet quia huiusmodi
obligatio cadit supra quamlibet diem ieiunabi-
lem quadragesime. Tertio. Obligatus ad ieiu-
nia quattuor temporum omittendo ieiunia veris
peccat et omittendo ieiunia estatis etiam nouo
peccato peccat et similiter de ieiunijs autumpni et
hyemis: ergo etiam omittens ieiunia quadrage-
simalia qualibet die qua non ieiunat peccat. con
sequentia tenet quia sicut omnes dies quadragesi
me vno precepto precipiuntur ita omnia ieiunia
quattuor temporum vno precepto precipiuntur
Quarto q si sic sequeretur q nulla die quadra-
gesime ieiunans non plus peccaret qz omni die
preter vltimu ieiunas: sed consequens videtur ma
nifeste falsum et scandalosum. et patz consequentia
quia peccatuz primi qd prima die committeret
et peccatum secundi quod committit vltima die
sunt equalia si cetera sint paria. sed primus non
peccat nisi prima die: et secundus nisi vltima et
pono cetera paria igitur. Quinto pono q sint
duo quorum primus nolit ieiunare prima die qua
drag: sime: sed circa alios dies suspendat actum
voluntatis: secundus nolit ieiunare prima die
nec secunda nec tertia et sic de alijs. Tunc arguo
sic. Si conclusio non esset vera sequeretur q pri-
mus istorum tantu peccaret qztu secundus: sed
consequens videtur esse omnino absurdum et con
tra bonos mores. Et patet consequentia secun-
dus adequate tantum peccat quantum vnus no
lens ieiunare prima die vna nolitione et alia no-
litione nolens ieiunare secunda die et alia noliti-
one nolens ieiunare tertia die et sic de singulis.
ita tamen q supra quamlibet diem precise cadat
sua nolitio: sed primus per te tantum peccat qua
tum iste tertius: ergo etiam tantum peccat pri-
mus quantum secundus. consequentia tenet quia
quecumque vni et eidem tertio sunt equalia illa in
ter se sunt equalia. Sexto si sic sequeretur q vo-
lens prima die quadragesime ieiunare volens ta
men ieiunare ceteris: et volens nulla die ieiuna-
re huiusmodi volitionibus et nolitionibus se con
formantes equaliter peccarent: sed consequens vi
detur omnino absurdum igitur.
¶ Secunda conclusio. Prima die nolens ieiunare Scda 3clo
nolitione cadente supra quamlibet diem et singu
lis diebus soluens ieiunium non peccat singulis

diebus nouo peccato. appello autem nouum pec
catum: peccatum non quod est actus alius a pri
mo sed quod ad aliquam penam obligat ad qua
non obligabat primu. Uolo dicere q si quis pri
ma die quadragesime habeat actum hunc nolo
aliqua die quadragesime ieiunare et vt executio-
ni det illum actuz voluntatis nolit illa prima die
ieiunare et secunda die nolitionez habeat qua no
lit illa die ieiunare et sic de alijs. Dico q prima
nolitio si erat efficax et imperatiua formaliter:
vel equiualenter executionis: obligat ad totam
penam ad quam tenetur homo ex omissione tot-
us ieiunij quadragesimalis et vniuscuiusqz par-
tis eius. alie autem nolitiones que singulis die-
per illud Leonis pape sermone primo de ieiunio decimi mensis. tria vero sunt inquit que maxime ad religiosas pertinẽt actiones oratio scʒ ieiuniũ ⁊ elemosina et modicum post subdit oratione enĩ dei propiciatio querit ieiunio concupiscentia carnis extinguitur elemosina peccata rediminunt simul ꝙ ꝑ omnia dei in nobis ymago renouatur si et in laudez eius semper parati ⁊ ad purificationeʒ nostram sine cessatione solliciti ⁊ ad sustentationem proximi indesinẽter sim⁹ semper intenti. Et paulo post in orationib⁹ ꝑmaneat fides recta in ieiuniis innocens vita in elemosinis mens benigna. Secundo per illud eiusdẽ sermone quarto decimi mẽsis qui postq̃ʒ non nulla dixit de ieiunio ⁊ elemosina ꝯcludit volo enĩ ad dei ascẽdit aures talib⁹ oratio eleuata suffragijs. Tercio per illud eiusdẽ sermone quarto decimi mensis ieiuniũ enim sine elemosina non tam purgatio anime q̃ʒ carnis afflictio est magis ꝙ ad auariciaʒ q̃ʒ ad cõtinẽtiaʒ referendũ est quãdo aliquis sic abstinet a cibo vt etiaʒ a pietate abstineat. nostra ergo ieiunia habundẽt fructib⁹ largitatis ⁊ in pauperes xp̄i benignis sint fecunda munerib⁹ eandẽ antẽ sentẽtiam habet fere quotiens de ieiunio loquitur. Dicendũ est consequẽter de tẽporib⁹ ieiuniorum sic igit. ❡ Quinta cõclusio tria sunt ieiunia ecclesiastica solẽnia ⁊ sub precepto cadentia scilicet quadragesimale/ieiuniũ quatuor tẽporuʒ/⁊ vigilie maiorũ solẽnitatuʒ. Probat non reperiunt nisi ista tria de quib⁹ sint cõstitutiones vniuersalit obligãtes catholicos. de ieiunio quadragesime habetur de cõsecra. distin. .eer. ca. nõ oportet vbi ex cõsilio laodicẽsi ita habetur non oportet in quadragesima quinta feria vltime ebdomade ieiuniũ dissolui ⁊ totaʒ quadragesimam inhonorari sed per totos dies ieiunare ⁊ escis abstinẽ ꝯuenientibus. i. aridiorib⁹ vel et ex cõsilio agathensi. ca. placuit ita habet placuit vt omnes ecclesie exceptis diebus dominicis in quadragesima ⁊ in die sabbati sacerdotali oratione ⁊ discretionis cõmunione ieiunent. Quarto probatur ꝑ illud quod habetur de conse. dis. v. c. q̃dra. Quadragesima inquit Grego. papa in omelia summa obseruatione est obseruanda vt ieiunia in ea preter dies dominicos qui de abstinentia subtrahũtur nisi quem infirmitas impedierit nullaten⁹ soluant quia ipsi dies decime sunt anni ⁊ hec est potissima causa institutiõis quadragesimalis ieiunij vt scilicet vite nostre decimã deo in ieiuniorum abstinentia reddam⁹ hec eadẽ causa assignatur a Cassiano col. xxi. ⁊ ostẽdit quomõ quadra. dierũ ieiunia sũt decima anni ⁊ hoc etiaʒ ostẽdit in capitulo iã allegato conueniunt etiam omnes sacri doctores. Leo autem Papa alias causas assignat ostendens ꝙ in obseruantia quadragesime omnes negligentie nostre totius anni diluunt accedimus ad diligentiorẽ seruitutẽ domini ꝑparamus ad pugnas temptationuʒ vt habetur sermone primo de ieiunio quadragesime sermone autem quarto eiusdem ieiunij alias assignat causas. Prima est vt possimus animis ⁊ corporibus purificatis celebrare sacramentum passionis dominice quia enim paucorum est ista deuotio infracta ⁊ continuata reuerentia vt tales semper maneant in cõspectu dei quales nemo in ipso paschali festo dignũ est inueniri ⁊ propter carnis fragilitatẽ relaxat frequenter obseruãtia austerior detmũdano puluere enim religiosa corda sordescunt propter hoc salubriter prouisum est ea ad reparandam mentium puritatem quadra. dierum ante passionis celebritatem instituta sunt ieiunia iste rationes michi placent multo magis q̃ʒ alie quedam mistice que parum aut nichil ad ieiunium exhortationis continere videntur placet etiã illa ratio qua dicitur ꝙ in hoc ieiunio q̃ʒtum possibile est nobis representamus ieiunium quadraginta dierum christi. De ieiunio quattuor temporum habet distinctione. lxxvi. capitulo primo ait enim Calixtus papa ieiuniũ quod ter in ãno apud nos celebrare didicisti conuenientius nunc per quatuor tempora fieri decreuimus ⁊ causam assignat vt sicut annus per quattuor voluitur tempora sic et nos quaternum solemne agamus ieiuniuʒ ⁊ in cõcilio magũtinensi hoc ieiuniũ in precepto positũ est vt ibidem habet capitulo constituimus. Constituimus vt quatuor tempora anni ab omnibus hominib⁹ cõmuni ieiunio obseruent. i. in marcio ebdomada prima/in iunio secunda/in septembri tertia/in decembri quarta. Alia tamen ordinatio dierum facta fuit in concilio lateguse habito. Aliam etiam fecit vrbanus vt habetur eadeʒ distinctione capitulo statuim⁹. Statuim⁹ inquit vt ieiunia quatuor temporuʒ hoc ordine celebrẽtur primum in initio. xl. secundum in ebdomada pẽthecostes tertiũ vero in septẽbri quartũ in decẽbri more solito fiat quã ordinatiõeʒ secut⁹ est Leo papa vt patet eadem distinctione capitulo igitur hec autem ieiunia instituta sunt vt per singula tẽpora anni que sunt quatuor vernum/estiuale/autumpnale/⁊ hyemale/primitias deo solueremus. De tertio ieiunio scilicet vigilie maiorum solẽnitatuʒ patet ex multis capitulis iuris quib⁹ diuersarum solemnitatum ieiunia instituta esse significantur que institutio facta est vt reuerentius eorũ solemnitates celebremus ⁊ eos habeamus intercessores apud deum in quorum honorem ac reuerentiam corpora nostra ieiunijs affligimus vt etiam magis enitamur sequi eorum vitam ⁊ gesta in quorũ honorẽ corpora nostra maceramus. ❡ Sexta conclusio non sunt obseruanda sub pena peccati solemnitatum ieiunia nisi ea quorum institutio laudabili cõsuetudine approbata est patʒ hec conclusio ex quibusdam supradictis de consuetudine circa ieiuniorũ obseruantiam. Ex quo patʒ ꝙ non tenemur sub pena peccati mortalis ad omnium apostolorum vigilias ieiunandas patet ꝙ preceptum de huiusmodi ieiunio non est per consuetudinem receptum ⁊ approbatum vt constat ne ei valet ratio aliquorum dicentium ꝙ ideo non ieiunamus vigiliam philippi ⁊ iacobi quia venit tẽpore paschali nec vigiliam iohannis euangeliste quia venit infra octauas natiuitatis domini quia non ieiunamus feria quarta post penthecostem que tamen est inter octauas pẽthecostes ideo dico ꝙ in hoc maxime respiciendum est ad consuetudinem a qua iste institutiones onerose ⁊ non ne.

Quinta cõclusio

Tria

Sexta cõclusio

cessarie vt pluriuz robur accipiunt & de hoc vt debitur in argumentis ¶ Septima cōclusio non est die dñica ieiunandū. Probat̄ prohibituz ē die dñica ieiunare ergo nō est die dñica ieiunandum. Añs pbat̄ per illō melchiadis pape de cōse. dis. ter. capi. ieiuniū vbi ait ieiunium dominici diei & quinteferie nemo celebrare deb̄t vt inter ieiuniū xp̄ianoruz & gentilium veracicer credentiū & hereticorum vera & non falsa discretio habeatur Ad hoc responderi potest q̄ non prohibetur simpliciter ieiuniū fieri in die dominico sed prohibetur fieri in contemptum dei vt ibi dicit glosa Cōtra ieiunare in cōtemptum dei quocūq; die esset peccatum mortale ergo non plus phibendum est ieiunare in contemptuz dei die dominica & quinta feria q̄z dieb⁹ alijs respondendum est negando cōsequentiam quia ieiunia istaruz dierū magis vergunt in contemptum dei q̄z ieiunia aliorū dierū quia istis duobus diebus deus fecit quicq̄d insigne fecit fere quia resurrexit & celos ascendit. Ista euasio glose non videtur mihi rationabilis et videtur magis esse extorsi textus q̄z expositio aut enim vult & intelligit q̄ illis duob⁹ diebus phibetur potissime ieiunare q2 omnis qui illis diebus ieiunat contempnit deuz qui insignia opera maxime illis dieb⁹ fecit & tunc sequitur q̄ omnis qui illis dieb⁹ ieiunat peccat aut intelligit q̄ qui ieiunat ex mactuali cōtēptu de illis duobus diebus peccat & tūc non magis peccat cōtempnendo deum illis duob⁹ diebus q̄z alijs ex quo sequitur q̄ prohibendum est vniuersaliter ieiunare. Secūdo quia contra hanc glosaz militat illud consiliū cesarei augustani q̄d habet̄ de conse. distin. ter. ne quis ieiunet die dominica causa timoris aut persuasionis ecce vbi non solum prohibetur ieiunare die dominico in contemptuz dei sed etiaz prohibetur ne fiat tale ieiuniū causa timoris aut suasionis ita q̄ si quis incuteret timorē pene alteri nisi ieiunaret nō ꝓpter hoc sibi liceret ieiunare. Tercio prohibetur in consilio gangensi ieiunare causa continētie vt scilicet si quis estimeret ieiunia dominicalia sibi prodesse ad cōtinentiam nihilominus ieiunare prohibitus est Si quis inquit cōsilium propter continentiā q̄uadmodū putant aut commaticam ieiunat anathema sit Est etiaz aliud decretuz eiusdez consiliū & recitatur distinctio. ter. ca. si quis tanq̄z in quo ita dicitur si quis tanq̄z hoc conuenientie cōueniret indicans die dominico ieiunauerit in eiusdē diei contēptū anathema sit cuius sensus in solutione ad quartum argumētum contra hanc cōclusionē dabitur vbi consiliū seruare videt̄ q̄ non omnis q̄ illa die ieiunat contempnit quia si ieiunaret ex contemptu non ieiunaret quis hoc credit conuenire ꝯtinentie Huius sentētie est beatus thomas secūa secūde. q. c. xlvij. ar. v. in responsi. ad vi. ar. non est inquit in dieb⁹ dominicis ieiunandum in quibus si quis ieiunaret contra consuetudinem populi xp̄iani que vt Augus. dicit est pro lege habenda vel etiaz ex aliquo errore sicut manichei ieiunant quasi necessarium tale ieiuniz arbitrantes non esset a peccato immunis q̄uis ipsuz ieiunium secundum se consideratum semper sit laudabile. Quarto ecclesia causa alicuius tristicie cōmemorande & significande potest nos sub pena peccati obligare ad ieiunium puta sexta feria vltime ebdomade quadragesime ita q̄ q̄uis nulla alia subesset causa institutionis illius ieiunij cōmemoratio tamen dominice passionis et tristicie seruande esset sufficiens causa institucionis illius ieiunij ergo ecclesia causa leticie alicuius magne & excellentis seruande potuit aliq̄ certa die interdicere nobis ieiunium & obligare nos vt non ieiunando cōmunez illaz totius nostre religionis leticiā representem⁹ & hoc in rei veritate fecisse videtur phibendo ieiunium dominice diei.

Octaua cōclusio. ¶ Octaua conclusio et si inter pascha & penthecostem non simus obligati q̄zū est ex precepto ecclesie ad ieiunia non tamen tenemur illis diebus sub pena peccati non ieiunare. Probatur conclusio primo per illud Ambro. et habetur distinctione septuagesima sexta Scire debet sanctitas vestra per hos quinquaginta dies nobis esse iugis et continuata festiuitas ita vt hoc omni tempore neq; ad obseruandum indicamus ieiunia neq; ad exorandum dominum genibus succedamus. Secundo probatur per illud Isido. quod eadē distin. habet̄ post pascha autē vsq; ad penthecostem licz traditio eccl'iarum abstinentie rigorem prandijs relaxauerit tamē si quis monachorum vel clericorum ieiunare cupit non sunt prohibendi q2 & Anthonius & Paulus & ceteri patres antiqui etiā hijs diebus in heremo leguntur abstinuisse neq; soluisse abstinentiā nisi tantum die dominico. Vbi nota q̄ non habetur hic q̄ Anthonius et Paulus die dominica ieiunauerint licz habeatur in sequēti capitulo. Ex quibus patet q̄ sanctus Thomas vbi supra allegatus debuit distinctionem ponere inter diem dominicuz et quinquaginta dies inter pascha & penthecostē quia in illis quinquaginta diebus datur nobis libertas nō ieiunandi nec tamen ieiunare obligamur diebus autē dominicis tenemur nō ieiunare

Cōtra tres pmas ꝯclusiones. ¶ Contra tres primas conclusiones ar. sic. quicquid est predictis modis vtile illud potest omni tempore fieri sed ieiunia non possunt rōnabiliter omni tempore fieri vt p3 per septimam cōclusionem q̄ ieiunia nō sunt predictis modis vtilia añs pat3 q2 omni tempore licet nobis pcurare ea que sunt vere vtilia. Secundo multi experiunt̄ in se q̄ per ieiunia excitantur in eis male concupiscentie et vt habet Leo papa sermone primo de ieiunio. xl. quanto studiosiores fuerimus pro nostra salute tanto nos ab aduersarijs intelligimus magis impetendos. Tercio nihil susceptum ex cerimonijs veteris legis est nobis vtile sed ieiunia suscepta sūt ex cerimonijs veteris legis igit̄ maior patet q2 vetus lex quantū ad cerimonialia nunc est mortifera et minor patet per Leonem sermone sexto de ieiunio decimi mensis ita dicentem Euangelicis sanctionibus dilectissimi multū auctoritatis prebet doctrina legalis cū quodam de mandato veteri ad nouam obseruantiam transferūtur & paulopost. Ex hijs autē est decimi mēsis solemne ieiunium. Quarto ar. sic. sacerdos iste deorum oloferne oppugnāte bethuliaz peccauit mortaliter instituendo quinq; dierum ieiunia vt

deus liberaret populum suū de hostibus ergo ie-
iuniū non est peritorium vel meritorium boni ali
cuius Antecedens patet per hoc q̄ ait iudith ad
sacerdotes. Quid tentatis dominum non est ille
sermo qui misericordiā ꝓuocet sed poti⁹ qui iraꝫ
Solutiões. excitet. ¶ Ad primā nego maioreꝫ naꝫ potest in
teruenire preceptum ꝓ aliquo tempore ne fiat ꝓ
pter aliquam cōmemorationē aut representatio
nē faciendā ratione cui⁹ precepti ieiunium tale
non erit vtile sed potius nociuū potest etiam esse
alia causa propter quam qḋ vtile est secūdum se
est aliquo tempore inutile vt potest dari exempliū
de medicamentis ꝛ multis aliīs. Ad secūdaꝫ con
cedo anteceōēs sed dico q̄ regulariter sine cōpa-
ratione plures iuuantur tam corporaliter q̄ꝫ spi
ritualiter per ieiunia moderata q̄ꝫ dampnificen-
tur precepta antecꝫ iuris positiui ea que vt in plu
ribus saluti hominū congruūt attendunt. Et ad
auctoritatē leonis dico q̄ impetitio illa vt in plu
ribus non fit ex conditione ꝛ natura ieiuniī sed ex
peruersitate hostis nostri qui tanto nos vehemen
tius repellit a salute q̄ꝫto nos ad eaꝫ magis eni-
ti cōspexerit ꝛ ideo ex eadem auctoritate ꝯcludit
nos debere dare operā ieiuniīs quia vt habet ibi
dem Nulla sūt sine tentationuꝫ experimētis ope
ra virtutis/nulla sine perturbationibus fides vi-
ta hec nostra ī media insidiatorum est. Ad terci-
um minor negatur scḋm eū eundem leonem ser-
mone quarto de ieiunio decimi mensis ieiunium
non est de illis que gerebāt figuras futurarum re
rum quia talia impleta sunt ꝛ finita et ꝓpter hoc
vt dicit ieiuniorū vtilitatem noui testamenti gra
tia non remouit quod non ideo, inquit Inegligē
dum est quia de obseruancia veteris legis assum-
ptum est tanq̄ꝫ hoc sit de illis que inter discretio-
nes ciborū ꝛc. Idem habet sermone sexto vbi pre
dictam obiectionē soluēs ait Cessantibus enīꝫ si
gnificationib⁹ quib⁹ saluatoris nostri nunciabat
aduent⁹ ꝛ peractis figuris quas abstulit ipsa pre
sentia veritatis ea que vel ad regulas moruꝫ vel
ad simplicem dei cultum ratio pietatis instituit
in eadem apud nos forma qua sunt cōdita perse
uerant ꝛ que vtriq̄ꝫ testamēto erant congrua nul
la sunt cōmutatione variata ex his aūt est etiam
decimi mensis solēne ieiuniū ꝛc. Idem h̄bet ser
mone quarto de ieiunio septimi mēsis ita dicens
Cum ergo vos dilectissimi ad quedam que in ve
teri testamento instituta sunt cohortamur non iu
daice vos institutionis iugo subdim⁹ nec cōsue-
tudinē carnalis ppl'i vobis indicimus excellit su
per illorū ieiunia continencia xp̄iana ꝛc. Potest
tamen dici q̄ ieiunia quantum ad actum abstinē
tie sunt moralia quantum vero ad determinatio
nem dici sunt cerimonialia. Ad quartam cōcedo
antecedens non quidem quia ieiunium sit maluꝫ
aut inutile sed propter circumstantiam male intē
tionis ieiunium corrumpentis ꝓponebant enim
q̄ si deus post huiusmodi ieiunium non eis auxi-
liaretur ꝛ liberaret eos a potestate olofernis ip-
si redigerent ciuitatem in eius potestatem et in
hoc faciendo tentabant deūꝫ quod est omnino il-
Cōtra q̄rtā cōclusionē. licitum. ¶ Contra quartam conclusionem.
Arguitur sic primo xp̄s ieiunauit circa epipha-
niam quia ieiunauit statim post baptismū quem
susceperat ergo nos etiam circa epiphaniam ieiu
nia nostra inchoare debemus. Secūdo clerici te
nentur ieiunare a quinquagesima vsq̄ꝫ ad pascha
ergo non sufficit pro illa parte ieiunium quadra-
gesimale antecedens patet ex multis decretis.
Tercio non est ieiunandum quinta feria vltime
septimane ergo non est ieiunandū per totaꝫ qua-
dragesimaꝫ antecedens patet tum primo quia ꝓ
hibitum est ieiunare quinta feria vt habet de cō
secra. distin. ter. ieiunium Ieiunium dominice di
ei ꝛ quinte ferie nemo celebrare debet Tuꝫ secūn-
do per illud Pau. ad gal. v. dicētis Mihi autēꝫ
absit gloriari nisi in cruce domini nostri iesu xp̄i
ergo gloriandūꝫ est in cruce domini ergo non est
in die crucis ieiunandum. Tum tercio quia pas-
siones aliorum sanctoruꝫ vt petri ꝛ pauli cū gau
dio celebramus ergo cū maiori gaudio passioneꝫ
xp̄i celebrare debem⁹ Quarto dies dominici qua
dragesime vel sunt de numero ieiuniorꝫ vel nō.
si non sequitur q̄ nō debem⁹ abstinere a carnib⁹
si sic sequitur q̄ ieiunam⁹ plus q̄ꝫ quadraginta die
bus. Contra illud quod dictum est ibi de ieiuniis
quattuor tēporū Arguitur sic aliq̄ñ fuit consue-
tudo nō ieiunandi nisi ter puta in qualibet tercia
parte anni ergo non est ieiunandum in qualibet
quarta. Secundo iudei ieiunabant quarto quin
to septimo ꝛ decimo mense ergo eisdem ieiunare
debemus ergo non sunt apud nos bene instituta
illa ieiuniorū tp̄a. Probat deinde q̄ preter pre-
dicta ieiunia sunt alia alia tenemur ieiunare die
bus rogationū ōī die sabbati ōī quarta ꝛ sexta fe
ria ꝛ obligamur etiā ad ieiunia iposita a p̄latis no
stris. obligamur etiā cōplere ieiunia nobis in pe
nitentiam ꝛ satisfactioneꝫ imposita, tenemur etiā
ieiunare omnium apostolorū vigilias cuius con
trariuꝫ dictum est. Añs pro prima parte ptꝫ per
illud cōsiliꝫ aurel. quod habet de cōsecratione di
stincti. tercia capitulo rogationes/rogationes. i.
letanias ante ascensionē domini placuit celebra
ri ita vt premissū triduanū ieiuniū in dñice ascēsi
onis solēnitate soluatur per qḋ triduū serui et an
cille ab opere relaxent quo magis plebs vniuer
sa conueniat quo triduo oēs abstineant ꝛ etiam
quadragesimalibus cibis vtantur de die sabbati
patet per illud Innocentiī pape quod habet lo-
co eodē ca. sabbato. Sabbato vero ieiunandum
esse ratio euidentissima demonstrat et ꝓbatur ra
tione eiusdeꝫ decreti Nos in memoriā passionis
ieiunam⁹ qualibet sexta feria et ꝓpter resurrecti
oneꝫ domini qualibet dñicaꝫ dieꝫ celebreꝫ ꝛ vene
rabilē habem⁹ ergo cuꝫ sabbati dies sit inter sex
tam feriam et dominicam dieꝫ sequit q̄ die sab-
bati ieiunare debem⁹ Tum secūdo q̄r ap'li isto bis
duo seꝫ die passionis et sabbato fuerūt in merore
et ꝓpter metuꝫ iudeorū se occultauerūt ꝛ in hui⁹
significationē etiaꝫ isto biduo sacramēta nō cele
brātur Quod ieiunandū sit quarta et sexta feria
ꝓbat per illud apoloniī q̄ eadē di. habetur capi
tulo ieiunia sane vbi habet dicitur ieiunia sane
legittima in quarta ꝛ sexta feria non sunt soluen
da nisi grandis aliqua necessitas fuerit q̄r quar-
ta feria iudas traditionem domini cogitauit sex

ta feria crucifixus est saluator. Videlicet ergo qui his diebus sine necessitate salueris statuta ieiunia vel cum iuda tradente tradere saluatorem vel cū crucifigentibus crucifigere ex quo decreto patet et institutum esse tale ieiunium et institutionis ratio De ieiuniis a prelatis impositis dicit innocentius et alii expositores q̄ sunt seruāda. de vigiliis omnium apostolorum in habetur extra eo .cōsilium. ¶ Ad primam concedo antecedens et nego consequentiam Et si probetur quia debemus esse imitatores christi concedo et ideo tenemur ieiunare sicut ipse ieiunauit sed non eodem tempore quo ieiunauit quia nobis et sibi fuit alia ieiunādi ratio et maxime quia non omnia ieiunia nostra representant ieiunium christi et licet ieiunium quadragesime representet ieiunium christi quia tamen hec representatio non fuit sola causa institutionis sed cum hoc concurrit illa ratio vt possimus purificatis mentibus digne sacramenta passionis et resurrectionis christi celebrare ideo conuenientius ante festum pasche immediate celebratur illud quadragesimale ieiunium q̄z circa epyphaniam. addito q̄ ecclesia semper prouidere voluit ne onus nimis graue fidelibus imponeret. Ad secundam nego antecedēs et ad probationē ex decreto quod habetur distinctione quarta ca. statuimus et c. deniq̄ respondeo q̄ gratianus ibidem soluit quia decretum illud non est per consuetudinem laudabilem receptum. Secundo dico q̄ decretum illud reuocatum est in cōsilio aurelia. vt habetur de consecra. distin. ter. ca. de sacerdotibus. sacerdotibus omnibus decretū est vt ante pasche solemnitatem non quinquagesima sed .xl. teneatur. Ad terciam nego antecedēs. Ad primam probationem dico q̄ ibi prohibetur ieiunium quia ee ferie ea ratione celebrari qua a gentilibus et hereticis celebrabat et non simpliciter ideo subdit ibidem vt inter ieiunium xp̄ianorū et gentilium vere credentium et hereticorū vera et non falsa discretio habeatur. Ad secundam p̄bationem cōcedo q̄ gloriandum est in cruce domini et gaudendum memoria tamen crucis est cum afflictione recolenda et quia ignorantia crucis per resurrectionem cessauit ideo memoria resurrectionis que singulis dominicis diebus fit est cum leticia et exultatione peragenda Et ideo diebus dominicis ex statuto ecclesie nō est ieiunandum Secus est de die crucis et diebus aliis in quibus fit memoria passionis die enim crucis christus nec bibit nec comedit et extremos labores sustinuit ad aliam probationē concedo antecedēs et nego consequentiam. tam primo quia illi passi sunt p̄ se ipsis christus autē pro nobis tum secundo quia illi die passionis vadunt ad regni celestis delicias non autem christus Ad quartam dico q̄ dies dominici non sunt de numero quadragesime sed sunt inter numerum quadragesime contenti et dico q̄ non tenemur ad abstinentiam in illis diebus precise virtute institutionis ieiunii quadragesimalis et inde est q̄ diebus dominicis quadragesime aliquando ex consuetudine comedebantur carnes etiam post institutionem quadragesime vt habet quarta di. c. denique sed quia illis diebus fiebat deordinata nimia

Solutiōes.

um ingurgitatio ideo statutum est q̄ fieret illa die abstinentia a carnibus et lacticiniis sed non ieiunium. Ad primam rationem contra ieiunium quattuor temporum conceditur antecedens et hoc habetur in decreto distin. lxxvi. sicut super cōclusione quinta allegatum est ex qua allegatione patet noua institutio ex qua et sequente cōsuetudine noua est obligatio. Ad secundam concedo antecedens et nego consequentiam quia licet etiam ex iudeis retinuerimus preceptum ieiunandi non tamen dies ieiunii ex eis accepimus quia non propter easdē causas ieiunium ieiunabāt enim iudei quarto mēse qui apud latinos vocatur iulius die xvii eo q̄ moyses ibi descendens de monte tabulas legis abiecit et confregit et iuxta iheremiam muri primū rupti sunt ciuitatis ieiunabāt etiam quinto mense qui apud nos appellat augustus eum per exploratores terre locie seditione orta in populo iussi sunt montem non ascendere sed p quadraginta annos longius a terra sancta circumretantis dispendiis vt exceptis duobus caleph et iosue omnes in solitudine caderent in hoc mense a nabugodonosor et multa post secula a tito et vaspasiano templū iherosolimis incensum est atq̄ destructum capta vrbe bethel ad quam multa milia confugerant iudeorum ieiunabant etiam mēse decimo qui apud nos ianuarius dicitur eo q̄ tamus sit anni atq̄ principium quo mense ezechiel in captiuitate positus et cunctus populus captiuorum audiuit quinto mense templū esse subuersum mense etiam septimo qui apud nos appellatur october ieiunabant eo q̄ in eo occisus est godolias et iude tribus ac ihrl'm relique dissipate sunt hec habetur hiero. super zachariam et recitatur in decretis dist. lxxvii. ca. ieiunium qui ergo nos non ieiunamus propter has causas sed p̄pter illas q̄s supra recitauimus ideo. Ad quartum quo multipliciter p̄batur q̄ sunt alia ieiunia n ieiuniis toti ecclesie cōibus et ad q̄ tenemur ex precepto Ad primū de rogationibus dico q̄ si statutū sit non est tamē in vsu receptū q̄ntum ad ieiunium sed bñ q̄ntum ad aliquā abstinentiā puta a carnibus. De ieiunio sabbati dico q̄ decretū illud nō est vsu cōfirmatū et videtur abrogatū p Gre. scptimū qui ieiunium in abstinentiā a carnibus commutauit vt habet de conse. dist. v. c. qr dies sabbati vbi sic habet. quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus nos eorundē auctoritatem sequētes salubriter admonemus vt quicunq̄ se xp̄iane religionis participem esse desiderat ab esu carnium eodē die nisi maiori festiuitate interueniente vel infirmitate impediente abstineat. Q̄ si dicat aliquis q̄ hic nō sit preceptum sed admonitio admonemus inquit respōdeo q̄ si ne preceptum sine admonitio sit quia tamen vsu approbatum est ideo nō potest sine peccato omitti nisi necessitas impellat. ¶ Ad rōnes autem inductas Ad primam dico negando p̄missam si cōcludat de debito precepti quia ad hoc nō sufficiunt ille congruētie sed necesse est ad id nos aliquo iure obligari et quia nulla est ad id obligatio iuris naturalis aut diuini nec consuetudinalis nec iuris positiui vsu confirmati ideo non tenemur,

Ad rōes.

Ad secundā concedo añtecedens et nego cōsequentiam neq̄ enim oportz q ieiunia apostolorū aut omnes eorum molestias ieiunijs perpetuis representemus. tunc enim nulla dies a ieiunio vacaret de ieiunio vero quarte et sexte ferie dico q decreta illa non cogunt quia nō sunt vsu confirmata et cū dicitur q qui non ieiunat xp̄m tradit cum Juda et crucifigit cum crucifigentibus nego cōsequentiam nisi ex mero et actuali contemptu nō ieiunaret quo scilz ideo nollet ieiunare illis diebus quia sibi placeret christi traditio et crucifixio talis enim traderet et crucifigeret per complacentiam licet non per exhibitionem operis preteriti De ieiunijs a prelatis impositis dico q talia aliquando pro vrgente necessitate ad placandū diuinam iram aut ad gratiam eius impetrandam instituuntur et tunc suscipienda sunt et tunc si sunt vsu confirmata obligent. si nō: non videntur obligare sicut nec instituta a summis pontificibus. Et si queras de ieiunio aduentus dico q nō est in precepto ex communi statuto ecclesie licet sit in consilio et si aliquid de hoc legatur institutum dico q nō est vsu et consuetudine comprobatum.

Cōtra septimā ꝯclōnē ¶ Contra septimā conclusionē arguitur sic primo auctoritate Hieronimi ad Lucinum et habetur distinctio. lxxvi. capi. vtinam. vtinam omni tempore ieiunare possemus qđ in actibus apostolorum diebus penthecostes et die dominico apostolum Paulum et cum eo credentes fecisse legimus. Ex qua auctoritate. Secundo sic arguitur Paulus et alij apostoli die dominico ieiunauerunt ergo non est illicitum die dominico ieiunare. Tercio ieiunium diei dominice nō prohibetur nisi sicut ieiunium ferie quinte vt patet ex decreto Melchiadis pape sed nō est illicitum ieiunare feria quinta ergo nec die dominica. Confirmatur quia nō est prohibitum ieiunare feria quinta simpliciter sed tm̄ prohibitum est ieiunare ea causa qua ieiunabāt gentiles et heretici vt patz ex decreto Melchiadis ergo nō est simpliciter illicitum ieiunare die dominica. Quarto ieiunium diei dominice non est illicitum nisi quando fit ex cōtemptu ergo nō est semper illicitū. antecedens patet per glosam super decretum illud Melchiadis patet etiam per illud quod habetur distinctio. tertia capl. Si quis tanq̄z. vbi expressa fit mentio de contemptu vt patet supra in probatione septime conclusionis. Quinto omnis cōstitutio humana propter aliquam causam instituta cessante causa non obligat sed institutio nō ieiunandi die dominica instituta est propter aliquam causam puta ad discernendum inter ieiunia catholicorū et nō catholicorum et ad reprobandum ieiunia Manicheorum ergo qui deuotione aut causa sanitatis aut continentie ieiunat illa die nō peccat.

Solutiōes. ¶ Ad primam concedo auctoritatē Hieronimi. sed ex ea nullomō habetur q ieiunium sit omni tempore licitum. si enim eius virtutis essemus vt omni tempore ieiunare possemus sine molestia et difficultate melius esset actum nobiscum et hoc optat Hieronimus sed cum hoc staret q nō esset licitum ieiunare die dominica per idem enim cōcluderetur eodem modo q licitum esset ieiunare in die resurrectionis cuius oppositum legitur esse reuelatum cuidam sancto patri cui dictum est hodie est dies resurrectionis ieiunare non debes. Ad secundaz dico q tempore beati Pauli non erat adhuc facta prohibitio: ideo licebat ei quod nunc non licet. Ad tertiam nego maiorez est enī alia causa huius et illius et vrgentior de vno q̄z de alio. Et ad probationem dico q preter illam causam cōmunem sunt alie cause partiales puta quia rememoratio resurrectionis domini est maioris necessitatis q̄z rememoratio ascensionis dominice. Ad confirmationez concedo antecedens sed dico q aliomō prohibitum est de die dominica vt patet in decretis allegatis ad septimaz conclusionem. Ad quartaz nego añtecedens et ad primam probationem dico q glosa illa contradicit textui vt patuit in probatione conclusionis. Ad secundam probationem dico q inter cap. consilij gangrensis nō legitur in forma illa in qua allegat Gracianus sed in illa forma in qua allegatum est probatione tertia septime conclusionis vbi non fit mentio de contemptu. dico secundo q si habeatur in illa forma dico q li. in eiusdem diei contemptum non construitur cum hoc verbo ieiunauerit sed construitur post illud anathema sit. primo modo enim esset sensus si quis ieiunauerit in contemptum diei dominice credens hoc scilicet ieiunare in contemptum diei dominice conuenire id est velle esse ad consequendum anathema sit. Secundo modo sensus est si quis ieiunauerit die dominica credens hoc velle esse ad consequentiam anathema sit in contemptum illius diei .i. quia illū diem contēpsit in q̄ fit rememoratio dñice resurrectionis et magis credo hunc fuisse sensum decreti q Paulus et Anthonius qui maxie studebant ꝯtinentie diē dñicam nō ieiunādo honorabāt q̄re qui ieiunāt ꝯtempnere videntur. Ad quintam nego maiorem sed bene verū est q cessante causa bene potest destitui per euz qui potestatem habet quod fuerat constitutum et ad minorem dico q illa causa non cessat et q continue q̄zdiu manēt catholici discretio illa facienda est dico preterea q multe sunt alie cause illius institutionis vt supra habitū est que non cessant nec ad hoc q causa cessare dicatur sufficit q ego non intendam illaz causam quia q̄zuīcunq̄ non intendam in ieiunio meo causaz illaz alius tamen poterit eam intendere in eodem ieiunio meo nec vales dicere q causa sanitatis et c̄ quia per abstinentiam debitam sine ieiunio ita competenter poterit sanitati prouideri. Et si obiciatur de multis pauperibus qui propter ciborum penuriam ieiunare etiam die dominico plerumq̄ coguntur quos non est credendum peccare. Ad hoc dico q penuria ciborum bene necessitat ad non comedendum sed non ad ieiunandum quia non omnis cessatio comestionis plusq̄z semel est ieiunium sed illa tantum que est proposita et intenta si quis enim proponens de mane prandere et contra die in proposito continuās cū esset cenandum careret cibis aut violenter detineretur taliter q cenare non posset non propter hoc ieiunare diceretur quia cessatio a comestione non sequeretur

propositum mentis nec esset voluntarie imperata sed ex necessitate concepta. Ratio ante oppositum soluta est ex dictis.

Consequenter agendum est de vicio opposito abstinentie scilicet de gula et queritur. Utrum gula sit peccatum mortale? Arguitur quod non gula nulli precepto decalogi contrariatur ergo non est peccatum mortale In oppositum est communis opinio gulam inter peccata mortalia enumerans. Notandum quod gula non nominat omnem appetitum gustabilis quia cum opponatur abstinentie que posita est circa comestibilia gula proprie non dicit nisi appetitum edendi non quemlibet sed inordinatum tantum. ¶ Prima conclusio Omnis gula deliberata est peccatum probatur omnis actus inordinatus et recte rationi difformis in potestate nostra existens est peccatum sed omnis gula deliberata vel omnis appetitus inordinatus cibi est actus recte rationi difformis in potestate nostra existens ergo omnis talis est peccatum quod sit actus inordinatus etc. patet quia recta ratio dictat non esse tantum appetendum aut dictaret si nesciret et contra hanc rationem appetitur tantum. Quod sit in potestate nostra patet quia voluntas non necessitatur appetere contra iudicium rationis et potest reprimere omnem actum appetitus sensitiui contra iudicium recte rationis appetentis dixi autem gula deliberata ut intelligatur actus appetendi pro tempore illo pro quo per deliberationem rationis potest impediri quia de gula non deliberata que scilicet precedit omnem deliberationem rationis et pro mora illa pro qua non potest haberi deliberatio vel repressio spontanee passionis insurgentis dubium est an sit peccatum quod terminari habet cum terminabitur questio de primis motibus an sint peccata probatur secunda conclusio per Gregorium .xx. mo. dicentem quod ad conflictum spiritualis agonis non assurgitur si non prius intra nosmetipsos hostis positus gule videlicet appetitus edomatur sed omnis interior hostis hominis qui est actus vel habitus est peccatum cum ergo gula sit huiusmodi hostis et sit actus vel habitus sequitur quod est peccatum dixi autem hostis qui est actus vel habitus quia non omnis hostis hominis est peccatum diabolus enim caro et mundus sunt hostes hominis que non sunt peccata similiter qualitates corporales inclinantes ad peccata sunt hostes hominis et tamen non sunt peccata cum aliquando insunt a natiuitate Tercio quicquid contrariatur virtuti morali est vicium sed gula contrariatur virtuti morali puta temperantie ergo gula est vicium.

¶ Secunda conclusio gula non habet quod sit peccatum ratione materie sue absolute quia materia gule possumus vel conformiter ad rectam rationem cum illa eadem sit materia temperantie igitur. Secundo quicumque cibus potest sumi sine peccato ergo vnus cibi non habet quod sit peccatum ex parte materie antecedens patet per illud apostoli i. ad thi. iiii. quarto omnis creatura bona et nihil reiciendum quod cum gratiarum actione suscipitur Secundo probatur per illud saluatoris mat. xv. non omne quod intrat in os coinquinat hominem hoc deducit diffuse Augustinus contra faustum et alios manicheos qui censebant vsum animalium esse viciosum et culpabilem et solum viuebant fructibus non audebant ipsi decerpere et colligere propter homicidium quod dicebant eis inesse partem anime rationalis et diuinitatis substantiam. ¶ Tercia conclusio gula habet quod sit vicium a circumstantiis vel ventris vel cibi ad ventrem comparati patet ab hiis habet gula quod sit vicium a quibus habet quod temperantie repugnet sed ab huiusmodi circumstantiis habet gula quod temperantie repugnet igitur Secundo ab hiis habet gula quod sit vicium a quibus habet quod non sit eius conueniens vsus et rationi conformis sed hoc habet ab huiusmodi circumstantiis ergo ab hisdem habet gula quod sit vicium. Tercio contingit in cibo deserere ordinem rationis aliquando ex eo quod vsus cibi repugnat bone habitudini tam anime quam corporis / aliquando vero quia est contra honestatem aliquando quia est supra substantiam sed ista tria proueniunt ex circumstantiis vel materie vel ventris igitur maior patet quia istis modis deseritur regula temperantie supraposita cum de temperantia agebatur sed secundum hanc sumitur ordo rationis igitur. Minor probatur quia quod cibus repugnet bone habitudini corporis vel anime hoc contingit aut ex quantitate cibi quia scilicet est nimius aut ex qualitate cibi puta quia vel est ventosus vel fumosus nimium aut etiam ex venena qualitatibus propter quas cibus sibi est nociuus qui aliis est conueniens immo respectu eiusdem idem cibus est vno tempore conueniens qui alio tempore non est vtilis. ¶ Quod autem cibus sit contra honestatem contingit tripliciter. aut quia vsus disconuenit toti speciei sicut vesci carnibus humanis disconuenit toti speciei humane in tantum quod illi qui carnibus humanis vescuntur appellantur bestiales et inhumani aut disconuenit non toti speciei sed vni genti vel vni regioni vel prouincie vt vti limacibus aut serpentibus aut aliis que in abhominationem essent presentium. Tercio modo aliquid est contra honestatem quia eius vsus est prohibitus aut simpliciter aut pro tempore sicut vti carnibus in quadragesima aut diebus quibus non licet vel propter prohibitionem esset contra honestatem. ¶ Quod vero cibus sit supra substantiam contingit dupliciter. vno modo quia substantia ventris notabiliter diminuitur plusquam decet ex huiusmodi vsu ciborum. secundo modo quia secundum regularem modum viuendi hominum vsus cibi fructus non propter nimios sumptus sed voluptatis causa excedit conditionem vtentis vt si rusticus potens et diues cibis quos principes et nobiles precipuos habent regulariter vteretur. Quod si cibus voracius sumatur pertinet ad primum modum et sequitur et prouenit ex circumstantia ventris. Ad primum quidem quia nocumentum infert corpori. Ad secundum quia est contra honestatem. Si frequenter sumatur hoc etiam est contra honestatem et interdum contra dispositionem corporis et anime si loco vel tempore indebitis est etiam contra honestatem quia illicitum. Constat autem quod in hiis obligatis

Prima conclusio

Secunda conclusio

Tertia conclusio

Tripliciter contingit quod cibus sit contra honestatem.

Dupliciter contingit quod sit supra substantiam.

prouenit ex circumstantijs vel vtentio vel materie.

Quarta conclusio. ¶ Quarta conclusio. Non habet gula q sit vitium ex eo precise q vsus cibi est delectabilis. ista conclusio manifeste patet ex Aristo. tertio ethicoruz vbi ponit temperantiam consistere in moderata delectatione et ibi diffuse probatum est q nō omnis delectatio in cibo et potu est illicita nec omnis appetitus cibi propter delectationem est illicitus Ex quo patet falsitas opinionis eoruz qui dicunt q licet indigens cibo et potu cum delectatione comedat et aliquando plus et aliquādo minus secundū qualitatem cibi et dispositionez gustus que delectatio non est mala eo q est naturalis complacentia tamen in cibo et potu propter ipsam delectationem non propter sustentationez est vicium Hec enim pars secunda est falsa quia delectatio ipsa nō est de se mala sed tantuz quando egreditur limites rationis sed non egreditur limites rationis nisi sit contra dispositionem corporis et anime contra honestatem aut supra substantiam vt patet ex Aristotele tertio ethicorum igit. non omnis complacētia in cibo et potu propter delectationem est vitiosa.

Quinta conclusio. ¶ Quinta conclusio. non tantuz sunt quinq species gule scilz debiti temporis preuentio/lauticio/gastrimargia/voracitas/accuratio/ preuentio cum sez preuenitur in edendo debitum tempus. lauticies id est preciositas cibi. gastrimargia id est ingluuies vel excessiua sumptio. voracitas cum cibus nimium ardenter et sine debita masticatione sumitur. accuratio cum nimis studiose preparatur. Istas enim quinq species inter quas omnes alias contineri putant nonnulli doctores enumerant tanq̄z sufficienter diuidentes totum genus gule et istas species isto versu signant. Pre/ propere /laute/nimis ardenter studiose. Ista opinio non videtur michi vera et arguitur sic. Qui vtitur cibo prohibito puta carne die veneris peccat peccato gule et tamen secundū nullā istarum specierum peccat igitur. maior est nota et minor probatur quia nec preciosos cibos querit nec nimis accurate preparatos nec excedit in quantitate nec preuenit debitum tempus comedendi nec omittit debitum modū in edendo. Secundo qui comedit pluries q̄z debeat puta in die ieiunij vel q̄z honestum sit licet etiam non faciat excessuz in quātitate talis peccat peccato gule et tū nullo p̄dictorum modorum peccat. Tertio qui vtitur cibo cōtrario bone habitudini corporis sui vel anime peccat peccato gule et tamen nullo predictorum modorum peccat vt probari potest inducendo. Et si dicas q nimis ardenter cibum cupit. Contra secundum Thomaz ille dicitur nimis ardenter vti cibo qui non obseruat modum debitum in vtendo sed talis obseruat modum debitum et tamen peccat quia cibus non est ei conueniens igitur et q̄uis possent ita extendi iste species q comprehenderent alias omnes tamen vt exposite sunt a beato Thoma et ab alijs communiter loquentibus nō complectuntur omnes species gule ideo michi necessarie videtur.

Tres species gule secundum auctorem. ¶ Primo diuidam gulam in tria genera primū est cum vtimur cibo contra bonam habitudinem anime vel corporis. Secundo cum vtimur cibo contra honestatem. Tertio cum vtimur cibo supra substantiaz primum genus diuiditur in tres species secundum q nocumentum ex tribus prouenire potest. Vnomodo ex parte qualitatis cibi quia sez cibus est disconueniēs. aliomodo ex parte quantitatis cum sez sumitur in nimia quantitate. tertiomodo ex parte modi sumendi vt cum nimis voraciter nec bene masticat quare nec bene digeritur et per consequens noret sub isto genere continetur etiam peccatum gule quod prouenit ex preuentione temporis cum sez preoccupatur tempus debite comestionis cum scilz sumitur cibus posterior anteq̄z facta sit prior digestio. Secundum genus diuiditur in duas species secundum q aliquid dicitur contra honestatem dupliciter. vnomodo ratione precepti vel prohibitionis. aliomodo ratione iudicij rationis cessante omni precepto. primomodo anteuenire horam quam preuenire prohibitum est: est contra honestatem similiter pluries refici in die cum prohibitum est pluries refici est contra honestatem. Similiter vti lacticinijs aut carnibus cum hoc prohibitum est: est contra honestatem. Secundomodo contra honestatem est vesci carnibus humanis aut alijs quorum vsus esset futurus in abhominationem. Similiter pluries refici q̄z decet in die puta quinq aut sex vicibus cōtra honestatez esset. Similiter ex loco et tempore potest interdū esse vsus cibi contra honestatem vt si quis in ecclesia et tempore seruitij diuini vellet comesationibus. Tertiuz genus diuiditur in duas species quia vnomodo aliquid est supra substantiam quia excedit condescentiaz status, aliomodo quis excedit prouentus et reditus sicut supra declaratum Ex his patet q sunt multo plures species gule q̄z quinq.

Cōtra primā cōclusionē. ¶ Contra primam conclusionem arguitur sic. Omne peccatum coinquinat hominem sed gula non coinquinat hominez ergo gula non est peccatum. minor probatur per dictum xpi Mathe. decimoquinto Nō intrat in os nō coinquinat hominez. Secundo nullus peccat in eo quod vitare non potest sed immoderantiam cibi que est gula homo vitare non potest secundum illud Gregorij xxx. moralium quia per esum voluptas necessitati miscetur quid necessitas petat et quid voluptas suppetat ignoratur et Augustinus. x. confessionum ait quis est domine qui aliq̄tulū extra metas necessitatis cibum nō sumit. Tercio in quolibet genere peccati primus motus est peccatum sed primus motus sumendi cibum non est peccatum alioquin sitis et fames essent peccata. Quarto nullus actus potētie vegetatiue est peccatum sed vti cibo est actus potentie vegetatiue ergo nullus vsus cibi est peccatuz Quinto secunduz aristotelem in tercio ethicoruz in concupiscentijs naturalibus non est peccatum sed appetitus cibi est cōcupiscentia naturalis ergo appetitus cibi non est peccatum. Sexto aliquis potest estimare cibum in aliqua certa quantitate que secundum veritatem est nimia esse sibi necessariū sed in hoc est excessus secūduz quantitatem cibi/ et est gula et tamē non est peccatum

Solutiões. ergo non omnis gula est peccatum. Ad primaz concedo maiorem et minorem nego/ et ad probationem dico q licet illud quod intrat in os non coinquinet hominem voluntas tamen inordinate mittendi in os coinquinat hominem et hec voluntas et non ipse cibus dicitur gula. Ad secundam nego minorem de immoderantia cibi notabiliter sensibilis et ad probationem dico q potest cognosci illud quod voluntas superaddi vult notabiliter et sensibiliter vltra id quod potest rationabiliter sumi per hoc quod tale notabiliter grauat naturam si autem id quod vltra sumeretur non esset notabiliter sensibile tunc nõ faceret peccatuz. secus placet solutio thome dicentis si quis excedat in quantitate cibi non propter cibi concupiscentiam sed estimans id sibi necessariuz esse non pertinet hoc ad gulam sed ad aliquam imperitiam hoc enim mihi videtur dubium nam vnicuique virtuti morali conuenit sua prudentia que si desit non dirigetur opus illius virtutis conformiter ad rectaz rationem et ex defectu regule qua dicetur peccare

Duplr pec cat9 ctra ali quã vtutez contra virtutem illam sed bene verum est q contra aliquam virtutez peccatur dupliciter vno modo quia voluntas inclinatur contra iudiciuz recte rationis, alio modo ex errore existente in ratione cuius opposita noticia necessaria est ad actuz illius virtutis peccat enim contra iustitiam non solum ille qui contra iudiciũ recte rationis quam habz dat iniquã sententiam sed etiam ille qui ex errore rationis quem tunc non habere tenetur iniqz sententiam profert. Secũdo actus illius de quo arguitur est actus human9 aut igitur est act9 virtutis moralis et hoc non quia non est recte rationi conformis aut est act9 vicij moralis et constat q nõ nisi gule igitur est actus gule non quidem ex mala cõcupiscentia sed ex peruerso errore procedẽs possibile est tamẽ et aliquando contingit frequenter q mala concupiscentia est erroris inicium. Ad terciã dico q maior est dubia: sz de illa aliud et ea concessa nego consequẽtiaz quia non omnis primus motus sumendi cibuz est primus motus gule: quia aliquis primus mot9 sumendi cibũ est ordinatus. Ad quartam nego maiorẽ licet enim actus potẽtie vegetatiue facta applicatione actiuorum ad passiua sit naturalis et non in potestate nostra ipsam tamẽ applicationẽ precedit act9 voluntatis nostre libere qui est bonus aut malus ordinatus aut inordinat9 a quo omnes actus exteriores consequentes dicuntur aut boni, aut mali. Est tamen aduertendũ q actus potentie vege

Act9 potẽtie vegetatiue duplices tatiue sunt duplices quidẽ sunt cõsequentes actũ liberum voluntatis circa quos est actus appetitus tanqz circa obiectum et de istis loquor alij sunt precedẽtes et mere naturaliter causati sine actu aliquo voluntatis preuio puta sicut vel esuries et tales non sunt mali sed interdum inclinant et incitant ad malos act9 et tunc prohibendi sunt nõ quidem ne insint quia hoc nõ est in potestate nostra sed ne habeant effectum sue motionis et impulsionis quem effectuz habere non possunt sine cõsensu libero voluntatis Ad quintã nego maiorem hoc enim non habet aristoteles sed bene habet q secundum cõcupiscentias naturales tantum vno modo peccatur quod supra diffuse expositum est. Ad sextam concedo maiorem et nego q non sit peccatum et de hoc dictum est in responsione ad secundam. Contra terciam conclusionem arguitur sic circumstantie non faciunt actus Cõtra terciã cõclusionez quorũ sunt circumstantie specie differre sed in gula reperiuntur multa peccata specie differentia vt supra dictum est ergo gula non habet q sit peccatum a circumstantijs maior patet quia differentia specifica est essentialis circumstantie autem non pertinent ad essentiam rei. Tum secundo quia videmus q vnus actus secundum speciem fit primo propter vnum finem et postea propter alium Tum tercio quia si sic sequeretur q quando actus continuaretur per horam esset alius secundum speciem in prima medietate hore et in secunda et de die et de nocte quia est alia et alia circumstantia. Ad hanc rationem concedo maiorez Solutio. sed dico q que sunt circumstantie respectu vnius actus puta exterioris sunt obiecta respectu alterius puta respectu interioris licet ergo circumstantie non faciant differentiam specificam in actib9 exterioribus quorum sunt circumstantie faciunt tamen differentiam specificam in actibus interioribus quorum sunt obiecta eo modo quo obiectuz est causa specifice differentie in ipso actu et ex hoc patet responsio ad reliquas probationes que de exterioribus actibus et non de interioribus habentibus ipsas circumstantias pro obiectis procedunt nam actus interior qui habet primam medietatem et non secundaz hore pro obiecto est specie distinctus ab eo qui habet secundam medietatem hore et non primam pro obiecto.

Contra quintam conclusionez arguitur auctoritate Gregorij .xxx. moraliuz et recitatur de cõ- Cõtra quĩtã cõclusionez secratione dist. v. dicentis quinque modis nos gule vicium tentat aliquãdo nempe indigentie tempus preuenit aliquãdo lautiores cibos querit aliquando que sumenda sunt preparari accuratius appetit aliquando in ipsa quantitate cibi sumendi mensuram refectionis excedit aliquando ipso estu immensi desiderij peccat quanto etiam quod desiderat sit abiectius ergo tantum sunt quinque species gule. Secundo arguitur per versum illum magistralem vulgatum apud omnes: prepropere: laute: nimis: ardenter: studiose in quo tantum quinque gule species tanguntur. Tertio omne peccatum gule importat inordinatam concupiscentiam edendi aut ergo inordinatio attenditur ex parte cibi aut ex parte sumptionis si ex parte cibi aut ex parte quantitatis et tunc est vna species aut ex parte substãtie et sic est alia quia queritur cibi nimia lauties et preciositas aut ex parte qualitatis vt cum nimis accurate preparantur et tunc est vna alia species. Si autem inordinatio proueniat ex ipsa sumptione cibi hoc est dupliciter quia vel preuenit tempus comedendi et sic est vna species aut non seruat debitum modum in edendo et sic est alia species cum ergo sit hic tacta diuisio sufficiens ex pacicio per membra sequitur q non sunt plures species gule qz quinque. Quarto secundum ysidorum non nisi quattuor sunt species ergo nõ sunt plures qz quinque antece

dens patz per illud quod habet q̄ gulosus exce-dit in cibo secundum quid/quantum/ quomō/ et quando Quinto in sumptione cibi non prouenit aliqua deordinatio ex loco et tēpore ergo ex par te istorum nō sumunt aliqne species gule antece dens patz quia in eis nō inuenitur aliquod diffe-rens motiuū pertinens ad vsum cibi. Sexto quot sunt motiua ad peccatum gule tot sunt gule spe-cies. sed nō sunt nisi quinq̧ motiua ad peccatum gule ergo nō sunt nisi quinq̧ species gule. maior pa tet qz in quibuscunq̧ vicijs diuerse circunstantie habent diuersa motiua ibi solum scḋm diuersita tem circunstantiarum accipienda est diuersitas

Solutiōes. specierum. ¶ Ad primū concedo auctoritatem Gregorij: sed verba eius nō sunt exclusiua, omni bus enī illis modis peccetur sed non negat quin alijs modis interdū peccet. Ad secundū dico q̄ versificator ille supponit Gregoriū verbis supra dictis voluisse diuidere gulā in omnes species in sa et in hoc errauit ideo versus ille nō est magne auctoritatis. Ad tertiā que vr̄ esse sufficientia di-cte diuisionis a beato Thoma assignata eā dicit aut inordinatio sumitur ex parte cibi ⁊c̄. diuisio nem illam admitto q̄uis tamen scḋm rigorē ser monis omne vicium gule pueniat ex parte sum-ptionis cibi qz quantūcunq̧ cibus esset magnus vel delicatus si nō sumeretur nō esset viciū rōne cibi causatū et cū dicitur si ex pte cibi aut ex par te quantitatis aut ex parte substantie aut ex par te qualitatis ⁊c̄. dico q̄ secundum membrū diuisi bile est et tamē tanq̄z indiuisibile proponit et si-militer tertium nā q̄ ex parte substantie prouenit inordinatio ɔtingit dupliciter vnomō quia ci-bus est nimis preciosus et tunc pertinet ad tertiū genus gule. aliomō quia cibus ille nō solet veni-re in vsum et hoc dupliciter. vnomodo vniuersa-liter. aliomodo pro tempore sicut vpradicem est et vtrunq̧ pertinet ad secundū genus gule. Itez q̄ ex parte qualitatis sit inordinatio ɔtingit du-pliciter. vnomō quia qualitas est nociua et discō ueniēs. aliomō qz nimis accurate pcurat vt insit cibo q̄litas oblectatiua gustus primuz ptinet ad primū gen⁹ gule cū sez pacuit iordinatio ex eo q̄ cibus est inductiu⁹ male dispositionis anime vel corporis. Secundum est interdum contra secun dum genus quia contra honestatē: interdum cō-tra tertium quādo sez huiusmodi preparatio est nimis sumptuosa. Cū vlterius dicit si inordina-tio prouenit ex parte sumptionis ⁊c̄. dico q̄ diui sio nō est sufficiens quia non solum illis duobus modis fit inordinata sumptio et scḋm membrū etiam est diuisibile sit enī interdum sumptio inor dinata qz frequentius fit q̄z oportz vt si quis sine causa septies aut decies in die reficiatur interdū qz fit cum est prohibita vt si in die ieiunij bis refi ceretur. interdum quia loco prohibito. interdum quia propter finem maluz vt si quis reficeret cau sa luxurie. Est etiam primum membrū diuisibile nam quis aliquādo dicitur pueniisse tempus per cōparationez ad exigentiam nature vt cū priore cibo nundum digesto posterior cibus sumit̄ inter dum per comparationem ad obligationem prece pti vel laudabilis consuetudinis vt si quis in die ieiunij preuentret notabiliter horam prandij aut celebrantibus pri⁹ comederet ante q̄z seruitium diuinum dixisset ⁊ q̄ hec faciant diuersas species patet quia pertinent ad diuersa genera. Naz pri ma preuentio pertinet ad primum genus secūda ad secundum. Ad quartum concedo antecedens loquendo de speciebus subalternis et nego conse quentiam quia sub hoc quod est aliquid multas species ylidorus comprehendit. Ad quintam ne go antecedens ad probationem nego consequen tiam vt statim videbit̄. Ad sextum nego maiorez species enim et inordinationes specifice in pecca to gule non sumuntur secundum differentiaz mo tiuorum eadez enim concupiscentia cibi sit vt hac die ieiunij in prandio ego excedam notabiliter in q̄titate cibi et vt bis aut ter comedas contra pro hibitionem ecclesie Et tamen constat q̄ non est eadem species peccati similiter eadem concupis-centia siue ego voraciter comedam et tu excessiue comedas et tamen cōstat q̄ sunt distincte species Dico ergo q̄ nec quantitas cibi mouet ad sumē dum cibum: nec voracitas mouet ad sumendum nec accurata preparatio primo mouet ad inordi nationez sumptionis sed inordinata concupiscen tia mouet ad accuratam p̄parationem similiter licet locus et tempus nō habeant rationem moti ui qz tamen concupiscentia cibi mouet ad sumen dum cibum loco et tempore indebitis ideo est in gula deordinatio. nullus enim potest rationabi-liter dicere q̄ preuentio temporis se habet vt mo tiuum respectu cibi sumendi sed inordinata con-cupiscentia mouet et impellit vt p̄ueniatur tem-pus. Ex quo patet q̄ fundamentū opinionis pre dicte ponentis species gule distingui et multipli cari secundū diuersa motiua est omnino nullum Nec est eidem opinioni consonum cum in multis speciebus quas enumerat illa opinio idem moti uum reperiatur vt patuit.

Q Ueritur vtrum gula

sit peccatū mortale. Arguitur q̄ nō gula nō contrariatur p̄cepto diuino ergo gula non est mortale peccatū. In oppositū est cōmunis doctorum opinio. ¶ Notandum q̄ circa hanc questionez opinio Thome consistit in duobus punctis primum est. Cōcupiscentia gu-le sic diuertens hominē a fine vltimo q̄ propter eam explendam paratus est facere contra prece ptum diuinum est peccatum mortale. Secundū concupiscentia gule auertens hominem tantum ab his que sunt ad finem sic sez q̄ nō esset propter eam explendam paratus deserere precepta diui-na non est peccatum mortale sed veniale tantum. Ista opinio iudicio meo non ostendit sufficienter gulam esse peccatum mortale. ¶ Sit igit̄ prima conclusio. gula nō precise est peccatū mortale qz directe auertit a fine vltimo et preceptis diuinis probatur qz vel hoc intelligitur de precepto diui no qđ est de actu ipsius gule q̄ sez prohibet̄ inordi natus vsus cibi et hoc nō qz scḋm eundem docto rem in responsione ad primum argumentum il-lius articuli nullum est tale preceptuz Aut intel ligit de precepto diuino quod est de alijs actibus

Duo pūcta ex btō Tho.

Prīa ɔclo

puta de eo quod prohibetur furtũ vel adulterium et tunc gula nõ esset alio modo peccatũ mortale quã dare elemosinam vel orare vel studere quia licet ista non sint secundũ se peccata mortalia si tamen tantũ esset eorũ desiderium vt paratus esset quis furari vel adulterari vel peierare vt daret elemosinam vel vt studeret et tunc eodẽmodo omnino ista essent peccata mortalia sicut gula. Secundo velle furari ad explendam concupiscentiam gule siue ita inordinate concupiscere cibum vt velit furari vt expleat cõncupiscentiã: aut est peccatũ mortale a quacũq; volitione furti distinctum aut non si non ergo cũ illud peccatũ sit furtum et nulla gula sic furtum sequitur quod gula nõ est peccatum mortale si sit peccatum mortale distinctũ a volitione furti ita q; ille q̃ sic cõcupiscit cibũ ad explendã cõcupiscentiam velit furari peccet duplici peccato mortali vno quia vult furari alio quia tam inordinate concupiscit cibũ vt velit ad explendã concupiscentiã furari et sibi debeatur duplex pena eterna. vna pro peccato furti. alia per peccato gule si primũ sequitur q; supra illatũ est in prima ratione nec potest dici secundũ quia vbi vnũ propter alterum ibi vnũ tantum est sed gula hic tantũ est peccatum mortale propter volitionem furti ergo ibi tantum est vnum peccatũ mortale et tantum vna obligatio ad penã eternã. Tercio volitio furti propter cõcupiscentiam gule explendam est peccatum mortale sed non est mortale peccatum quia est concupiscentia gule quia tunc omnis cõcupiscẽtia gule esset peccatũ mortale ergo precise est peccatũ mortale quia est volitio furti nec potest dici q; est peccatum mortale quia est tam inordinata vt propter eã velit furari. Pro quo probãdo sit quarta ratio volo q; sint duo quorũ vnus habeat ita inordinatam concupiscentiam gule vt si sciret q; furando ipse potest eam explere ipse furaretur nichil tamen cogitet nec vnquam cogitauerit de furto faciendo ad concupiscentiam explendam alius vero habeat equalem concupiscentiam gule et de facto vellet furari vt eã expleat tunc sic aut quilibet istorum peccat mortaliter peccato gule aut non: nõ potest dici q; non quia concupiscentia gule in eis est equalis et equaliter inordinata vt supponitur ex casu ergo si vnus peccat mortaliter peccato gule et alius sic. Tũc arguitur sic. Iste peccat mortaliter peccato gule et non quia velit furari aut aliud preceptũ diuinũ transgredi vt concupiscentiam gule expleat quia per casum nullam volitionẽ furti habet immo nec cogitat nec vnq̃ cogitauit de furto vt per ipsũ cõcupiscentiã expleat. Nec potest dici q; peccat quia paratus est sic velle licet non habeat actualem volitionem quia si sic sequeretur q; omnis habens habitum viciosũ mortaliter secundũ gradum intemperãtie siue malicie semper nouo peccato peccaret mortaliter patet consequentia quia per te ad hoc q; aliquis dicatur paratus peccare non exigitur actualis volitio sed sufficit habitus ad ita volendum disponens sed qui habet habitum viciosum mortaliter secundum gradum intemperantie habet habitum malum maxime disponentẽ ergo talis est maxime paratus ergo continue nouo peccato peccat. Quinto volo q; sint duo quorum vnus velit furari vt det elemosinã ita q; voluntas dandi elemosinã sit in eo tam inordinata vt velit furari gratia exequẽdi eã alius vero velit furari vt expleat concupiscentiã gule et sit in eis voluntas furandi equalis et cetere circunstantie pares preter circunstantiam finis vt dictum est tunc sic constat q; vterq; horũ peccat mortaliter quia quilibet vult facere contra preceptum diuinũ aut ergo peccant mortaliter equaliter aut inequaliter si inequaliter ergo circunstantia gule per modum finis aggrauat peccatum mortaliter et per consequens de se est mortalis si equaliter tunc Arguitur sic iste habet ita inordinatam concupiscentiam gule q; propter eã explendã vult furari et tamen huiusmodi circunstantie postrio non aggrauat peccatũ furti mortaliter ergo inordinata concupiscentia gule propter quã quis paratus est facere cõtra preceptum diuinũ non est peccatum mortale. Sexto inordinata concupiscentia gule per quã quis sine contẽptu paratus est facere cõtra preceptũ ecclesie obligans ad peccatũ mortale est pctm̃ mortale vt inordinata concupiscẽtia qua quis ex fragilitate vult pluries eadẽ die. xl. comedere sed constat q; non omnis talis est qua quis sit paratus facere contra preceptum dei immo multi sũt si scirent ieiuniũ. xl. esse ex precepto diuino ieiunarẽt q̃tamen nõ ieiunãt quia sciunt esse ex precepto ecclesie igitur maior videtur esse beati Thome postquã ecclesiam posse obligare ad peccatum mortale et minor est nota. Septimo concupiscentia gule inducens aliquem voluptatis et non necessitatis causa ad vescendũ carnibus humanis est peccatũ mortale sed talis concupiscentia non inducit neq; reddit hominẽ paratum ad faciendum contra preceptũ diuinũ cum nullo diuino precepto hoc sit prohibitũ igitur maior probatur quia talis concupiscentia est bestialitas et est gula contra naturã eomodo quo sodomia est luxuria contra naturam. Hec conclusio per consequens magis apparebit. Sed quia discutere que concupiscẽtia gule sit peccatũ mortale et que venialis dependet ex distinctione peccati mortalis a veniali ideo multa remittenda sunt ad materiam illam sed aliqua dicentur de speciebus gule prius enumeratis. Octauo si sic sequeretur q; concupiscentia gule in aliquo esset peccatum mortale qua maior eiusdẽ speciei in alio existens non esset peccatum mortale consequens videtur omnino absurdũ et patet consequentia volo q; Johannes facilius in triplo inducibilis sit ad faciendum contra preceptum diuinum q̃ petrus et q; in petro sit cõcupiscẽtia gule in duplo maior q̃ in Johanne concupiscentia tamen Johannis reddat eũ paratũ ad faciendũ contra preceptũ diuinũ sed cõcupiscentia petri nõ sic petrũ paratũ reddat tunc sic concupiscẽtia gule Johãnis est pctm̃ mortale et cõcupiscentia petri nõ est pctm̃ mortale et tñ concupiscentia petri est in duplo maior igitur sic igitur. ¶ Secũda cõclusio aliquis vsus cibi quo quis perturbat bonã dispositionem corporis vel anime non est peccatum mortale ali- Scda cõclo

quis est peccatum veniale et aliquis est peccatum mortale. Primum patz qz aliquis procedit ex errore inuincibili et aliquãdo ex cõsilio eorum quibus regulariter credendum est cõstat autem q̃ licet talis actus sit inordinatus error tamẽ excusat ne imputetur ad penam eo q̃ est inuincibilis Secũdo aliquis talis visus cibi etiam scienter factus est laudabilis ergo aliquis talis nõ est peccatum imputabile. Antecedens patz de visu cibi qui pro tẽpore suo perturbat bonam habitudinẽ vt per hoc excitata natura sese a superfluis exhoneret vt tandem melior habitudo et anime ⁊ corporis recuperetur. Secunda pars probatur qz aliquis talis visus cibi est qui nocumentũ infert paruum et pro paruo tempore qui neqz fit cum notabiliter excessiua voluptate neqz cum magna deliberatione. Tertio probatur qz est aliquis visus cibi qui vtenti infert nocumentum notabiliter sensibile qui fit etiam ɔ̃tra consiliuz prudentũ et sapientum quibus tenetur in tali casu credere imo vtens habet conscientiam dictantem sibi q̃ cenetur non vti igitur visus talis est peccatũ mortale Secundo aliquis est hmõi visus cibi ex concupiscentia factus qui talis est q̃ inducit vehementissime vtentem ad aliquod graue peccatum et scit certitudinaliter vtens per experientiã q̃ post cõsimilem visum ipse incidit in peccatum consimile sed constat q̃ quicunqz exponit se periculo peccati mortalis nõ solum circumdanti sed inuoluenti peccat mortaliter igit. hoc autem gule genus vt dictum est contingit multipliciter. Unomõ cum exceditur in quantitate et de hijs scribitur illud psalmiste. Manducauerũt et saturati sunt nimis et hi excessiua in quantitate nõ solum sunt in cibis delicatis sed etiã in cibis grossis et vilibus et potu vili secundũ illud Ezechie. xvi. Hec fuit iniquitas sororis tue sodome saturitas panis et aque. Nam ex superfluo esu panis ⁊ potu aque põt grauamen notabile nature contingere qui potest etiam fieri ad luxuriam et ad alia quidem vicia vehemẽs impulsio et q̃ in excessiuo visu panis et aque hoc vicium ɔ̃tingat habet Cassianus libro quinto de vitijs aliquando contingit cũ peccatur in qualitate puta cum cibus quem concupiscimus est nature nostre disconueniens. Tertio cum preuenit horã vt puta cũ crudum apponitur crudo et indigesto appõitur nostre disconuenientẽ. Quarto cuz nimium ardenter et nimis voraciter comedimus ita q̃ cibus non bene masticatus mittitur ad stomachum Ex quo vicio multa discrimina nature contingunt. ¶ Ex parte autem qualitatis contingit tripliciter. Unomodo ex parte qualitatis consequentis cibum a tota specie et hoc essentiali vel accidẽtali. essentiali vt si alicui visus essz notabiliter nociuus aliquãdo a specie accidentali vt si alicui mutones biturici vel lemouici nociui essent. Secundomõ ex parte qualitatis consequentis transmutationem aliquã ratione cuius sit disconueniens humano corpori vt qui vtitur carne iam corrupta et iam male olente. Tertiomõ ex parte ꝑparationis inepte vt si quis vteret carnibus aut piscibus male coctis. l. nõ quantũ complexio exigit. In his autem nec in sequentibus debet esse absoluta consideratio sed comparatiua. Nam qd est nimium homini debili est nimis paruz homini fortis caloris ⁊ bone digestionis et qd sanũ est vni alteri est disconueniẽs et quod nõ satis est coctum isti nimis est coctum illi. Ista habent ab Aristo. secundo ethicor. vbi exemplificat de milone. Habet etiam Machei. xi vbi dicitur. venit Johannes baptista nõ manducans neqz bibens ⁊ dicunt demoniũ habet. Uenit filius hominis mãducans et bibens et dicunt ecce homo vorax ⁊ potator vini et iustificata est sapientia ab omnibus filijs qd exponẽs Augustinus ait. ostendit filios sapientie intelligere nec in astinendo nec in manducando esse iusticiam sed in equanimitate tollerandi inopiam et temperandi abundantiã et nõ se corrũpẽdi. Qd autẽ excessus iste sit aliquando peccatũ mortale habet glosa sup illud Greg. qd habetur quarta distin. cap. Deniqz. deniqz sacerdotes et diaconi. ⁊c. et paulopost. de ips vero die dominica hesternus qd nã dicendũ sit cũ omnes laici et seculares illa die plus solito et ceteris diebus accuratius cibos carnium appetãt ⁊ nisi nous quadam auiditate vsqz ad medias noctes se ingurgitant nõ aliter se huius sancti tẽporis obseruationem suscipere putant quod vtiqz nõ rationi sed voluptati imo cuidam mentis cecitati ascribendum est. Unde nec tali consuetudini inerti possunt et ideo cum venia iudicio suo relinquẽdi sunt vbi glosa cum venia scz temporalis ꝑsentionis sed non gehennalis ex quibus verbis glose apparet qd peccant mortaliter quod verũ puto vbi excessus est notabiliter in detrimentum bone dispositionis tam anime q̃z corporis. Nec eos excusat erroneum iudiciũz cui eos relinquendos dicit Gregorius qz illud iudiciũ est totaliter vincibile et confutabile. Dominus autem florentinus vult illa Gregorij verba de die carnisprluij intelligi et cõmuenit aliquantulum textum. puto eniz magis intelligi debere de diebus dñicis quadragesime. Contra preuenientes horam scribitur ecclesiastici quarto. Ue tibi terra cuius rex puer est et cuius ꝑncipes mane comedunt. Et ysaye quarto ve qui surgitis mane ad ebrietatem sectandam ¶ Tertia conclusio visus cibi contra honestatez aliquando nõ est peccatum imputabile aliqñ est peccatum veniale ⁊ aliquando mortale. Prima pars probatur qz aliquãdo est error inuincibilis q̃ sit contra honestatem aliqñ est necessitas cogit ita facere et tunc quod alias fuit contra honestatem interueniente necessitate desinit esse contra honestatem vt comedere carnes in q̃dragesima aut vti carnibus hũanis vbi nõ subest aliud edendũ Secũda pars patet vt si quis ianuaretur in die ieiunij aut qz nesciunt extra ieiunium aut qz ꝑpter alias occupationes nõ considerauit. Tertia probatur vt si quis sine necessitate sed sola concupiscentia et delectatione opposita vescerent carnibus humanis aut omitteretur ieiunium quadragesime aut in quadragesima vescentur carnibus ⁊ lacticinijs. talis enĩ peccaret mortaliter supposito q̃ ecclĩa obliget ad ꝑdicta sub pena peccati mortalis de quo alibi videbitur. Contra autem honestatem esce dico que ꝑpter horrorez aut propter

Tertia ɔ̃clo

preceptum aut propter insuetudinem habentur
tanq̄ȝ illicita. i. voratius comedere frequentius
quam oportet comedere nimium notabiliter diu-
tius q̄ȝ decet accubare mense secundum q̄ᵽ inde-
centis sunt contra honestatem ꝛ pertinēt ad secū-
dum genus secundum q̄ᵽ grauantia naturam ad
primum genus pertinent. Quarta conclusio ali-
quis vsus cibi qui est supra substantiam aliquā-
do non est peccatū imputabile sed actus lauda-
bilis aliquando est peccatum veniale ꝛ aliquan-
do peccatū mortale. Prima pars patet quia ali-
quando necessitas male valitudinis hoc exigit
pro tempore et sic ita peritorum medicorū consi-
lio quibus non obedire peccatū est cum recta con-
scientia dictet salutem corporis esse bonis exteri-
us preponendam ꝛ necessitati nullam esse legem
impositam in tali igitur casu licet alicui vel pro
tempore cibis quorum vsus supra statū suum est
positus ꝛ etiam pro quorum impensis licet nota-
biliter de bonis fortune exponere quod extra ne-
cessitatē facere non liceret quia vnusquisq̄ȝ se pl⁹
obligatur sustentare quam familiam ꝛ se nunc ꝛ
es pro tempore presenti q̄ȝ sibi ipsi pro tempo-
re futuro preuidere cū ꝓmisso pro tempore fu-
turo sit inanis si ante tempus illud alenda sub-
stantia deperat. Secunda pars patet quia con-
tingit aliquando q̄ᵽ propter concupiscentiam im-
plendam non sit detractio substantie q̄ȝ certū sit
ei qui facit eam esse notabiliter supra substantiaȝ
suenorabiliter excedere facultates qui error non
prouenit aliquando nisi ex negligētia aut incon-
sideratione venialiter culpabili. Item contingit
aliquando q̄ᵽ non sit continuatio huiusmodi ipen-
sarum. Tercia probatur quia contingit aliquan-
do propter sumptus continuatos supra exigenti-
am status sui proxim⁹ q̄ᵽ damnabiliter scandali-
zatur. Contingit etiam q̄ᵽ propter sumptus facul-
tates excedentes familia non potest diu sustenta-
ri ꝛ patre familias ad inopiam redacto neq̄ȝ libe-
ri vt decet aluntur neq̄ȝ filie nuptui traduntur ne-
q̄ȝ hereditates a patribus suscepte integre seruan-
tur sed vel alienantur vel notabiliter deteriorā-
tur per hunc enim modum cōmunitas domus ꝛ
bona eius contra rectum rationis dictamen ma-
le reguntur distrahuntur seu alienantur adeo vt
hostis seuiendo non tanta mala rapinis ꝛ incen-
diis inferant quanta mala iste qui debet esse tu-
tor auctor familie pascendo ne cutando ventreȝ
inferre cognoscitur. Diximus autem supra duos
modos quibus sumptus dicitur esse supra substā-
tiaȝ vnus est cū est maior q̄ȝ status exigat secun-
dus cum est maior q̄ȝ facultas ꝛ reditus ferre
possint aliquando aliquid est supra substantiam
primo modo et non secundo vt si mercator po-
tens ꝛ diues vtetur apparatu nobiliuȝ aliquan-
do etiam aliquid est supra substantiam scđo mo-
do ꝛ non primo mō vt si nobilis de pauperatus
vteretur apparatu quo vtebatur cum erat opulē-
tus sic preterea tam in cibis preciosis q̄ȝ in appa-
ratu sumptuoso/sic etiam in excessiua q̄ȝtitate vt
patet de multis qui licet non excedant substanti-
am in preciositate ciborum in q̄ȝtitate tamen ex-
cedūt nec sufficere possunt sumptib⁹. Sit preterea
in mensa nimiū protrahendo ac etiam preparan-
da in his maxime quos vite gratia laborare et ne-
gotiari oportet hi eniȝ licet non faciant sumptus
supra substantiā ꝛ facultates quādo dāt operā la-
bori quia tū propter nimiam protractionē mense
nō possunt intendere laborib⁹ ideo ex gula fit vt
nimiuȝ diminuatur eorum substantia et facultas
per hoc q̄ᵽ tempus quod debent impartiri labori
gule explende impendunt ex his omnibus patet
Responsio ad questionem. ¶ Contra primā con-　Cōtra pⁱmā
clusioneȝ. Arguit sic velle facere cōtra preceptū　cōclusioneȝ
diuinū vt satisfiat gule aut ē pctm̄ mortale aut nō
Non potest dici q̄ᵽ non quia omnis volitio contra
preceptū diuinum est peccatum mortale si sic aut
in sic volente sunt duo peccata mortalia formali-
ter vel equiualenter aut vnum tantum. Si primum
habetur intentum scȝ q̄ᵽ gula que auertit a pre-
cepto est peccatū mortale etiā aliud a peccato quod
est directe contra preceptum diuinum si non est
nisi vnum mortale tam formaliter q̄ȝ equiualen-
ter sequitur q̄ᵽ qui furatur propter concupiscen-
tiam gule non plus peccat mortaliter q̄ȝ qui fu-
ratur propter elemosinam dandā. Secundo pre-
dicta volitio est peccatum mortale predicta voli-
tio est peccatum gule diuertens a preceptis diui-
nis ergo quoddam peccatum gule diuertens a p̄-
ceptis diuinis est peccatum mortale et sicut hoc
probatum est de vno ita potest probari de quoli-
bet ergo quodlibet peccatuȝ gule diuertens a pre-
ceptis diuinis est peccatum mortale. Multe alie
rationes possunt induci sed ille magis pertinent
ad materiā de distinctione mortalis ꝛ venialis.
¶ Ad primam dico q̄ᵽ illud velle est peccatum　Solutiões.
mortale et cum vlterius dicitur aut in sic volente
ꝛc. Dico q̄ᵽ aliquādo in sic volēte sunt duo morta-
lia peccata per equiualentiā cuȝ scȝ concupiscen-
tia gule que diuertit a precepto diuino ē peccatū
mortale aliqū vero ī sic volēte nō ē nisi vnū pctm̄
mortale sed illud venialiter ꝛ non mortaliter ag-
grauatur per circunstantiaȝ concupiscentie gule
cū scȝ concupiscentia illa gule non est nisi venia-
liter mala ꝛ cū infertur q̄ᵽ qui furatur propter cō-
cupiscentiā gule ꝛc. Respondeo dupliciter. Uno
mō concedo secundū aliquos q̄ᵽ primus licet ma-
gis peccet q̄ȝ secundus non tamen magis peccat
mortaliter hoc est peccatū suum non est grauius
mortaliter quia vt dictuȝ est per circunstantiā cō-
cupiscentie gule venialiter malam non aggraua-
tur peccatum furti mortaliter sed tm̄ venialiter.
Respōdeo scđo negando cōsequentiam quia pec-
catuȝ secundi propter circunstantiam elemosine
tanq̄ȝ finis excusat ꝛ alleuiat ne ipsuȝ sit tam ma-
lum mortaliter peccatū autem primi non habet
circunstantiam alleuiantē sed habet circunstan-
tiam venialiter aggrauantem. Ad secundam
concedo aīis et consequens. Illud enim peccatum
gule non quidem secunduȝ q̄ᵽ gule sed secundum
q̄ᵽ contra preceptum diuinum puta secundum q̄ᵽ
est volitio furti vel adulterii est peccatum morta-
le et cum dicis q̄ᵽ similiter probatur de omni-
bus aliis nego quia nō quodlibet aliud peccatuȝ
gule diuertens a precepto diuino idētificatur cū
peccato quod est directe contra preceptum diui-

nuum licet enim sit eadem volitio furti et gule cum volo furari propter gulam nõ tamen omnis volitio gule que est actualis causa volitionis furti est volitio furti patet etiam in actibus exterioribus differentia manifesta q̃ quantũcunq; sit eadem volitio furti et gule modo dicto tñ non est idem actus furandi et cõmessandi per hanc enim rationem probaretur manifeste q̃ velle dare elemosinam in eo qui furaretur vt daret elemosinã esset peccatum mortale. Dico preterea q̃ si quis concederet qd̃ infertur sc; q̃ quodlibet peccatum gule diuertens a preceptis diuinis esset peccatũ mortale nõ tamen haberetur intentum. tum primo q̃ hoc non esset inquantũ esset peccatum diuertens a preceptis diuinis sed quia identificaret volitio in qua volo facere qd̃ a deo prohibitũ est fieri aut non facere quod a deo preceptum est fieri. tum secundo q̃ licet omnis talis concupiscentia gule esset peccatum mortale. multe tamen alie concupiscentie non sunt peccã mortalia sicut probatum est supra.

Contra alias cõclusiones sequitur q̃ gula nõ semper est peccatũ mortale

¶ Contra alias conclusiones et maxime quantum ad illam partem que ponit aliquã concupiscentiam gule esse peccatũ mortale. Arguitur primo sic. omne peccatum mortale est cõtra preceptum diuinum: gula nõ est cõtra preceptum diuinum vt patet inducendo per singula pcepta igitur. nulla concupiscentia gule est peccatum mortale. Secundo omne peccatum mortale cõtrariatur caritati sed nulla concupiscentia gule contrariatur caritati ergo nulla concupiscentia gule est peccatum mortale. minor patet quia gula nõ cõtrariatur caritati quantum ad dilectionem dei neq; quantum ad dilectionẽ proximi. Tertio gula numeratur ab Au. inter peccata minuta & gula non est peccatum mortale sed veniale. añs patet per illud eiusdem in sermone de purgatorio quotiens aliquis in cibo aut potu plus accipit q̃ necesse ẽ ad minuta peccata noueris ptinere.

Solutiões.

¶ Ad primam nego maiorem. nõ ieiunare enĩ in quadragesima est peccatum et tamen nõ est contra preceptũ diuinum. nõ enĩ oportet vt dicit Thomas omne peccatum mortale esse directe contra preceptũ diuinum addo q̃ nec oportet q̃ sit contra precepta ecclesie. nec placet michi qd̃ dicit sanctus Thomas q̃ concupiscentia gule que est mortalis est contra pceptũ de sanctificatione sabbati quo precipitur quies in fine vltimo. tunc enĩ omne peccatum mortale esset contra sanctificationem sabbati quia quolibet peccato mortali secundum Thomam auertitur quis a fine vltimo. Ad secundam dico q̃ gula omnis que est peccatum mortale opponitur caritati aliqua enim opponitur caritati ad proximum coniunctũ puta illa tertij generis qua fit sumptus supra facultates maxime si talis sit habens familiam nõ enim puidet familie et nunc et in posterum. si autem sit sumptus supra condescenciam status tunc etiam est contra caritatem ad proximum q̃ nõ differt maioribus reuerentiam q̃ȝ suus status exigit sed vsurpat aliquid de comuni statu gula que ptinet ad scdm genus si sit contra preceptum est contra caritatem ad proximum superiorem. alia autem que nõ est contra preceptũ est cõtra caritatem ad vniuersum genus humanum aut ad homines certe regionis et loci gula q̃ est de primo genere et gñaliter quelibet alia siue secundi siue tertij generis est contra caritatem ad se ipsum. per gulam enim primi generis procurat quis sibi ipsi malum corporis vel anime per gulã secundi gñeris procurat quis sibi dedecus et infamiam per gulam tertij generis stultam bonorum suorum dissipationem quod multo grauius redditur sibi si bona que dissipat nõ sua sunt sed aliena si tantum sibi concessa sunt quantum ad administrationem ꝛ legitimũ vsum non quantum ad abusum. Ad tertiã dico q̃ Augustin⁹ loquitur de excessu gule causa voluptatis facto qui nõ est notabiliter ita extra regulam temperantie vt possit constituere mortale ita q̃ in tali bene notatur voluptatis excessus sed non notatur aperte et manifeste nocumentum aliquod predictorum illatum.

Cõtra distinctionẽ specierũ gule.

Contra supradictas conclusiones inquantum tangant distinctionem specierũ gule de qua actum est in precedenti questione arguitur sic. idem actus gule nõ pertinet ad diuersas species sed idem actus gule est supra substantiam contra honestatem et contra bonam habitudinem corporis et anime ergo ex parte predictorum trium nõ conuenienter distinguntur species gule maior videtur nota et minor probatur capio lautiora conuiuia bis aut ter in die in quadragesima facta in quibus sit tanta ciborum sumptio vt bona habitudo ꝛ corporis ꝛ anime notabiliter deterioretur constat q̃ iste actus simul pertinet ad tria predicta genera. Secundo capio volitionem qua quis vult vti cibis non obstante q̃ vsus talis vel tantus sit contra bonam dispositionem vt dictum est contra honestatem et supra substantiam tunc sic. aut iste actus interior habens hec tria pro obiectis pertinet/ad vnum genus tantum/aut ad omnia/aut ad nullum: non ad vnum quia qua ratione pertinet ad primum genus eadem ratione pertinet ad secundum et ad tertium nec ad omnia quia nullus actus interior per se malus pertinet simul ad diuersa genera si tertium ergo preter predicta tria genera sunt alia et per cõsequẽs nõ sũt sufficiẽter enumerata genera gule.

Solutiões.

¶ Ad primam nego maiorẽ de actu exteriori de quo procedit ratio ad probationem minoris adducta. Ad secundam dico q̃ illa volitio ad nullũ genus gule formaliter pertinet. sed pertinet per equiualentiam ad omnia et ad improbationẽ huius. dico q̃ preter tria genera predicta nullum reperitur genus simplex vel species simplex que nõ cõtineatur sub aliquo predictorũ sed dico q̃ bene reperiuntur species mixte includentes scilicet plures rationes quarũ quelibet sufficit causare difformitatẽ in gula ꝛ tunc tales species nõ pertinẽt essentialiter ad aliquod predictorũ generũ sed pertinent per equiualentiã ad duo aut tria genera secundũ q̃ duas vel tres rationes deformitatis formaliter vel equiualenter includit ꝛ ita cum diximus tria esse genera gule voluimus dicere q̃ sunt tres rationes generales causantes difformitatẽ in gula a quib⁹ habet omnis act⁹ gule q̃ sit difformis et si dicas q̃ hoc modo dicendo cõtradicitur cõmunissime ꝛ vbiq; diuulgate doctrine ꝛ fere omnibus sacris doctori-

bua qui in summis quas de vitijs ediderūt hanc velut ab omnibus confessaz doctrinā secuti sunt Ad hoc respondeo q in hoc ego secutus sum Aristotelem in tertio ethicorū cuius doctrina z verissima est z artificiosissima z in cui⁹ dictis estimatur pondus auctoritatis q̄z in centū alijs quoꝝ vnus dicta sua traxit ex dictis alterius.

Q Ueritur. vtrum gula

sit vitiū capitale Arguitur q non quia sunt multa vitia nō capitalia que grauiora sunt q̄z gula ergo gula non est vitium capitale. In oppositū ē Gregorius. xxxi. moralium gulam inter vitia capitalia numerās. ¶ Notandū q

Quid peccatum capitale secundum tho.

opinio sancti Thome est q vitiū capitale dicitur ex quo alia vitia oriuntur secundum rationem cause finalis inq̄ztum sez habet finez multum appetibilez ex cuius appetitu homines prouocantur et inducuntur multipliciter ad peccandū z quia finis gule est delectatio tactus propter quā cōsequēdā multipliciter prouocantur gulosi ad peccandum ideo gula est peccatum capitale et in sequenti argumento ponit quinq filias gule que oriuntur z

Improbatio.

nascuntur ab ea. ¶ Ista opinio q̄ztum ad fundamentum eius non michi placet et eius impugnatio patebit ex conclusionibus. ¶ Prima cō-

Prima conclusio

clusio ex gula multa vitia oriuntur secundum rationem cause finalis ita scilicet q actus vitiorū ab ea exortorum ordinantur ad actum gule tanq̄z ad finem. Probatur conclusio quia per hunc modum ex gula oriuntur prodigalitas vana sollicitudo et auaricia secundum multas eius species puta furtum: rapina: fraus: et dolus in re pecuniaria: ira: z tristitia. De prodigalitate pz quia gastrimarg⁹ multa exponit inutiliter z vbi nō opz z quomodo nō oportz vt delectationē tactus z gustus assequatur. De sollicitudine vana patet quia gastrimargus est excessiue sollicitus de cibis conquerendis et preparādis. De auaricia patz quia enim consumit vbi et quando non oportet vt inaniter delectetur necesse est cum consumpta sunt que habet vt vnde non oportet accipiat non enim repugnat aliquem prodigum esse in dando z cōsumendo et illiberalem esse in accipiendo vt vult Aristoteles quarto ethicorū. De auaricia etiam probatur auctoritate Cassiani collatione quinta qui expresse ponit auariciam connexam esse gastrimargie et ex ea oriri sic sez q exuberantia gastrimargie est iniciuz auaricie. Confirmatur quia secundū eum ibidē gastrimargia siue gula est radix fornicationis z fornicatio radix auaricie sed arbor oritur ex radice igitur. De ira patet per eūdē Cassianū naz qui appetitu inordinato cibi agitur irascitur hijs qui assecutionē aut vsuz eius impediunt et interdū huiusmodi ira fit vt cessent ab impedimento et talis ordinat actuz ire ad actum gule

Secunda conclusio

¶ Secunda cōclusio luxuria: tristicia: et accidia oriuntur ex gula nō secūduz rationē cause finalis sed scdz diriuatiōez cuiusdā naturalis ppagatōis q oriantur predicta ex gula patet p Cassianum eundē quinta collatōe q non scdm ratiōez cause finalis patet quia non fit regulariter vt quis ordinet actuz luxurie in actum gule nec regulariter ordinatur actus tristicie nec etiā act⁹ accidie in actuz gule q autem oriuntur per moduz cuiusdaz propagationis naturalis probatur experimur enī q post cererē z bachū incendit in nobis renitētib⁹ veneris desiderium quod ex qua causa contingat alibi declarabitur hoc mō etiaz ex eadem oritur tristicia tristamur enim cum desideratis ardentibus cibis carem⁹ cū ventre pleno nostra stulte consilia cogitamus cum nos ad bona opera inepros et ad multa flagicia ppter gule desideriū explendum incensos cogitamus. Generatur etiam accidia que secundum eundem cassianum est tedium mentis ex magnitudine tristicie in quā per gulā deuenim⁹ Generatur etiam ex gula accidia quia per gulaz reddimur torpidi respectu bonarū z honestarū actionū. Aduerte tamē q secūduz cassianū ista quinq luxuria auaricia ira tristicia accidia oriuntur ex gula non īmediate sed vnum mediante alio ita q īmediate ex gula oritur luxuria z mediante luxuria oritur auaricia z mediāte auaricia ira z mediāte ira oritur tristicia z mediāte tristicia oritur accidia quia vt dicit in istis sex exuberantia prioris est posterioris inicium et licet ita regulariter fiat contingit tamen aliquando q ex gula siue luxuria z auaricia generatur accidia et ideo predicta sex vicia in has cōiugationes cōbinat gula luxuria auaricia ira tristicia accidia.

Tertia conclusio

Tercia cōclusio inepta leticia scurrilitas immūdicia multiloquiū z ebetudo sensus que a Grego. dicuntur quinq filie gule non oriuntur a gula secundū rationem cause finalis sed secundum diriuatiōez propagationis naturalis. Prima pars probatur quia nemo appetit actus istorum quinq propter actū gule neq delectationē in istis propter delectationē gust⁹ q̄s cū appetit hebetationē mētis z delectetur cibis z potib⁹ Secunduz probatur scz q oriātur ex ea scdm diriuationez propagatiōis naturalis z primo de inepta leticia est aūt leticia inepta delectatio quedam ex dissolutione affectus pcedens ad nullum honestū finem regulariter ordinata vt sunt chorce lasciui cātus sonitus lire z buccinarū secundū illud Job. xxx. tenent tipanū z liram z gaudent ad sonitum buccine z in puncto ad inferna descendunt per hoc quod dicitur delectatio differt ab alijs filiabus quarum ratio nō est in delectatione posita per hoc quod dicitur ex dissolutione affectus pcedens differt a leticia z delectatōe quā habituat⁹ in aliquo pctō hz faciēdo operationes illi⁹ peccati talis enī licet ex habitu malo pcedat non tā procedit ex dissolutione appetitus dicitur ad nullum honestū finem z c. delectatio enim chorce lasciui cantus z multorū similium vt nugarū inutiliū est sibi ipsi finis nec ordinatur ad aliquem finem honestuz z licet aliquando delectatio huiusmodi ordinetur ad sanitatem vel honestam recreationem cōmunarū vt contingit in nuptijs hoc tamē non est regulariter neq huiusmodi choreas aut leticias ad honestū finez ordinatas gula generat sed honestas z cōdecētia q̄dā aut priuata vt cū hoc exigit sanitas alicui⁹ persone aut publica vt in nuptijs z quibusdam alijs solemnibus rebus. per hanc aūt vltimā particulaz differt a scurrilitate que nō solum caret ho

nesto fine sed etiam prauum finem habet scilicet iniuriam proximi. Dicit ergo dicto ad nullum honestum etc. hoc intelligo cum exclusione ita quod si actus iocundus ordinaretur ad peruersum finem sicut scurrilitas aut si ipsa chorea ordinaretur ad furtum vel homicidium vel adulterium illa non diceretur inepta leticia et potius diceretur filia viciorum ad quorum actus ordinaretur. Quod autem huiusmodi inepta leticia ex gula generetur patet quia ex gula generatur accidia que est tedium quoddam et torpor circa bona spiritualia: sed cum affectus non delectatur in bonis spiritualibus necesse est quod delectetur in aliis que vel mala sunt vel saltem non habent rationem veri boni quia vera vicia per gradus crescunt ideo si minus malum est delectari in hiis que non sunt peruersa et nociua quam in hiis que nociua sunt ideo affectus cui bona spiritualia tedio sunt et oneri statim defluit ad ea in quibus leticia et delectatio est inanis et inepta. hec autem inepta leticia consistit in dictis in quibus consistit inepta leticia vt in confabulationibus inutilibus: in factis vt in choreis cantibus et aliis huiusmodi in visu et auditu horum et aliorum que delectationem ad nichil vtilem pariunt: in olfactu preciosorum odorum ad delectationem tantum inutilem ordinatorum in hiis etiam que circa corpus sunt vt in vestibus preciosis vt forma exquisita compositis de quibus omnibus suo loco dicetur. Horum enim omnium desiderium atque complacentiam in hiis generat ventris ingluuies non ex prestitutione voluntatis ordinantis predicta ad delectationem gule sed propagatione naturali. Per scurrilitatem autem intelligo voluntatem dicendi vel audiendi vel faciendi ridicula et maxime que sunt in derisionem alterius et hec species deterior est priore eo quod in priore non versatur detrimentum vel iniuria proximi. per scurrilitatem vero fit iniuria proximo cum irridetur dicto vel facto: hec autem scurrilitas aliquando recte fit aliquando oblique et figurate: recte cum de aliquo aperte dicuntur ea vel fiunt que sunt in irrisionem proximi. oblique vero et figurate cum ea alicuius figure colore teguntur vt puta per yroniam et ad id aptatur figura illa ac species yronie quam simulationem Quintilianus appellat cum scilicet irrisionis causa dicta vel facta alterius recensendo simulamus: non est tamen omnis scurrilitas in irrisionem alterius: sed scurrilitas est si quis ex hiis que per se indecentia sunt risum mouere conetur vt si quis pendendo vel eructuando vel vt vulgariter aiunt rotando risum captare tentet vel pudenda ostendendo que quia indecentia sunt quantum est ex se aspicientes nata sunt offendere. Tercia filia est immundicia per quam intelligo primo omnem electionem indecentem superfluitatis vt vomitum pollutionem nocturnam vrinam et omnem egestionem que aliquando repletio cibo et potu contra voluntatem eorum contingunt secundum illud Isa. xxviij. Omnes mense replete sunt vomitu sordium. intelligo etiam eructationes: bombos et similia cum contra voluntatem fiant pruritum ac scabiem corporis feтorem oris vel nasi cum ex repletione cibi non ex naturali complexione oriantur. Comedere manibus sordidis et ore

inuncto pinguedine vel alio modo se habendo quam exigit mense honestas licet autem multa horum non sint peccata eo quod causantur naturaliter oriuntur tamen ex causa que peccatum est que causa licet aliunde non esset peccatum ex hoc tamen rationem peccati habet eo quod ex ea tam feda et tam inhonesta procedunt. Utrum autem pollutio nocturna sit peccatum loco suo dictum est. de aliis autem locis suis dicetur. Per multiloquium intelligo non solum loquacitatem sed multa etiam alia puta verba detractoria: verba turpia: verba stultiloquia verba iocunda. quicunque enim dicit que tacenda sunt ille multiloquio peccat. loquax est qui frequentior est et profusior in sermone quam oportet. Detractor quicunque intentione nocendi loquitur. Contra quod dicebat Augustinus Si quis amet dictis absentum rodere vitam Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi. Turpiloquus est qui turpia et feda auditu significat et hoc sine turpibus verbis de quo sunt exempla multa aut non turpibus vt illud tam incipiunt agitata tumescere membra. Stultiloquus est qui cum grauiter loqui putat leuiter et cum sapienter insensate loquitur. Iocunde loquitur ille qui cum putat dicere que prosunt aut saltem non obsunt sibi vel proximo ea dicit que plurimum nocent hiis enim modis omnibus fit multiloquium Hebetudo sensus non solum est obtusitas intelligentie vt volunt multi sed etiam est obtusitas sensuum ad quam obtusitas intelligentie sequitur constat enim sensus hominis q̄z tumcunque acuti sint ingluuie ventris deprauari et reddi imbecilles ac obtusos quia per excessum in cibo et potu organa sensuum debitam proportionem perdunt que q̄tum magis diminuitur tanto sensus in sentiendo fit obtusior et minus discernit ac iudicat debilitatio ergo sensuum ad hebetudinem pertinet. Ex hac proficiscitur obtusitas mentis per quam fit vt acumen ingenii non sit tam acutum in rerum cognitione nec penetrare potest ad ea que intima sunt et natura sua obscura sed manet propter obtusitatem in superficie rei hoc est in hiis que sunt quasi euidentia. obtusitas autem mentis non solum procedit ex hebetudine sensuum sed etiam ex elongatione a rebus diuinis et spiritualibus que fit in gluttiem. procedit etiam ex hoc quod continuata voluptas iudicium peruertit voluptas quidem ciborum et potuum vsque ad hebetudinem voluptas autem luxurie vsque ad cecitatem mentis ex hiis patet quod iste quinque oriuntur ex gula non ex prestitutione voluntatum et ita non secundum rationem cause finalis sed per deriuationem naturalis originis ita quod cibus et potus inordinate susceptus est causa naturalis mediata vel immediata istarum quinque filiarum. ¶ Quarta conclusio non solum sunt quinque filie gule patet ex tribus conclusionibus Quarta conclusio
precedentibus ex quibus etiam patet quod non solum ille dicuntur filie gule que oriuntur ex gula secundum rationem cause finalis quia omnis talis ortus presupponit prestitutionem voluntatis ordinantis illud quod oritur ad id ex quo oritur tanquam ad finem. ¶ Quinta conclusio gula est vitium capitale probatur omne vitium ex quo regu- Quinta conclusio

lariter multa alia vicia genere ab eo differentia oriuntur est vicium capitale sed gula est huiusmodi igitur est vicium capitale maior est nota et minor probatur ex hijs que in conclusionibus dicta sunt

Cōtra p̄mā cōclusionē. ¶ Contra primam conclusionem arguitur sic sollicitudo vana oritur ex luxuria et superbia ex invidia et similiter ex ira ergo sollicitudo vana non oritur ex gula antecedens patet quia luxuriosi superbi irati invidi inaniter sollicitati sunt de adeptione libidinis estimationis nocumenti proximi et vindicte. Secundo arguitur de avaricia quia ipsa est vicium capitale ergo non oritur ex alijs vicijs capitalibus consequentia tenet quia sicut repugnat generalissimū esse sub generalissimo alio ita repugnat capitale vicium ex alio capitali oriri.

Solutio. ¶ Ad primam concedo antecedens et nego cōsequentiam quia non repugnant vicia eiusdem speciei ex diversis vicijs capitalibus oriri. Dico tamen quod actus interior cui subordinatur sollicitudo vana causata a gula distinguitur specie ab actu interiori cui subordinatur sollicitudo vana orta ab ira vel luxuria et sic de alijs quia eam orientem ab huiusmodi vicijs sollicitudo vana secundum rationem cause finalis et secundum prestitutionē voluntatis actus ille interior habet visum ciborū et potuū pro obiecto actus vero interior cui subordinatur sollicitudo luxuriosa habet opus libidinosū pro obiecto in invidia nocumētum in ira vindictam in superbia estimationem vel aliquid tale. secus est in hijs que oriuntur naturali propagatione et nō ex prestitutione voluntatis. Ad secundam concedo antecedens et nego consequentiam sicut enim non repugnat aliquid causare aliud et tamen aliud simile primo secundum speciem causari ab alio simili secundum speciem secundo nec repugnat etiam aliquid causari ab aliquo et tamen aliud eiusdem speciei causari ab alio distincto specie ita non repugnat aliqua eiusdem speciei ex diversis vicijs oriri nec repugnat aliquid ex quo multa oriuntur aut nata sunt oriri interdum oriri ex alio et ideo bene dicit Tho. quest. c. xlix. articulo. vi. in responsione ad tercium argumentum de scurrilitate quod non procedit ex actu luxurie sed ex eius voluntate ideo ad utrumque vicium pertinere potest nec valet probatio inducta quia generalissimum dicit negationem inferioritatis ad aliud sed capitale non dicit negationem originis ex alio.

Cōtra secūdā cōclōnē. ¶ Contra secundam conclusionem arguitur sic actus gule scilicet usus cibi et potus ordinatur in luxuriam et non econtra ergo gula potius est filia luxurie quam econtra. secundo bene sequitur gula oritur ex luxuria ergo gula est filia luxurie. Similiter sequitur luxuria oritur ex gula ergo luxuria est filia gule sed ista duo consequētia sunt incompossibilia igitur minor probatur quia impossibile est quod gula sit filia et parens luxurie quod patet quia bene sequitur gula est parens luxurie ergo gula est parēs filie luxurie sed gula est filia luxurie ex prima consequentia ergo gula est parens gule et eodemmodo concluderetur quod gula esset filia gule et luxuria esset filia et parens luxurie. Tercio si sic sequeretur quod luxuria habitualis eadem numero esset filia et parens gule sed hoc est impossibile sicut quod idem sit generans et genitum igitur Et probatur consequentia volo quod ex actibus luxurie orte ex gula generetur aliquis habitus et deinde ex actibus luxurie originantis gulam augeatur ille habitus tunc sic ista qualitas habitualis est filia gule et eadem est parens gule igitur eadem qualitas habitualis est filia et parens gule.

Solutiōes. ¶ Ad primam cōcedo antecedens et consequēs de origine ex prestitutione voluntatis et secundū rationē cause finalis sed non de origine que fit per derivationem naturalis actionis. Ad secundam cōcedo ambas consequentias et nego quod cōsequentia earum sint incompossibilia sicut ista non sunt incompossibilia homo genitus est filius hominis generantis et homo generans est filius hominis geniti et preterea ex alia causa quia sunt due indiffinite que redduntur vere pro diversis suppositis aliqua enim luxuria est filia gule illa scilicet ad quam quis per ingluviem ventris stimuletur et aliqua gula est filia luxurie illa scilicet ad quam quis inducitur ut ad usum libidinosum sit magis idoneus. Et ad probationem posset aliquis respondere negando consequentiam ultimam que scilicet deducitur per duas priores consequentias eo quod licet gula sit parens alicuius filie luxurie non tamen est parens cuiuslibet filie luxurie. Quod exigi videtur ad hoc quod ultima consequentia valeat concederet tamen quod extendendo parentem ut in primo antecedēte extenditur ad parentem mediatum quod gula est filia gule. Nam si quis ex ingluvie stimuletur ad luxuriam et ille idem ordinet actum gule ad usum luxurie tunc gula erit parens gule. Diceret preterea quod eadem luxuria numero est vel esse potest parens luxurie. volo enim quod quis ordinet usum inordinatum cibi ad luxuriam et per eundem cibū stimuletur ad actum libidinosum tunc iste actus libidinosus secundum rōnem cause finalis est parens gule et secūm rationem cause efficientis ista gula eadem est parens luxurie. Sed ista nō possunt bene sustinari. Nam si luxuria eadem est filia luxurie vel hoc erit in genere cause finalis et hoc non quia luxuria nō est finis luxurie aut hoc esset in genere cause efficientis et hoc nō quia de hac causalitate nulla res est sibi causa vere. Et ideo aliter respondetur negando istam consequentiam gula est parens luxurie ergo gula est parens filie luxurie sed oportet addere in antecedente et luxuria habet filiam cuius est codemmō causa vel parens quomō gula est causa luxurie sicut nō sequitur beatitudo est causa hominis et homo est causa homicidij ergo beatitudo ē causa homicidij quia beatitudo est causa hoīs in genere cause finalis: hō vero est causa homicidij in genere cause efficientis et igitur cum aīs verificetur pro diversis causalitatibus et cōns nō possit verificari nisi pro una nō valet cōna. Ad tertium potest responderi quod ista paternitas et filiatio transumptive accepta nō convenit nisi actibus viciorum et non habitibus. secūdo dicitur concedendo consequens quia ille habitus habet diversas partes et secundū unā cōvenit sibi unum et secūm aliam convenit sibi aliud. tertio potest dici negando consequentiam quia verificantur partes antecedentis pro diversis cau-

fallitatibus et ideo cum illo nõ potest inferri pñs illud q non potest verificari nisi pro vna et eadem causalitate si quis tamen vellet defendere scḋam solutionem deceret q subiectũ pñtis supponit pro multitudine partiũ habente ideo dictio causalitatem importãs põt pro diuersis causalitatibus accipi quarum vna conuenit vni pti et altera alteri

Cõtra tertiam pclusionem

¶ Cõtra tertiam cõclusionem inepta leticia ẽ omni peccato cõmunis et similiter hebetudo mentis ĝ nõ debent poni filie gule. Prima pars ãntis patet per illud Prouerb. xiiij. errant qui operantur malum. secundo immundicia nõ est peccatum sed est pena peccati vel aliquid vile sub consilio cadens ergo non debet poni filia gule añs patz per illud Eccle. xxxi. si coactus fueris in edendo multum surge e medio et vome et refrigerabit te.

Solutiões.

¶ Ad primam nego primã partem ãntecedentis accipiendo ineptam leticiam vt supradictũ est et similiter nego secundam. Ad probationem secunde dico q duplex est error vnus est ptis iudicatiue quo falsum pro vero iudicatur et de isto nõ loquitur auctoritas. Alius est error partis appetitiue et executiue et de isto errore loquitur auctoritas. Ad secundam dico q licet immũdicia de qua in argumento tangitur nõ sit peccatum est tñ signũ peccati precedentis qz viciosum est vt dicit Tho. q aliquis se huic necessitati subdat per immoderantiam cibi et potus. Et ad probationem dico q vomitus ex deliberatione recte rationis factus est vtilis et salubris et cadit sub cõsilio nec est immũdicia sed vomitus nõ deliberatus sed quodam nature fastidio et onere factus est immũdicia qui et quãuis nõ sit formaliter peccatum sed tamen tali necessitati subdere se est peccatum et viciosum. Nam volitio qua quis vult vsum superfluum cibi et potus excitantem in eo vomitum et eructationes et alias immundicias est alia spẽs volitione que precise habet pro obiecto vsum immoderatum cibi et potus.

Cõtra quartã pclusiõem.

¶ Contra quartam cõclusionem arguitur auctoritate Grego. xxxi. mora. predictas quinq filias tantũ enumerantis. Ad hoc respondeo q Gregorius bene vult predictas esse filias gule sed nõ negat quin sint multe alie que ab aliis auctoribus enumerantur neq Gregorius tentauit ibi totam progeniem gule numerare.

Cõtra quintã pclusionez

¶ Contra quintam conclusionem gula secundũ genus suũ est minimũ peccatorum sed vicium capitale principalitatem habet in ratione peccati super alia vicia ĝ gula non est vicium capitale. Secundo cibus non est de maxime desiderabilibus ergo a gula nõ oriuntur alia peccata secundũ rationem cause finalis añs patet quia cibus non est desiderabilis propter se sed propter nutritionem corporis. Tertio luxuria est vitium capitale circa delectationes ĝ non gula añs est certum et consequentia probatur qz circa delectationes est tantum vnũ viciũ capitale qḋ patz sic circa vtile est tñ vnum viciũ capitale ĝ circa delectabile est tñ vnum vicium capitale pñs tenet qz omne peccatum contingit ex hoc q aliquis recedit ab honesto propter vtile vel delectabile pñs.

Solutiões

¶ Ad primam nego minorẽ ex aliquo enĩ nõ multum graui possunt oriri alia multo grauiora. Ad secundã nego añs in quocunq enim propter defectum cibi causatur esuries in eo cibus est maxime desiderabilis et ideo scḋm Ari. ii. de animalib9 ppter tria animalia pugnant cibũ coitum et fetum et hoc etiam patz. i. Eccle. vi. Omnis labor hoĩs in ore eius nõ nego tñ quosdam esse qui magis querũt delectationem in cibis q̃z saturitatẽ qz illi nõ patiuntur experientiam famis nõ oportet tñ vt dictum est ad vicium capitale q sibi ceteris ordinantur ab eo scḋm rationem cause finalis. Ad tertiam pcedo añs et nego pñam. et ad probationem nego assumptũ et cõsequentiam. Et ad probationẽ nego assumptum oppositum enĩ patz de peccato ex errore vincibili et nego etiam pñam: q̃zuis enĩ omne peccatũ sumeretur ex eo q aliquis ppter vtile vel delectabile recedit ab honesto qz tamẽ sunt de facto plures rõnes vtilium et delectabiliũ nõ obstante q non sint plures rõnes vtilium ideo possunt esse plura peccata sumpta ab vtili et plura sumpta a delectabili et possunt etiam plura sumi ab vno q̃z ab alio. hoc tamen argumentũ fundatur in illa falsa ymaginatione q peccatũ capitale est a quo plura vicia scḋm rationem cause finalis nata sunt oriri.

Q Ueritur. vtrũ gula sit omnium pctõrum maximum.

Uidetur q sic quia propter gulem maxima pena infligitur igitur. In oppositum arguitur est vicium carnale: sed secundum Grego. vicia carnalia sunt minoris culpe igitur.

Aliqḋ peccatũ dr graue triplr.

¶ Notandum q pctũ aliqḋ dr graue tripliciter Uno modo intensiue secũdo modo extensiue tercio modo originatiue. Intensiue dupliciter vno modo itensione specifica quia quodlibet mortale quolibet veniali dicitur esse grauius et vnũ mortale alio Secũdo modo intensiõe numerali qua etiam vnum eadẽ specie dicitur esse alio grauius Illud aũt dicitur extensiue grauius quod regulariter plures inficit. Originatiue aũt illud dicitur grauius quod regulariter est causa et origo plurium et grauiorũ malorũ grauitas intensiua peccati aliquando attenditur ex materia aliqñ ex fine aliquãdo ex modo aut alia circunstantia aggrauante dum tamẽ ipsa sit obiectum volitionis vel nolitionis interioris. Neq placet mihi opinio tho. dicentis q principaliter grauitas attenditur scḋm materiam in qua quis peccat secũdum quod peccata que sunt cõtra res diuinas sũt maxima qz si sic nullum peccatũ nisi circa res diuinas esset maximum et esset simpliciter deterius et grauius nõ colere seũ die dominica q̃z homicidiũ aut adulterium cõmittere

Pria pclo

¶ Prima cõclusio peccatũ gule non est omniũ maximũ primo nõ patet quia peccato gule deterius est adulterium homicidiũ sacrilegium ydolatria infidelitas imo loquendo de hac grauitate peccatũ gule videtur esse leui9 quod patet omne peccatum est spirituale aut carnale sed spiritualia sunt grauiora carnalibus vt alibi probabitur et inter carnalia que sũt duo luxuria est multo maioris grauitatis intẽsiue et specifice q̃z gula tñ qz luxuria scḋz multas spẽs est in detrimentũ pximi nõ aũt gula Tñ scḋo qz luxuria nõ hz necessitatẽ excitãtẽ gula ãt necessitatẽ excitantẽ ha

bet tamen quis difficile est discernere vsque ad quem
terminum sit necessitati obtemperandum et multum diffi
cile est discernere quando necessitas vel voluptas exigat
cibum vt patet ex Aug. secundum quod allegatum est supra
et propter istas causas videtur probabile quod peccatum
gule secundum genus suum est minimum inter pec-
cata ceteris paribus ita scilicet quod si omnes circumstan-
tie sint pares quantum possibile est esse ita quod vnum non
reddatur propter circumstantias grauius quam aliud
semper reperiretur peccatum gule minoris esse graui
Secunda conclusio: tatis. ¶ Secunda conclusio peccatum gule est ma
ximum peccatum extensiue patet quia paucissimi re-
periuntur qui non excedant debitam temperantie
regulam vt patet per experientiam immo hoc pec
cato fuit xps noster licet falsissime et inuidiose a iu
deis eum voracem et potatorem vini vocantibus quia cibi
vsus cibi est vite hominis conseruande necessarius
et difficile est cognoscere sub quo quantitate et se in lo
cum necessitatis voluptas frequenter ingerit ideo
difficile est hoc gule peccatum vitare et propter hoc
ortum est prouerbium illud plures occidit gula quam
gladius Secundo peccatum cuius concupiscentia non
potest pro tempore huius vite totaliter extingui est ex
tensiue maximum sed concupiscentia gule non potest
pro tempore hominis vite mortalis extingui ergo pec
catum gule est extensiue maximum. maior est certa
et minor probata est superius. ¶ Tercia conclu-
Tertia conclusio. sio gula est multum magnum et graue peccatum ori
ginaliue probatur illud vicium contra quod primo in
cundum est certamen et quo non deuicto et superato
cetera cum difficultate superari possunt est multum
magnum originaliue. Sed gula est huiusmodi igi
tur maior patet quia si alia non originarentur ab
eo tunc posset eo non superato contra alia iniri cer
tamen. minor secundo quia omne tale se habet vt ra
dix aut vt fons ex quo cetera pullulant aut fluunt
minor probatur primo per illud cassiani quinto
libro de institutis monachorum ca. ter. Item primum
nobis ineundum est certamen aduersus gastrimar
giam quam diximus gule esse concupiscentiam. Et ca. xi
Bene vero propositum nobis est de gastrimargia
id est de gule concupiscentia contra quam nobis
primus conflictus est disputare et sequitur igitur nun
quam poterit ardentes concupiscentie stimulos inhi
bere quisquis desideria gule refrenare nequiuerit
Interioris hominis castitas virtutis eius consu-
matione discernitur Et sequitur Nunquam eum robu-
stioribus emulis colluctari posse credas cum quem
in leuiore conflictu conspexeris ab inferioribus pe-
nitus superari. Et ca. xiii. impossibile namque est satu
ratum ventrem pugnas interioris hominis experiri nec
bellis robustioribus attemptari vt tamen habeatur
intentio cassiani intendit cassianus ostendere quod prima
colluctatio nostra et primus conflictus noster in spi
rituali certamine debet esse contra gulam. Tum
quia presidens in huiusmodi certamine iudica-
bit velut seruos et ignobiles et turpi respersos in-
famia esse se per indignos qui ad huiusmodi cer
tamen recipiantur si nos huic gule concupiscen
tie subdiderimus et ab ea vinci permiserimus tum pro
pter inclinationem et dispositionem quam facit gu
la in nobis ad alia vicia grauiora quod intendit
in auctoritate hic allegata. Impossibile est satu-
rum ventrem etc. Tum tercio quia qui vicit in par-
uis non est verisimile quod victurus sit in robustiori
bus. Et ca. xv. hec est enim nobis prima contentio
hec nostra velut in olimpiacis certaminibus. pri-
ma probatio gule ventrisque concupiscentia de-
siderio perfectionis extinguere eandem superiori
bus sententiam reperies ca. xvi. ¶ Quarta conclusio
Quarta conclusio: Non est semper ex parte peccantis peccatum gule
ceteris leuius probatur quia contingit aliquando quod
in peccante sunt aliqua circumstantie aggrauantes
peccatum gule et aliqua alleuiantes alia peccata
vt si alicui insint ex complexione aut alio modo quali
tates retrahentes a peccato gule et alie vel cedem im
pellentes ad peccatum ire vel inuidie et sic si talis ingur
gitetur vel inebriet et similiter motu inuidie agi-
tetur excusatur aliquantulum peccatum eius inuidie
et aggrauatur peccatum gule propter complexio
nem distrahentem aut etiam propter alias cau-
sas que particulariter habent ab excessu gule di-
mouere debent. quod etiam aggrauetur peccatum
istud ex circumstantia peccantis patet volo quod sint
duo similiter excedentes in peccato gule quorum
vnus sit liberis orbatus alius habet filios et filias
in copia et vterque peccet secundum tercium genus sci
licet exponendo supra substantiam constat quod secun-
dus magis peccat cum non solum sibi sed familie
sue detrimentum afferat. dando ventri id quod
erat in eruditione filiorum in filiarum nuptiis
et familia sustentanda consumpturus. Est au-
tem Aduertendum quod ex parte peccantis sunt du
plices circumstantie quedam communes que in-
sunt toti generi humano scilicet naturalis indigentia
et necessitas cibi et ignorantia certe et determina
te quantitatis aut qualitatis in cibis vsque ad quam
inclusiue vel exclusiue sine culpa progredi possit
et naturalis delectatio in vsu cibi et potus et de
istis circumstantiis puto Tho fuisse loquutum cum
dicit quod peccatum gule magis alleuiatur ex parte
peccantis quam aggrauatur. Alie sunt circumstantie
particulares et priuate que reperiuntur in aliqui
bus sed non in omnibus et per aliquas talium pecca
tum gule aggrauatur: per alias vero alleuiatur.
Quinta conclusio: ¶ Quinta conclusio. gula est peccatum multum ma
gnum et detestabile enerationem bonorum tam cor
poris quam anime tam interiorum quam exteriorum tam
honestorum quam vtilium et delectabilium Nam pro
pter crapulam multi perierunt vt habetur Eccl.
xxxv. et ideo ait Crisost. excessus ciborum consumit
et computrescere facit corpus humanum et macce-
rat egritudine diuturna et tunc cum morte crude
liori consumit Et vult Hieronimus ipocras in am
phorismis habere crassa et obesa corpora que cre-
scendi mensuram impleuerunt nisi cito ablatione san
guinis minuantur in paralisis et pessimo morborum
genera erumpere vt recitatur de consecratio. di. v. c.
vt tales. ad hoc facit exemplum podagrici qui pro
scriptus et depauperatus ita vt gule vacare non
posset sanatus est Ad hoc etiam est exemplum abba
tis qui pre nimia sagina appetitum perdiderat his ca
ptus et ad tenuem vitam reductus curatus est.
Et ideo obsi dicit Eccle. xxxvii. in multis escis erit
infirmitas. et seneca ait voluptates non tantum vel in-
piuosos execant sed etiam impotentes et pertacioso et le

prosos reddunt. Inducit etiam gula paupertatē scḋm illud. qui diligit voluptates in egestate erit Prouer. xxi. Et vt habet Luce. xv. Prodigus filius cōsumpta substantia in gula ⁊ luxuria egere cepit. Per gulā etiā eneruatur omnis virtus In huius figura legit ꝙ Nabuzardam pnceps coquorum destruxit muros ciuitatis Iherusalem vbi Nabuzardā ventrem cui coci seruiunt ⁊ muri Iherusalem edificia virtutū significant. aufert verum cultū dei secundū illud prime Corin. iij. Sedit populus manducare et bibere ⁊ surrexerunt ludere id est vel festinauerunt in venerationem vituli aurei declinantes ad ydolatriam carent spe qui gloriam et vniuersum desideriū posuiunt in cura ventris scḋm illud ad Philip. iij. et gloria in confusione eorum qui terrena sapiūt gulosus enim de coquina templū facit et de mēsa altare et oīa eius de cibis ⁊ vinis locutio quasi nullam aliā post hanc vitā sperent. Caritate carent gulosi vt patz de diuite qui epulabat quotidie splendide nec de micis de mensa cadentibus quicqȝ lazaro mendico et vlceroso largiebat qui enim habuerit substantiam huius mūdi et viderit fratrem suum egere et nō dederit ei: caritas in eo nō est. Jo. iij. prodentiā et intelligentiam rerum prosternit gula tū quia vt dictum est causat ebetudinem ⁊ sensus ⁊ intellectus eum qz vt dicit Hieronimus. pinguis venter crassum sensum generat. Profligat gula iusticiam nā vt dictum est auariciam generat. quis enī tam iniustus est aut eam auarus inquit Ambro. qȝ qui multorum alimenta nō suum vsum sed habundantiā ⁊ delicias facit fortitudinē dissipat gula vt patuit in Oloferne patz etiam nā qui certat in agone ab omnibus se abstinet. ideo a grauamine ciborū ⁊ potuum prime Corin. nono. Aufert temperantiā propter cōtrarietatem ad eam. Aufert castitatē scḋm illud Hiero. venter mero estuans facile despumat in libidinē. Septem dona spiritussancti per gulam ruūt quod significatum est in septem filijs Job vt vult Greg. Inducit preterea eternū supplicium secundū Apost. ad Ro. xiij. Qui cōmessationes inter opera tenebrarum numerat. ⁊ saluator ait. Attendite ne grauent corda vestra crapula et ebrietate et superueniat in vos repentina

Sexta pclō

dies. ¶ Sexta conclusio gula non est omniū peccatorum maximū patz ex dictis. sit enim minus

Cōtra vltimā pclōnē

graue propter causas supradictas. ¶ Cōtra vltimā cōclusionem ar primo sic. petm̄ gule in sacra scriptura legit fuisse puentum ꝗuissima pena igr est grauissimū pn̄a tenz qz magnitudo pcti ex magnitudine pene cōsideratur et añs pbatur p Criso. dicentē Adam in ptinentia ventris expulit a paradiso et diluuium qḋ fuit tpe Noe ipsa fecit scḋm illud Ezechi. xvi. hec fuit iniquitas Sodome sororis tue saturitas panis Scḋo gula est causa ⁊ origo omniū aliorū pctōrum ꝗ est omniū maximū. añs patz per glosam sup illud Psal. Qui pcussit egiptū in pmogenitis eorū. dicit glosa luxuria concupiscentia superbia sunt ea ꝗ venter gñat. Tertio per gulam hō sibi ipsi nocumentum infert ꝗ gula saltē est grauius petm̄ illis pctis que sunt pra pximum. pn̄a tenet qz sicut magis tenemur diligē nos qȝ proximū ita magis peccamus cū ptra caritatē ad nos peccamus qȝ cū peccamus ptra caritatē ad proximū. Quarto petm̄ quod maxime facit homines bestiales est maius peccatū ceteris alijs nō id facientibus sed gula facit homines bestiales vt patz per Ari. iij. ethi. igr. maior pz qz tale peccatū maxime deijcit hominē a sua dignitate. ¶ Ad primā dico pmo ꝙ incōtinentia Ade

Solutiões.

nō expulit eum de paradiso scḋm ꝙ incōtinentia gule sed scḋm ꝙ fuit superba ⁊ contumax diuini precepti transgressio. dico vlterius ꝙ pena supplicij eterni que dat pro alijs peccatis acerbior qȝ pro petō gule est grauior qȝ expulsio e paradiso Ad scḋam contedo ꝙ gula est multorū peccatorum origo. Utrū autem aliud petm̄ sit plurium et deteriorum origo dubiū esse posset ⁊ videtur ꝙ superbia et inuidia sint pluriū et peiorū origo nec probatio probet ꝙ sit omnium origo. hoc autē sit cōsideretur nō infert gulā esse intensiue deteriorem sed tm̄ originatiue. nec oportz ꝙ peccatū originationis sit deterius qȝ originata licz enī ratio cause sit potior rōne effectus. nō oportet tamē ꝙ in malis et bonis illḋ cui attribuit ratio cause sit melius aut deterius qȝ illud cui attribuit rō effectus. Ad tertiam pcedo añs et nego pn̄am et ad probationē dico ꝙ cōtra nos et proximum possumus peccare multipliciter. Unomō affectione nocendi ⁊ sic ceteris paribus peccatū contra nos est grauius alio mō affectione complacendi vt si qs seipsum ⁊ proximū inuitaret instanter ad opus ingiuuiei terciomodo in se affectione cōplacendi et in proximū affectione nocendi quarto mō econtra i se affectiōe nocendi ⁊ in proximū affectione complacendi secundo mō est dubium videtur tamen ꝙ ceteris parib⁹ peccatū in se ē grauius. tercio modo peccatū in proximū est grauius. quarto modo peccatū in se ē grauius gulosus autem contra se peccat non affectione nocendi sed complacendi desiderio negz placet mihi solutio Tho. ꝙ nocumentū corporis qḋ sequitur non se habet nisi per accidens ideo nō directe pertinet ad grauitatem gule quia vt visum est supra primū gen⁹ gule sumit ex eo ꝙ vsus cibi est in nocumentum vtentis ⁊ hoc per se constituit spēm subalternam sub genere gule ideo plus peccat quis per hoc ꝙ nocumentū infert sibi ipsi quod tamē non intendit qȝ quia delectatur in cibo qḋ intēdit Ad quartam nego maiorem sed bene verū est ꝙ illud peccatū est exprobrabilius ⁊ ex illo principio cōcludit Aris. ꝙ peccatum intēperantie est exprobrabilius sed non concludit ꝙ sit grauius qȝuis tamen omne peccatū reddat hominē bestialē quia insecutiuū passionum bestiarum more quare aūt a concupiscentia gule ⁊ luxurie magis dicatur bestialis alibi dictum est.

QUeritur. vtrū in hac vita mortali possit i aliquo totaliter gastrimargia extingui. Arguit ꝙ sic quia alias sequeretur ꝙ nō possit haberi virt⁹ abstinentie secundū gradū tēperantie consequēs est falsū cuz in omni virtute reperiantur tres grad⁹ In oppositū arguitur auctoritate Cassi. col. v.

Prima 3clo ¶ Prima conclusio patet vir catholicus concupiscentiam gule viriliter certando superare probatur primo auctoritate Cassi. libro de institutione monachorum dicentis itaque ventris et gule concupiscentia hoc intuitu superata nec servi carnis nec infameo viciorum nota iudicabimur. Secunda secundum eundem vt multipliciter allegatum est precedenti questione nullus carne propria nondevicta legittime decertare poterit contra alia vicia sed multi legittime contra alia vicia decertare possunt et decertant multi et decertaverunt vt patet legentibus historias sanctorum igitur multi gule concupiscentiam vicerunt ac superaverunt. Tercio probatur per rationem ante oppositum quod hoc mihi concludere videtur nam quicunque ita construit concupiscentiam gule vt quamvis insurgat non tamen notabiliter perturbat ille gule concupiscentiam et superavit et devicit sed quicunque habet abstinentiam aut regularem temperantiam secundum gradum temperantie ille ita huiusmodi construit concupiscentiam vt non notabiliter perturbet cum ergo potest haberi abstinentia et etiam regularis temperantia secundum gradum temperantie sequitur quod concupiscentia gule viriliter certando superari potest.

Scda 3clo ¶ Secunda conclusio gule concupiscentiam non vincimus totaliter extirpando eam sed deserendo hec tota conclusio est Cas. col. v. et prima eius pars rationibus suis probata est questione secunda de castitate conclusione quarta. Secunda pars probatur gastrimargia sive gule concupiscentia superari potest vt habetur prima conclusione non totaliter extirpanda cam ergo deserenda.

Alcia duplr supantur. ¶ Dico enim quod vicia superantur dupliciter. Uno modo extirpando ea cum scilicet ipsa concupiscentiam totaliter consumitur aut malus habitus aut alia quevis mala qualitas in actum vicii inclinans tollitur et tale vicium dicitur vinci per extirpationem. Alio modo deserendo cum semper aliquid concupiscentie remanet sed ita prompti faciles et habituati sumus motui et impulsioni huiusmodi concupiscentie non obedire aut repugnare vt non notabiliter perturbemur propter huiusmodi impulsionem et tunc dicimur deserere vicium sive vicisse deserendo. cum ad hoc ergo pervenimus habemus virtutem oppositam huic vicio secundum gradum temperantie nunquam enim totaliter liberati sumus a desiderio cibi immo quamtuncunque nitemur in certamine temperantie nunquam sumus penitus absoluti ab hac concupiscentia cum nos natura ad hoc desiderium stimulet sed possumus promptitudinem et facultatem acquirere qua motionem passionis declinabimus. Quod autem non posse totaliter extirpari sed bene declinari gule concupiscentia contingit ideo quod necessitati se imperceptibiliter immiscet voluptas neque bene possumus discernere quando satisfactum sit nature et vsque ad quem terminum procedendum sit.

Tercia 3clo ¶ Tercia conclusio decet maxime rebus gule concupiscentiam superamus sacre scripture ardenti studio/integritatis ac excellentie desiderio/moderata occupatione/elongatione ab hiis que huiusmodi concupiscentiam excitant/oratione/et singulari confidentia in deo/consideratione eterne vite/vigiliis/ieiuniis/ac amara cordis compunctione/ studium sacre scripture consistit in legendo aut audiendo et in eorum que lecta sunt vel audita meditatione quod autem sit vtile contra gulam patet ex verbo christi qui temptatori eius de gula respondit. Non in solo pane vivit homo sed in omni eo quod procedit de ore dei. In meditatione enim secretorum que in sacris litteris continentur tanta est oblectatio vt faciat nos obliuisci mense corporalia. De secundo probatur nam qui multum appetit et desiderat integritatem vite et excellentiam vel in moribus vel in sapientia vel in arte aliqua vel in negotio honesto ille odio habet omne vitium exprobrabile et bestiale et cum quo nulla perfectio et excellentia haberi potest sed concupiscentia gule est maxime exprobrabilis et facit homines bestiales et privat eos omni excellentia igitur. Secundo quicunque est talis ille iudicat refectionem esse sibi ex necessitate nature ad onus et non delectationem impositam et intelligit quod per eam distrahitur a prosecutione rerum excellentium sed vnumquodque vitium facile superatur cum operi eius cum molestia incumbimus ita quod multo malemus non incumbere igitur. De tertio patet per illud prouer. xxi. desideria occidunt pigrum noluerunt quicquam operari manus eius tota die concupiscit et desiderat patitur enim ociosus famem vniversalem oculi eius desiderant videre vanitatem/aures rumores/ olfactus odores/ gula cibos quam famem non habet occupatus et ideo moderata occupatio remedium est contra omne vitium. De quarto probatur per illud melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii eccle. v. et ideo concupiscentiam hanc fugere cupienti necesse est vitare societates gulosorum fugere convivia inanes leticias de quibus dictum est supra sermones preterea de ingluuie hec enim omnia occasionem prestant et concupiscentiam excitant. De quinto patet quia secundum omnes doctores confidentia in victoria certaminis spiritualis non est collocanda in industria nostra sed in auxilio divino ex cuius munere venit quod vincimus ergo multum magis in eo statuenda est spes nostra in eo vitio quod nobis est quam maxime intimum et connaturale sicut est gula sed hec alibi tractanda est et istud ostendit et deducit Cas. in multis collationibus et in libro de institutis monachorum. Sextum patet ex quinto quia si sit in deo confidentia huius victorie ponenda fundende sunt assidue ad eum preces vt suo auxilio muniti huius vitii concupiscentiam superare valeamus et ideo dicit psal. et orat de necessitatibus meis erue me domine comedere enim et bibere necessitatis sunt cui se frequenter concupiscentie voluptas immiscet. huius figuram habemus in evange. cum dicitur quod socrus symonis magnis febribus tenta orantibus apostolis liberata est Lu. iiii. vbi magne febres vehementes concupiscentias gule significant. Septimum patet quia esuries cene eterne saturitatem inducit quia beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam et apoc. xix. beati qui ad cenam agni nuptiarum vocati sunt hoc intendebat Cas. libro quinto de institutis monachorum cum diceba. Et itaquis velut caduca despiciet vniversa presentia cum ad ea que immobilia sunt et eterna: inseparabiliter defixerit

mentis intuitum adhuc in carne positus future cõmemorationis beatitudinẽ iam corde conteplatus et declarat hoc per exemplũ vt patere potest intuenti. hoc documentũ contra gulã certandi et eam superandi pro magna pte ponit quinto libro de insti. monachoꝝ ita dicens. prima eñ nobis est calcandũ gule ɔcupiscentia et eousqȝ extenuanda mens nõ solũ ieiunijs sed etiã vigilijs lectione quoqȝ et crebra compunctione cordis in quibus se forsitan vel illusam vel victã eē ingemiscitur ingemiscens nũc horrore viciorum nũc desiderio perfectionis ꝛ integritatis accensa donec eiusmodi curis ac meditationib⁹ occupata pariter ac possessa ipsius cibi refectionẽ nõ tam iocunditati concessam q̃ȝ oneris vice sibi impositã recognoscat magisqȝ eam necessariã corpori q̃ȝ desiderabilem anime sentiat attributã. Et capitulo sequenti ob qđ ciborum nõ solum superfluus appetitus virtutum ɔtemplatione est castigandus sed etiã ipsi nature necessarius tanq̃ȝ castitati cõtrarius nõ sine cordis anxietate sumendus est et ita demũ vite nostre instituend⁹ est cursus vt nullum magis sit tempus quo sentiamus nos a spiritualibus studijs reuocari q̃ȝ cum descendere ad necessariam corporis curam compellimur. Cũqȝ ad hanc necessitatem submittimur vsui potius vite q̃ȝ mentis desiderio famulãtes q̃ȝ totius ab ea velut a salutoribus nos studijs retrahẽte subtrahi festinemus. nequaq̃ȝ eñ poterimus escarũ presentium spernere voluptates nisi mens contemplationi diuine defixa virtutũ potius ꝛ pulchritudine celestium delectetur ex quibus ptȝ cetero

Cõtra secũdã ɔclõnez

eum probatio. ¶ Contra scđam conclusionẽ arguitur sic. concupiscentia gule potest diminui ꝙ potest totaliter extirpari. añs certum est et consequentia probat sic quia si per aliquem actum aliquid eius diminuitur per similem aliquid aliud diminuetur ꝙ poterit tñ eesumi sic ꝙ totaliter auferetur et extirpabitur. Scđo aliorũ viciorum concupiscentie possunt totaliter extingui ergo et concupiscentia gule. consequentia tenet qꝛ in omnibus videtur similis ratio. ¶ Ad primam

Solutiões.

concedo añs et nego ɔñam et ad proba. concedo assumptum et nego consequentiaȝ qꝛ concupiscẽtia gule propter necessitatem nature cõtinue reuiuiscit. Ad scđam concedo antecedens et nego cõsequentiam et ad probationeȝ dico ꝙ nõ est simile qꝛ cõcupiscentia gule ex natura necessitate oritur nõ autem alie. ¶ Cõtra tertiam conclusioneȝ

Cõtra tertiaȝ cõclusioneȝ

arguit sic. difficilius est facere illa decẽ q̃ȝ victoriam ɔtra gule concupiscentiam obtinere ꝙ documenta illa sunt inutilia. Scđo ad vincendũ concupiscentiam gule sufficit cõtinuare actus abstinentie vel temperantie regularis ꝙ nõ exiguntur predicta decem añcedens patȝ quia in omni virtute ex actibus frequentatis generatur habitus. Tertio compunctio cordis est impertinens certamini concupiscentie igitur ipsa nõ exigitur. Ad primam nego añs et hoc intelligendo communiter et regulariter q̃ȝuis ratione alicuius pticularis circunstantie hoc sit in aliquo vel in aliquibus paucis facilius. ¶ Ad secundam ɔcedo antecedens de cõtinuatione tanta ꝛ tali q̃ȝta et que illo sufficit ad generationem habitus et nego consequentiam quia ad habendam hmõi continuationem hec omnia exiguntur communiter et regulariter. Ad tertioȝ nego añcedens per hoc eñ ꝙ quis corde cõpungitur detestatur peccata sua pro quibus inducitur satisfacere abstinendo. cognoscit preterea ꝙ ex gula omnia vel multa eorũ fluxerunt ideo inducitur per hmõi compunctionem vincere eorum originem scȝ gule cõcupiscentiam. Ratio ante oppositũ soluta est ex dictis.

Consequenter agendũ est de sobrietate et ebrietate sibi opposita et queritur pmo. Utrum sobrietas sit virtus specialis. Arguit ꝙ nõ. circa cibos non est aliqua specialis virtus ꝙ nec circa potus est aliqua specialis virtus ergo sobrietas non est virtus specialis. In oppositum est Docto. auctoritas ponentis sobrietatem esse specialem virtutem. Notandũ est ꝙ brio mensura vinaria est inde dicitur ebrius et dicit ille qui mensuraȝ in bibendo nõ seruat. sobrius aũt qui eam sequit aut sociam habet vt vult Hugu. quod michi magis placet q̃ȝ qđ ait Isidi. sobriuȝ dici quasi ab ebrio separatum cum sobrius nõ dicatur ab ebrio sicut nec ebrius a sobrio: sed vtrumqȝ a brio.

¶ Per sobrietatem autem possumus tria intelligere. Uno modo omnẽ vsum vini vel alterius potus regulatum et temperatuȝ. et hoc modo sobrietas nõ opponitur ebrietati directe et immediate

Sobrietas triplr capi

Alio modo dicitur sobrietas oñis vsus vini qui est regulatus et temperatus aut saltem non taliter cadit a regula temperantie ꝙ reddat vtentem impotem mẽtis ꝛ hoc modo sobrietas pprie opponitur ebrietati ita scilicet ꝙ vsus vini ita excedens veraȝ regulam tẽperantie ꝙ vtentem facit impoteȝ mentis dicit ebrietas. alius auteȝ omnis dicitur sobrietas siue etiaȝ cadat a regula temperantie siue non. Tercio modo accipitur sobrietas pro omni vsu cibi vel pot⁹ mensurato ꝛ regulato istis modis reperitur sobrietatis nomẽ apđ auctores vsitatum. Sunt eniȝ multi qui nomẽ illud extẽdũt taȝ ad cibos q̃ȝ ad potus. Sunt etiã aliqui qui volunt per ipsum signari tantuȝ actus regulatos ꝛ temperatos ꝛ ideo frequenter in talibus est disputatio ad nomen. ¶ Notanduȝ preterea ꝙ ponentiũ sobrietateȝ virtutem esse distinctam ab alia specie temperantie que est circa cibos potest esse triplex opinio. Una dicentiũ ꝙ abstinentia est circa cibos ꝛ sobrietas circa potus vt directiua ꝛ regulatiua ꝛ istam opinionẽ videtur sequut⁹ tho. secũda secunde. q. c. xlvi. vbi illo mõ distinguit inter abstinentiam ꝛ sobrietatem Alia opinio est dicentiũ sobrietatem non esse circa potum tanq̃ȝ circa obiectum adequatũ sed circa potum inebriantem non quideȝ ponendo ꝛ volendo ipsũ sed nolendo ꝛ remouendo ꝛ istaȝ opinionem videt sequutus idem tho. eodẽ libro. q. c. xlix. ar. secundo ita dicens ꝛ ideo vbi inuenitur speciale impedimentum rationis ibi necesse est specialeȝ virtutem ad illud remouendũ poni potus autem inebrians habet specialem rationem impedien-

Triplex opinio de sobrietate.

di rationis vsum inq̄tuz scilicet perturbat cere-
brum sua fumositate et ideo ad remouenduz hoc
impedimentuz rationis requiritur specialis vir-
tus q̄ est sobrietas Tercia opinio potest esse q̄ si-
cut ebrietas non sigt̄ quēlibet excessum vini sed il
lum qui perturbat ꝛ impedit vsuz rationis ita so
brietas nō sigt̄ quēlibet vsuz vini vel potus tem-
peratū sed euz tantū qui habet temperamentum
excellens ita q̄ sobrietas se habeat in potu sicut
abstinentia in cibis ꝛ hoc modo inter sobrietatez
et ebrietatez est magna latitudo sicut enim absti
nentia mediū habet infra latitudinem temperā
tie regularis ciborū clausuz ita ꝛ sobrietas mediū
suum clausum habet infra temperantie latitudi-
nez regularis potuū ꝛ ista videtur mihi verior op
pinio ꝛ sententijs sacrorū doctorum conformior.
secundum q̄z acceptionez sobrius dicitur qui sub
bria est id est sub mēsura siue infra mensurā tem-
Prīa ɔcl̄o perātie regularis pot⁹ regulātia. ¶ Prīa ɔclu
sio Sobrietas primo mō est virt⁹ spālis pz q2 tem
perātia circa cibos est virt⁹ specialis ergo ꝛ tēpe
Scd̄a ɔclo rantia circa potus ergo et sobrietas. ¶ Secun-
da conclusio licet sobrietas secundo modo sit vir
tus specialis ipsa tamē est multum imperfecta ꝛ
cum ea stat intemperantia circa potus. Prima
pars patet quia nolitio pot⁹ vsq̄ ad pturbationē
rationis est actus recte rationi conformis nullaz
malam circunstantiaz includens sicut nolitio ad
ulterij nullam malam circunstantiam includit.
Suppono ergo q̄ propter debituz finem fiat et
hoc etiam probatū a Tho. in recitando opinionez
eius adducta. Secunda pars patet quia ista
virtus tanto est imperfectior q̄to plura vicia se-
cum permittit circa eandem materiam sed sobrie
tas secundo modo accepta multa vicia permit
tit circa potuz igitur maior patet per simile in ca
stitate sit casta nolitio qua quis nolit cuicunq̄ cō
tra regulaz vere castitatis cōmisceri sit alia noli-
tio casta qua nolit adulterari sit tercia qua quis
nolit adulterari incestuose constat q̄ prima inclu
dit secundaz ꝛ terciā/ꝛ secundo terciā/ꝛ non econ
tra ꝛ qui habet habitum exeundi faciliter ꝛ prō-
pte in primas nolitiones habet habituz exeundi
in secundas ꝛ tercias Nam qui vult nulli illicite
cōmisceri nō vult adulterari ꝛ qui nō vult adul-
terari nō vult adulterari incestuose ita etiam qui
vult manere ī vsu pot⁹ notabiliter infra limites
mediū non vult egredi mediuz ꝛ non ecōtra ꝛ qui
vult non egredi mediū vult non ita egredi vt per
hoc turbetur eius mens tamen non econtra mul
ti sunt qui volunt non egredi mediū in tantuz vt
turbetur eorum mens qui tamē volunt egredi me
diuz quia non omnis egressus est turbatiu⁹ men
tis et multi sunt qui volunt non egredi medium
notabiliter qui tamen nō volunt manere notabili
ter infra latitudinem mediū ꝛ ideo prima volitio
est perfectior q̄z secunda et secūda q̄z tercia. Con
firmatur q2 stat aliquez nolle excedere in potu in
tantuz vt turbetur mens eius et tamē velle exce-
dere in dispendiū bone habitudinis corporis vel
anime aut cōtra honestatez aut supra substātiam
Tertia con ¶ Tertia conclusio. Sobrietas accepta modo de
clusio. claratō in tertia opinione est virtus specialis mul

tum perfecta Quod sit virtus patet quia est ha-
bitus electiuus immediate consistens inter scili-
cet insensibilitatem et intemperantiam potuum
sub qua intemperantia continetur ebrietas deter
minata recta ratione secundum iudicium sapien
tis. Ubi enim potest quis excedere et deficere ibi
necesse aut mediuz a ratione determinari. Quod
sit specialis patet quia est circa specialem mate-
riam scilicet circa potū vt statim patebit. Quod
sit multum perfecta patet quia sicut se habet ab-
stinentia in cibis ita se habz sobrietas in potibus
sed abstinentia est circa cibos perfecta temperan
tia ergo et sobrietas circa potus possunt preterea
formari alie rationes ex fundamento rationum
precedentis conclusionis. ¶ Quarta cōclusio so
brietas ex prima institutiōe nominis est circa po Qrta ɔclo
tum vini et non per appropriationem eiusdez no
minis vt videtur sentire Tho. patet quia sobrius
vt dictum est dicitur a bria: bria autē non nomen
cuiuscunq̄ mensure sed significat mensuraz vina
riam vt vult donatus supra teren. ergo sobrietas
ex institutione nominis est circa potū vini. Pro
secunda parte aduertendum q̄ beatus Tho. ꝛ nō
nulli alij eum sequuti opinantur q̄ bria sit nomē
mensure siue vini siue alterius rei dicit enī vt vult
sobrius q̄z briam .i. mensuram seruans et quia vir
tutes que ab aliqua generali conditione virtutis
nominantur illam materiam specialem sibi ven-
dicant in qua difficilimum et optimum est huius
modi conditionem obseruare sicut fortitudo pe-
riculo mortis et temperantia delectationis tact⁹
ideo illam materiā sobrietas sibi specialiter ascri
bit in qua maxime laudabile est huiusmodi men
suram seruari. huiusmodi autem est vinum inebri
are valens quia eius vsus moderatus multuz cō
fert et paruus excessus multum ledit ideo sobrie-
tas specialiter attenditur circa potum non quem
libet sed eum qui sua fumositate natus est caput
turbare sicut vinum et omne quod inebriare po-
test. ¶ Hec ratio Tho. deficit multipliciter p̄mo
Impugnatiō Tho. quia vt ostensum est bria est mensura vinaria. tū
secundo quia non est verum vniuersaliter q̄ virtu
tes que ab aliqua generali cōditione virtutis no-
minantur illam mensuram specialem sibi vendi-
cet in qua difficilimum et optimum est huiusmo-
di conditionem seruare sequeretur enim q̄ tempe
rantia sibi vinum pro materia vendicaret aut cō
cubituz. sequeretur etiaz q̄ iustitia sibi aliquā spe
cialem materiam vendicaret et similiter pruden
tia. Dico tertio q̄ ad huiusmodi appropriationē
vel vendicationem non sufficit q̄ optimū vel dif-
ficilimum sit se habere in tali materia sed exigit
loquentium vsus. cum enim cōtingit q̄ virtuti ex
istenti circa aliquā specialez materiam sub eodez
genere tamen est speciale nomen impositum ꝛ nō
est nomen proprium impositum illi speciei virtu
tis que est circa materiam istam tunc ei nomē cō-
mune appropriatur ideo q̄uis bria esset nomē
mensuram generaliter significans non tamen suf
ficientem propter hoc causam huius appropria-
tionis. s. Tho. tetigit. Dico igitur cōformiter ad
primam partem conclusionis q̄ sobrietas taliter
significat ex ipsa nominis impositione et sic ad aliam

materiam vsi sunt auctores hoc est per extensio-
nem nominis vltra propriam significationem.
Quinta pars ¶ Quinta conclusio sobrietas est extrinsece vir-
tus multum excellens vbi per excellentiam extrin
secam intelligo excellentiam effectuū quos habet
mediante actu proprio elicito sibi autem cōmuni
ter tribuuntur quattuor excellentes effectus. est
enim intellectualis luminis psentatiua/carnalis
concupiscentie repressiua/multorū et magnorum
malorum exclusiua/et senilis etatis decoratiua.
Primū probatur qr vinum moderate sumptum
cor a quo procedunt omnes operationes tam na
turales q̄z animales cōfortat spūs stabiles et sub
tiles generat cerebrum in puritate sua tenet et om
nes anime vires in propriis operationibus perfi
cit et vigorat et ideo scribit Eccl. xxxi. sanitas est
anime et corporis sobrius potus ex quibus sequi
tur operatio intellectus purissima et clarissima et
subtilitas magna intellectus quā destruit ebrie-
tas que vim intellectiuā hebetat et obtenebrat se
cundum illud Osee quarto vinū et ebrietas id est
vsq; ad ebrietatem sumptū aufert cor et mentem
qua nihil est in homine prestantius supaddit au
ctor cuius hec verba sunt ad propositi sui confir-
mationem q̄ beatus dñicus ordinis predicatorū
institutor vt melius animū transferret ad sapien
tiam vinum per decennium nō bibit quo exemplo
multum male probatur q̄ vinum moderate sum
ptum tot notabiles effectus facit. Scdm proba-
tur per illud Hieronimi. venter mero estuans fa
cile spumat in luxuriam in huius figura Noe e-
brius nudauit femora sua et prouerbi. xx. habe-
tur luxuriosa res est vinū quia sez prouocat ad lu
xuriam. et Hiero. ad fabiolā virginem ait. O filia
si Aplūs castigauit corpus suū et in seruitutem re
degit ne cum aliis predicasset reprobus efficeret
quomodo iuuencula adhuc in feruore iuuentutis
posita dapibus et vino plena de castitate erit se-
cura Tertium patet quia sobrietas opponitur ebri
etati ergo impedit et excludit a nobis omnia ma
la que per ebrietatem inducuntur qd intelligo de
hiis que propriis ab ebrietate nata sunt educi: de
quibus videbitur cum agetur de ebrietate. Quar-
tam patet ex primo secundo et tertio quia eius se-
nectus est vigorosior/decentior/cultior/ et purior
quia a iuuentute eam virtutē suscepit qua bone dis
positiones tam anime q̄z corporis maxime indu
cuntur et conseruantur et per quā preseruatur ab
his que maxime effeminant animum et corporis
robur et decorem destruunt sed per sobrietatē vt
declaratum est omnia hec fiunt igitur. et ideo in se-
nibus qui sobrietatem semper seruauerunt sensus
tā interiores q̄z exteriores vegeti sunt et maior
est puritas corporis cum sit minus in eo fecium.
Secundo ebrietas maxime senem dedecet q̄ sobri
etas per quā tollitur ebrietas est senilis etatis de
coratiua oīa patet quia in cantis et senibus maxi-
me vigere debet mens erga illud eis indecentissi
mum quod ab eis mentem extorquet hoc autem
Sexta pars est ebrietas. ¶ Sexta cōclusio est sobrietas sit
omnibus ad bene viuendū multum vtilis est ta-
men hiis quibus opus publicum incūbit maxime
necessaria. Prima pars patet quia sobrietas sit om
nibus impedit et excludit et refrenat cōcupiscen
tias et q̄zuis ad hoc ē magis necessaria hiis q̄ sunt
ad concupiscentias proniores vt iuuenibus et mu
lieribus et ideo vt refert Valeri. (apud ro. anti-
quitus) mulieres prohibebantur vinū bibere et
hoc est quia in eis non est sufficiens robur mentis
ad hoc q̄ cōcupiscentiis resistant. in iuuenibus
autem est excessiuus feruor sanguinis et vehemēs
concupiscentie motus. In quibusdam autem ex-
pellit ea que sunt impeditiua actuum et operati
onum eis pertinentium et disponit eam haben-
tes ad talium operationum exercitium. ebrietas
enim que sobrietati opponitur multos impedit a de
bitis et rectis operationibus puta doctores ab eru
ditione predicatores in verbis dei promulgatio-
ne/iudices a rectis iudiciis religiosos a votorum
et statutorum obseruatione episcopos a prelatio
et econtra/sobrietas ad hec omnia disponit Se-
cunda pars patet quia sine sobrietate hii qui sunt
in officiis publicis constituti nō possunt actus of-
ficiorum suorum vel signitatum legitime exerce
re et preterea defectus quos committunt per pre
sentiam contrarii non solum sunt in detrimentum
publicū sed etiam in notam et pbrum quod late-
re non potest ideo in talibus ebrietas sobrietati
contraria est multum exprobrabilis. Ex quo sic
arguitur illud est maxime necessarium alicui cu-
ius oppm̄ est maxime exprobrabile sed ebrietas
in talibus est maxime exprobrabilis cum eos qui
maxime egent incolumitate mentis a mente alie
net q̄ talibus sobrietas est maxīe necessaria et hec
conclusio per experientiā nota est oībus. nihil est
enim qd tam exprobretur in talibus sicut ebrie-
tas et maxime in hiis quorum non est ambitio-
ne aut auaricia depraauata voluntas.
¶ Contra predictas conclusiones arguitur. Et Cōtra primā
primo contra primam conclusionem et secundam cōclusionē.
circa cibos nō est aliqua specialis virtus ergo nec
circa potus. Secundo tēperantia est circa cibos
et potus inq̄tum in nutritionem veniunt sed ea-
dem ratio nutritionis est in cibis et potibus aut
si sit alia ratio illa tamen nullam differētiam fa
cit circa rationem boni et honesti igitur nō est ibi
alia et alia virtus. Tercio sicut est differentia po-
tus a cibo ita est inter potus diuersitas et simili-
ter inter cibos ergo si circa potus sit alia virtus
a virtute que est circa cibos ita etiam circa alios
et alios potus erit alia et alia virtus. Quarto nul
la nolitio virtuosa includit in volitione viciosa
sed nolitio vini vt inebriantis potest includi i vo
litione vini supra facultatem aut contra bonam
habitudinem corporis vel anime ergo nolitio vi
ni secundū q̄ inebrians non est virtuosa. Maior
probatur quia alias idem actus simul esset bonus
et malus virtuosus et viciosus. ¶ Ad primū in q̄z Solutiōes.
tum procedit contra primā conclusionem nego
consequentiam quicq̄d sit de antecedente et dico
q̄ potus secundum q̄ inebrians habet vnam spe
cialem rationē fugibilis et vituperabilis quā nō
habet cibus quia ei nō conuenit inebriare et ideo
circa potum secundum rationem inebriantis est
ponenda specialis virtus inq̄ztum autem militā-
re videtur contra primam partem secunde cōclu

cõclusionis nego añs dico enĩ q parcimonia circa cibos est abstinentia parcimonia autem circa potus est sobrietas. Ad secundam nego maiorez sed est circa eos inq̃ztuz circa vsum eorum aue nõ vsuz est delectatio aut tristicia per quã delectatio ne quis potest induci ad vsum superfluuz ꝛ quia ciborum et potuũ alie ꝛ alie sũt delectatiões ideo alia est ꝛ alia virtus Ad terciaz concedo q inter potus est varietas ꝛ similiter inter cibos ꝛ concedo q sub virtute que est circa pot⁹ possunt esse diuerse species virtutũ secundũ q ab vno potu potest vnum nocumentuz ꝛ ab alio aliud inferri puta a vino superflua ebrietas ꝛ abaq̃ superflua frigiditas a cervisia excessissime sumpta aliõ nocumẽtũ ꝛ similiter de cibis oĩbus tamẽ est vna cõia ꝛ generica ratio. Ad quartaz cõcedo maiorẽ ꝛ minorem ꝛ conclusionem particularẽ que infertur scilicet q aliqua nolitio vini secunduz q inebriantis non est virtuosa cum quo stat q aliqua nolitio vini secunduz q inebriantis ẽ virtuosa Est enĩ aliq̃ talis nolitio que multaz malaz circunstanciaz habet p obiecto ꝛ q̃zlibet debitaz includit ꝛ ista est bona ꝛ est actus pprius sobrietatis illo mõ accepte alia est que aliq̃z malaz circunstãtiaz icludit vt ista volo sumere vinũ ad saturitatez sed nõ vsq ad inebriationez ꝛ talis si fit vn⁹ act⁹ est mala pter malaz circunstantiã voluñ. dicerent tñ aliq q ibi sunt duo actus quorum vnus est nolitio virtuosa alius est viciosa volitio hec tamen secunda solutio nõ euadit difficultatem q potest dari alia

Cõtra secũdã sclõnez nolitio que nõ esse nisi vn⁹ actus. ¶ Cõtra scdaz eiusdez secunde cõclusionis partez arguit primo omnis virtus est dispositio perfecti ad optimum ergo omnis virtus est perfecta ergo repugnat q sobrietas sit virt⁹ ꝛ tamen q sit iperfecta. Secundo vti vino precise q̃ztuz necessitas exigit est op⁹ temperantie excellens ꝛ perfectum ꝛ non nisi sobrietatis igitur. Tercio nulla virtus compacitur viciũ circa eandem materiaz sed intemperantia circa potũ est circa illam materiam circa quaz est sobrietas secundo modo ergo sobrietas secundo modo non cõpatitur intẽperantiaz circa potum Quarto sobrietas secundo modo habet medium aut illud mediuz egreditur latitudinez mediũ temperantie regularis circa potus aut nõ si sic ergo non est virtus quia nõ habet mediũ recta ratiõe determinatũ si non ergo cũ ea non stat vicium intemperantie circa potũ cuz per omne tale viciuz quis egrediatur limites temperantie regularis. Quinto sic quicquid mediat inter duo extrema opposita alicui virtuti pertinet ad illam virtutẽ sed vinum cruditatem generans aut supra facultatez est mediũ inter insensibilitatez ꝛ vsuz vini vel inebriãtis ergo ad sobrietatez pertinebit vti vino nociuo et cruditatem aut aliam indispositionem fa

Solutiões ciente sed hoc est falsum igitur. ¶ Ad primam dico q aliquod opus dicitur perfectũ dupliciter. Uno modo quia est integrum ꝛ non viciatum. Secundo modo quia circa materiam suam excellentiam habet super multa alia opera. Primo modo concedit maior. scdõ mõ. negatur. Ad secũdã nego scdaz ptẽ de sobrietate scdõ mõ dicta. Ad tertiam negatur maior et si probes quia omnis virtus et vitium circa eandem materiaz sunt opposita ista negatur nolle enim detinere pecuniam alienam semper inuito domino est bonus actus et tamen velle eam deemere ad tempus est vitium circa materiam eandem alteri ac vt compossibile ita nolle inebriari compatitur secum velle egredi medium circa potus que est mat⁹ actus ꝛ intemperantie. Ad quartaz dico q propriuz est sobrietati illomodo accepte nolitevinũ secundum q inebrians et dico q ista nolitio non egredit formaliter et actualiter medium temperantie regularis quia non habet pro obiecto aliquem partez latitudinis transcendentem mediuz dico ergo q non egreditur sed quia non detrahat sibi aliquã certam q̃ztitatem circa potum quo vtendum est infra mediuz latitudinis temperantie regularis ideo stat cum actu egrediente mediuz et propter hoc diximus sobrietatem sic acceptam esse virtutem imperfectam simile huius est nolle occidere hominem est actus caritatis cum quo actu caritatis stat velle vulnerare eum depredari et multis alijs modis dampnificare. Ad quintam dico q sobrietas hoc modo accepta mediat inter insensibilitatem circa potum et vsum potus vt inebrians nec tamen oportet q omne illud sit actus sobrietatis quod est contentum intra hec duo extrema. Nam vsus vini cruditatem generantis vel supra substantiam ꝛ facultatem nec est insensibilitas circa potum nec est vsus vini vt inebriantis et tamen non est actus sobrietatis quia volitio vini secundum aliquid contentum infra hec duo extrema est per temperantiam regularem prohibita et ei contraria non autem est contraria sobrietati

Cõtra q̃rtã sclusiõem. ¶ Contra quartam conclusionem arguitur primo per illud ad ro. xij. nõ plus sapere q̃z oportet sed sapere ad sobrietatez ergo sobrietas est circa sapientiam et non circa potum. Secundo per illud Sap. viij. Sobrietatem ꝛ prudentiam docet iustitiam et virtutem vbi sobrietas ponit pro temperantia sed constat quod temperantia nõ est solum circa potum igitur nec sobrietas. Tertio per illud ad titum secundo. sobrie et iuste et pie viuamus ꝛ prime ad Thi. ij. mulieres in habitu ornato cum verecundia ꝛ sobrietate ornantes se ex quibus patet q sobrietas non soluz pertinet ad vsuz potus sed etiam ad ornatũ exteriorem ꝛ ad multa alia. Quarto sic vsus vini est illicitus ergo circa potum vini non est ponẽda sobrietas antecedẽs patz. tum primo quia vsus vini impedit sapientiaz secundũ illud Ecc. secundo Cogitaui abstrahere carnem meam a vino vt transferrẽ animam meam ad sapientiam. Tũ secundo per illud apostoli ad ro. xiiij. bonum est nõ manducare carnez ꝛ non bibere vinum neq in quo frater tuus offendit aut scandalizat aut infirmat ergo bibere vinũ non est opus virtutis consequentia tenet quia cessare a bono virtutis non est bonum. Tum tertio per illud Hiero. vinum post diluuium est dedicatum. christus autem venit in fine seculorum ꝛ extremitatem retraxit ad principium ergo tempore christiane legis vino vti est illicitũ.

Solutiões. ¶ Ad primam dico q apostolus accepit ibi nomen sobrietatis trãssumptiue ꝛ non proprie. ad sapientiam

enim significandam transsumitur nomē sobrieta tis qua sapientia inebriat. id est vehemēter delectando inficit scđm illud Psal. Calix tuus inebrians q̄z preclarus est. hoc dictum est secundū sententiam Thome cuius principalis solutio placet tamē expositio nō videtur conueniens dicto Apostoli. calix enim sapientie inebrians est preclarus et tamen sapere nō ad sobrietatem nō est preclarum sed viciosū. Dico ꝙ ꝙ sicut contingit vti vino inebriante et nō sobrie ⁊ contingit vti sobrie ita etiam ꝯtingit sapere ad sobrietatē et nō ad sobrietatem nā qui nituntur inquirere que sunt supra facultatem humanam aut supra status sui conditionē hi sapiunt non sobrie et ab Apostolo reprehensi sunt quia ꝙ in assecutione sapientie ebrietas est laudabilis ideo nō videtur ꝯueniens aptata per Tho. similitudo. Ad scđaꝫ dico ꝙ ibi accipitur sobrietas tertio modo. Ad tertiam dico ꝙ in illis verbis extenditur significatio sobrietatis vltra propriam acceptionē. qm̄ autem ad ornatum applicatur transsumptiue videtur sumi. Ad quartam nego añs. Ad primam probationeꝫ nego assumptum de vsu moderato vini. Et ad auctoritatem dicitur ꝙ aliqn̄ vt fugiamus vsum intemperatum rei totaliter reiicimus nō q2 vsus moderatus sit nociuus sed q2 qui nullomodo vtitur nō ita faciliter cadit in abusum sicut qui parce ⁊ moderate vtitur sicut qui nullomō iurat nō tam cito cadit in piurium sicut qui veruꝫ iurare consueuit vt vult August cōtra Faustum. Nec placet michi opinio Tho dicentis ꝙ licet ad acquirendum sapientiam quantū sufficit ad salutem nō exigatur omnino abstinere a vino ad acquirendum tamen eam secundū quandam perfectionis gradum requiritur in aliquibus ꝙ omnino abstineāt nisi velit saluare per hoc ꝙ adiungit scđm conditiones quarundam personarum et locorum q2 nō videtur mihi ꝙ vsus sobrius vini nocet acquisitioni excellentia sapientie nisi ꝓpter certam conditionē persone et loci raro forte et in paucioribus contingentem. Ad secundam ꝓbationeꝫ cōcedo auctoritatem apl̄i et nego ꝯñam quia nō dicit Apostolus vsum vini nō esse bonum simpliciter sed cum scandalizauit proximum. Ad tertiam ꝓbationeꝫ dico ꝙ nō legi in aliquo passu noue legis in quo vsus vini sit a xp̄o prohibitus neqꝫ tanq̄z illicitus neqꝫ tanq̄z perfectionis impeditiuus cū etiā ipse legatur hmōi vsum habuisse. dico ergo ꝙ secundum Hieronimum dicentem xp̄us reduxisse extremitatem ad principium nō prohibendo vsum vini sed magis moderando et etiaꝫ multos vsus vini declarando et docendo esse illicitos qui post diluuium nō reputabātur illiciti ¶ Contra sextam conclusionem arguit sic scđm Apostolū senes sunt maxime ad sobrietatem exortandi secundum illud ad Titum scđo. Senes vt sobrii sint et tamen multis talibus nō incumbit opus publicum ngere igitur. Ad hoc dico ꝙ senibus compet it aliorū eruditio et in his exprobrabilis est multum intemperantia eo ꝙ omnes hmōi motus debent esse in eis iam castigati et emēdati ⁊ ideo aliqua virtus potest dici alicui magis necessaria simpliciter. Vnomō q2 oppositum vicium magis in

Cōtra sextā cōclusionē.

Solutio.

citāt ad vicia etati alicui aut statui competentia. Secūdo modo q2 magis impedit ab actibus statui aut cōditioni illi competētibus. Tertio quia vitium illud est in tali statu aut conditione magis exprobrabile et secundum hoc possunt solui varie auctoritates sanctorum nunc inductarum in illis sobrietatem commendantium.

Consequēter agendum est de vitio sobrietati opposito scilicet de ebrietate. Et queritur. Utrū ebrietas sit peccatum mortale? Arguitur ꝙ non vitiosa potatio ⁊ prima vel secunda sunt eiusdem rationis prima non est peccatuꝫ ergo nec secunda. In oppositum arguitur per illud apostoli ad romanos. xiij. Non in cōmessationibus et ebrietatibus. Notandum ꝙ sicut dictum est supra bria significat mensuram vinariam et inde est ꝙ glosa ad romanos. xiij. ait ꝙ bria significat calicem debite potationis Inde autem derivatur ebrietas cum tam notabiliter huiusmodi mensuram potando quis excedit vt desinat esse compos mentis ¶ Accipitur tñ ebrietas aliquādo pro ipso defectu siue alienatione mentis ex nimio potu vini proueniente, aliquando vero accipitur pro ipso excessiuo potu vini hmōi alienationē mentis causante. Primomō sigt̄ vt dictū est alienationem mentis ⁊ cognotat potum vini aut alterius inebriantis tanq̄z causam ⁊ inde est ꝙ si ex alio contingeret alienatio ipsa non diceretur ebrietas. Secundomodo significat principaliter ipsum excessiuum potum ⁊ cognotat alienationeꝫ mentis inde consequenteꝫ ⁊ inde est ꝙ q̄ztuncunqꝫ quis potando excedat si non consequatur alienatio mentis non dicit ebrius que tñ alienatio aliqñ magis aliquando minus consequit ¶ Cōtingit aūt aliqñ ꝙ ex tali excessiuo potu sequat alienatio mentis quadrupliciter. Vnomō sic ꝙ nesciat nec propter ea scire teneat potū illū esse excessiuū ⁊ inebrietate potentē vt cū inebriatio ꝯtingit ex nimia fortitudine vini q̄ aliqñ est imperceptibilis. Et hoc contingit dupliciter. Vnomō cū est ignorantia secunduꝫ genus sicut in Noe qui ignorabat vinum esse inebriatiuū. Aliomodo cū est ignorantia scđꝫ speciē aut secundū q̄ztitatē aut scđm vehementiā actiōis vt si quis ignoraret vinū dulce aut mustū esse inebriatiuū aut in tanta q̄ztitate esse inebriatiuum aut vinū vnius patrie citius inebriare q̄z vinum alterius multis enim modis contingit ꝙ quis inebriatur a vino ⁊ tamen nescit huiusmodi potū esse immoderatū aut inebriare potentē. Hoc etiam contingit frequenter ex dispositione bibentis que talis esse potest ꝙ mens citius ex potu vini alienatur q̄z partes corporis percipiant detrimentū. Secundomō contingit ꝙ talis sciat potū esse immoderatū sed nesciat ipsuꝫ inebriare potentē vt cū sentit actualiter aliqua detrimenta ⁊ nocumenta in partibus corporis aut post tale vinū in tanta q̄ztitate potatū cū fuerunt per certū tempus postea sentit huiusmodi detrimenta. Tertio modo cū hec quis nescit sed tamen scire tenetur ita ꝙ hoc ipsum ꝙ nescit ꝓuenit ex ignorantia crassa vel affectata. Quartomodo cum quis

Ebrietas duplr accipitur

Cōtingit q in potu vini excessiuo sequit alienatō mētis quadruplicr

scis potum esse immoderatū et inebriare potantez
et nichilominus vult bibere tale et tantuz magis
eligens bibere tale et tantū inebriari q3 abstinere
Pars 2cl'o a tali et tanto et nō inebriari. ¶ Prima cōclusio
Ebrietas secūdomō accepta scz p potu excessiuo quē
tamē ebrius nesciebat nec scire tenebat esse exces
siuū et inebriantē est peccatuz sed non imputabi-
le q3 ste peccatum patz quia si haberet recta pru-
dentia directus in potu vini hmōi vsus vini esset
ei difformis et malus moraliter. Scd'a pars patz
quia actus cōformis errori quē quis cū agit vicē
non tenet non est imputabilis ad penaz sed hmōi
vsus vini est conformis errori quē tūc vincē nō te
net vtens quia per casuz nō tenet scire potum il-
Scd'a 2cl'o lum esse excessiuū et inebriantem ergo ille vsus non
est imputabilis. ¶ Scd'a 2clusio ebrietas eodem
mō accepta cū tū quis nescit sed scire tenet vsuz vi
ni esse excessiuū et inebriantē est pctm̄ imputabile
q3 sit peccatū patz vt in precedenti q3 sit imputa
bile patz quia ignorantia eius est crassa aut affe-
Tercia 2cl'o ctata ergo non excusat et p 2ñs actus est imputa
bilis. ¶ Tercia conclusio ebrietas eodem mō ac-
cepta est peccatum imputabile cum quis scit po
tum illū esse excessiuū sed non scit nec scire tenet
ipsuz esse inebriantē patz quia omnis intēperan-
tia nullomodo excusata est pctm̄ imputabile sed
huiusmodi ebrietas est intemperantia cū sit vsus
potus cōtra rectam racionē nullomō excusata cū
Q'rta 2cl'o nec ignorantia nec aliqua alia circūstantia excu-
set igr. ¶ Quarta 2clusio ebrietas eodē mō acce
pta est pctm̄ ebrietatis ipu'abile cū quis scit potū
esse excessiuū et inebriantē. Q'd sit pctm̄ patz ex p
cedētib' q'd sit pctm̄ ebrietatis q3 talis volitio hz
formaliter vel equiualēter quū p̄ponit potū ine-
briantē potui moderato ita q3 volitio quā hz ille
differt specie a volitione quā hz p̄cedēs et hz ali-
quod obiectū p'tale scz inebriatiōez q'd nō hz p̄ce
dēs volitio. Et hec videt esse opīo Tho. q ponēs
tres mōs quib' 2tingit vti imoderate vino ita di-
cit tertio mō pōt cōtingere q3 aliquis bene aduer-
tat potū esse imoderatū et inebriantem tū magis
vult ebrietatē incurrere q3 a potu abstinere et ta-
lis proprie dicit ebrius q3 moralia recipiunt spe-
ciem non ab hiis que per accidens eueniunt et p̄
ter intentionem sed ab eo quod per se est inten-
tum ex quo infero contra communem opinionez
q3 ad hoc q3 circunstantia faciat speciem in actu
bono vel malo nō sufficit q3 sit circunstantia sed
exigitur q3 ipsa sit intenta volita scilicet vel noli
ta alias per accidens se habebit et preter inten-
tionem Sed queres quid si sciat potum esse im-
moderatum non tamen scit actualiter sed scire te
netur ipsum esse inebriantem. Quarto q3 talis nō
habet volitionem aliquam pertinentem forma-
liter ad peccatum ebrietatis habet tamen vnam
volitionem et vnam omissionem que equiualens
peccato ebrietatis quo ad imputabilitatem et
hoc maxime cum ignorantia est crassa vel affe-
Quīta 2cl'o ctata. ¶ Quinta conclusio non omnis vsus vini
inebriantis qui scient esse talis est peccatum pa-
tet non omnis talis vsus est immoderatus et ex-
cessiuus ergo nō omnis est peccatū antecedēs probo
de vsu vini inebriāte qui ip̄ se fit vt per hoc na-
tura prouocetur ad vomituz et purgetur et q3 iste
vsus non sit imoderat' pbatur ratione Tho. ci-
bus enim inquit et potus est moderand' secundū
q3 competit corporis valitudini et ideo sicut q3q3
contingit q3 cibus qui est moderatus sano est im-
moderat' infirmo ita etiā potest contingere q3 il-
le qui est superfluus sano sit moderatus infirmo
et hoc mō cum aliquis multū comedit vel bibit se
cundū consilium medicine ad vomitū prouocan
dum non est reputandus superfluus cibus vel po
tus hec Tho. posset probari p simile de cibo vel
potu supra facultatem aliquis enim potus sit sa
no est supra facultatē qui in egro non est supra fa
cultatem. Nec valet quod superaddit Tho. q3 sci
licet non requiritur ad sanitatem q3 sit potus ine
brians quia etiā potus aque tepide vomitū caus-
sat et ideo vt dicit propter hanc causā non excu-
saret aliquis ab ebrietate hec opinio non videt si
bi consona et cōtra eam sic arguitur oīs ebrietas
est potus imoderatus et superfluus sed huiusmo
di vsus vini non est potus immoderatus ergo hu
iusmodi potus non est ebrietas maior videtur cer
ta et minor est ipsius Tho. secūdo quia licet po-
tus aque tepide p̄uocet vomitum non tamen in
in omnib' et vniuersaliter et constat q3 in aliquib'
ebrietas prouocat vomitū in quibus potus aque
tepide nō prouocaret sicut et econtra vti vino vs-
q3 ad inebriationem quandoq3 virtuale est actus
et etiam cōstat q3 per vomitū ab alia et alia causa
prouocatū alie et alie superfluitates emittuntur et
inde est q3 secunduz diuersitatez humorū medici
alias et alias medicinas adaptāt ergo si ex consi
lio medici habeatur q3 potus vini vsq3 ad inebria
tionem est huic ad vomituz cōuenientissim' vide
tur q3 vsus vini vsq3 ad ebrietatez erit recte ratio
ni conformis et ita erit opus virtutis et non vicii.
¶ Sexta conclusio vsus vini non habet secundū Sexta 2cl'o
q3 alienatiuus mētis q3 sit peccatū mortale patet
non omnis vsus vini alienans mētem est pecca-
tum mortale ergo nec vsus vini secundū q3 aliena
tiuus mentis est peccatū mortale antecedens ha
betur ex precedenti conclusione et consequētia te
net quia ex opposito consequentis sequitur oppo
situ antecedentis vt patz logicis regulas exponi-
bilium scientib' Scd'o nulla condicio que potest
seruari tam in actu virtuoso faciat ex se et sufficien
ter actū mortaliter culpabilem sed hec condicio
que est alienare mentē est reperibilis tā in vsu vi
ni moderato et virtuoso q3 in vsu moderato et vicio
so ergo hmōi cōdicio nō facit sufficiēter actuz esse
mortaliter culpabilē minor certa et ex precedēti cō
clusione et maior probatur quia oīs act' est mor
taliter culpabilis in quo reperietur condicio suf
ficienter faciēs actū illum esse mortaliter culpabi
lem. Tercio nullus act' ex genere mortaliter cul
pabilis potest per quācunq3 circunstantiam fieri
bonus et laudabilis sed vsus vini mentem alie-
nans per aliquaz circunstantiam fit virtuosus et
laudabilis etiam in sensu supposito ergo hoc to-
tum non includit in se aliquid mortaliter culpa-
bile. Quarto si hec condicio esset mortaliter cul
pabilis hoc esset aut quia esset contra caritatem
in deum aut in proximū aut in seipsū non in deū

q̄uis huiusmodi vsus nō est contra aliquod prece
ptum diuinum nec in proximū vt de se patet nec
contra caritatem in seipsum cū interdū vt dictū
est hoc possit fieri ex caritate ad seipsum cum scilȝ
per huiōi vsum procuratur sanitas ⁊ bona habi-
tudo corporis quā recta ratio dictat per hoc me-
dium posse rationabiliter procurari, vnicuiqȝ em̄
vti ratione potenti ꝯstat ꝙ est simpliciter melius
per vsum vini aliquo paruo tempore mentem ali
enari q̄ȝ infirmitatem grauem: diuturnā: et peri-
culosam incurrere. Per quā etiam mens vocatur
in piculū diuturne alienatiōis. Neqȝ video ꝙ hec
cōditio debeat importare culpabilitatē mortalē
quia alias propter q̄ȝcunqȝ sanitatē corporis nō
fieret licita ⁊ nō culpabilis sicut secundū eundem
doctorē, ꝑpter quodcunqȝ periculum corporis
vitandum aut quodcunqȝ bonū consequendum
nō liceret fornicari ex eo fornicatio ex genere est
Septima conclusio. peccatū mortale. ❡ Septima cōclusio. Si ebri
etas est peccatum mortale hoc magis sibi cōue-
nit ex eo ꝙ vsus voluntarius vini est immodera-
tus aliquo certo mō inordinationis q̄ȝ secundū ꝙ
mentem alienans, patȝ hec cōclusio ex dictis. Di
xi autem aliquo certo mō inordinationis q̄ȝ non
quelibet inordinatio in vsu vini est peccatū mor
Obiectio. tale. ❡ Sed si dicas ꝙ aliquis potus vini ideo p̄ci
se est immoderatus q̄ȝ alienans mentem ergo si
esse immoderatum sit conditio mortaliter culpa
bilis alienare mentem erit conditio mortaliter
culpabilis. Antecedens probaꝝ volo ꝙ sit aliquis
cui ex complexione vinum prius capiti ⁊ menti
noceat causando alienationem quā faciat q̄ȝcun
cunqȝ aliam malam dispositionem ita ꝙ ad par
ue quantitatis vsum statim alienatur mens eius
tali vinum in parua q̄ntitate est multum immo
deratum et non nisi q̄ȝ alienat mentem ḡ aliquis
potus vini ideo est immoderatus q̄ȝ alienat men
Responsio tem. Ad hoc respondeo negando antecedens ex eo
enim sequitur ex vi reduplicationis ꝙ omnis vsus
vini mentē alienans est immoderatus cuius op
positum dictum est. Dico autem pro casu argu-
menti et concedo ꝙ aliquis potus vini nō est im
moderatus q̄ȝ sine notabili et rationabili vtilita
te mentem alienat et ex ista reduplicatiua sequiꝝ
vna vniuersalis vera videlicet ista omnis vsus vi
ni sine notabili ⁊ rationabili vtilitate mentē ali
enans est immoderatus. Sed q̄ȝ hec conclusio cō
ditionalis ē ideo ad inquirendū de veritate ante
cedentis recurre ad illud quod supradictū est de
Octaua cōclusio. peccato gule pro quo sit. ❡ Octaua cōclusio. ali
qua ebrietas est peccatum mortale licet non om-
nis. Prima pars potest probari per ea que dicta
sunt supra cum de gula agebatur. Secunda pȝ
de eo qui ex complexione sua ex potu vini prius
suscipit alienationem mentis lenem tamen ⁊ nō
vehementem q̄ȝ aliam indispositionem ⁊ maxi-
me cum durante ebrietate vel somnolentia tan
tum currit vel solito letior efficitur et nō mouetur
ad actus perniciosos et nociuos nō ad contumelias
nō ad iurgia ⁊ litem nō ad luxuriam. secūm enim
conditiones quas quis cognoscit habere se tem-
pore ebrietatis ipse magis vel minus eam vita-
re tenetur. Nam qui sentiunt se esse paratos ad
vitiones/homicidia/rixas/stupra, ⁊ alia huiōi cū
vino alienata est mens illi magis vitare tenentur
ebrietatem. ❡ Contra tertiam ⁊ quartam conclu Cōtra tertiā ⁊ quartā ꝯclusiones
siones arguitur sic omne peccatum secundum ex
cessum habet aliud peccatum secundū defectū si-
bi oppositum sed ebrietati nichil opponiꝝ secun
dum defectum nec ipsa est peccatum secundū de-
fectū ergo ipsa non est peccatum. Scd̄o omne pec
catū est voluntarium sed ebrietas non est volun-
taria igitur non est peccatum maior est Augusti
ni et minor probaꝝ tum primo quia ipsa natura-
liter causatur ex potu vini tum secundo quia nul
lus est qui velit ebrius esse ⁊ vsu rationis priuari
Tertio si sic sequereꝝ ꝙ illi qui inuitant alios ad
potum quo inebriantur peccarent sed consequēs
est falsum igiꝝ ⁊ patȝ consequentia quia quicun-
qȝ est alteri causa peccandi peccat. Quarto om-
nibus peccatis correctio debeꝝ sed ebriis non ad-
hibeꝝ correctio. Nam secundum gregorium cum
venia sunt ingenio suo relinquendi ne deteriores
fiant si a tali ebrietate euellantur. Quinto si ebri
etas esset peccatum hoc maxime esset propter alie
nationem rationis sed hoc non quia huiusmodi
alienatio mentis frequenter contingit sine pecca-
to vt in maniacis ⁊ nonnullis febricitantibus et
patet etiam in dormientibus. Sexto si sic seque-
retur ꝙ aliqui ex complexione sua tenerentur nō
vti vino sed consequēs est falsū igiꝝ cōsequentia te
net quia aliqui sunt, qui vino q̄ȝtumcunqȝ paruo
sumpto alienantur mente. Falsitas autem conse
quentis patet quia abstinere a vino est opus sup
erogationis. Tum secundo quia potest esse com
plexio talis ꝙ ex aliquo potu notabilius ⁊ grauius
detrimentum consequentur. ❡ Ad primam con Solutiões.
cedo maiorem et nego minorem pro prima par-
te opponitur enim ebrietati secundum defectum
vicium illud quo quis ita asperuaretur vinum et
a se vsum eius reiceret ꝙ nature sue propter defe
ctū vsus vini notabile detrimentū inferret quod
vicium non habet nomen sicut nec alie insensibi
litatis species ex eo ꝙ raro ꝯtingūt vt dicit Aris.
tertio ethicorum. Ad secundam respondet beatꝰ
Tho. ꝙ obiectō illa procedit de defectu cōsequen
te qui est inuoluntarius sed immoderatus vsus vi
ni voluntarius est in quo consistit ratio peccati.
Hec solutio non videtur consentire cum eo quod
idem doctor dicit articulo sequenti in corelario
questionis vbi habet ꝙ si quis aduerteret vinum
esse immoderatum sed non aduerteret ipsum ine
briare potens talis non diceretꝝ ꝓprie ebrius. Si
autem vtrunqȝ aduerteret magis tamen vellet i-
ebrietatem incurrere q̄ȝ a potu abstinere talis ꝓ-
prie diciꝝ ebrius. Ex quibus sic arguitur omnis
qui magis vult inebriari potu vini q̄ȝ a potu vini
abstinere vult inebriari sed omnis proprie ebriꝰ
magis vult inebriari potu vini q̄ȝ a potu vini ab
stinere ergo omnis proprie ebrius vult inebriari
Et concludit hec ratio de eo qui denominaꝝ ebri
us formaliter a volitione mere positiua secundo
aut ratio peccati ebrietatis consistit precise in vo
litione potus immoderati aut consistit in volitio
ne potus immoderati et inebriātis sciti esse talis
Non primum quia tunc omnis scienter et volun

tucie utens potu inmoderato esse ebrius quod fal sum est secundum Tho. cum etiam quia non omnis tā lis alienatiue mente sunt tercio quia tunc vinum ut inebrians non esset materia ebrietatis cuius op positum determinat idem Tho. vbi agit de sobrieta te. Si secundū ergo ad ebrietatem formaliter et p prie dictam exigitur q potus secundum q̄ est ebrie tiuus siue mentem alienans sit volitus. ¶ Ideo ali ter respondeo et dico q secundū Aris. ter. ethi. ali quid dicitur volitum dupliciter Uno modo sim pliciter Alio modo propter hoc dico ego q alie natio mentis non est volita volitione simpliciter di cta sed est volita volitione propter hoc nō est qui dem volita volitione simpliciter dicta quia si so la presentaretur voluntati voluntas nō vellet re gulariter sed est volita volitiōe propter hoc quia presentato voluntati potu excessiuo et alienacio ne mentis et cum hoc ostenso q secundū concomi tatur primum tunc ue deficiat primū vult secun dum hoc modo dicit ibidem Aris. q piectio mer cium est volita non volitione simpliciter dicta sed volitione propter hoc scilicet propter vitationem periculi imminentis. quid autem appelletur vo litio simpliciter alibi declaraui et ideo nego mi norem predicte racionis. et ad primā pbationem nego consequentiam quia licet illa causa posita naturaliter ponat effectum posit[i]o tamē illius cau se est mere voluntaria et manult voluntas effectū ponere q̄ causam non ponere. Ad secundam pro bationem patet solutio per distinctionem positā. Ad terciam concedo consequēs si inuitans sciat vel probabiliter credat potum illum esse inebriā tem respectu illius quem inuitat et hoc est quod dicit Tho. q si ignorantia desit neuter excusatur a peccato. Addo etiam ipsum peccare si nesciat nec probabiliter credat sed scire aut probabiliter opinari vel credere vel dubitare tenetur nam si aliquis potus vini secūdum q̄titatem et speciem et frequētiam bibendi vt in pluribus inebriet debet inuitans probabiliter dubitare vel credere q si milis potus consimilibus conditionibus istū in ebriabit quem inuitat frequēter tamen fit inuita tio frequēs nō sub intentiōe q̄cunque mala aut no ciua sed solum gratia recreandi festinandi et exci tandi ad honestam leticiam conuiuam vel conui uas quos virum bonum et prudentes et sobrios cre dimus quos etiam putamus nec a vino nec ab ami cis inuitatos velle temperantie regulam excedere et in tali casu non videtur esse huiusmodi inuita tio peccati. Inuitacio itaque huiusmodi potest fie ri propter multas causas primo propter causam nunc dictam et illa potius est laudabilis ad hone stam cōmunicationē pertinēs potest ēt aliqū de prauari vt si inuitāo signis aliquibus percipias in uitatum de cuius sobrietate confidebat excedere et viam vere temperancie deserere et in tali casu te netur cessare ab inuitatiōe huiusmodi et honestis modis et congruentibus retrahere vel impedire a pluri potatione. aliquando fit causa inebriandi inuitatū et hoc cōtingit dupliciter vno mō in dā pnū et iniuriā ipsius inebriandi vt si p hoc velimus cognoscere aliq̄ de secretis suis aut eū in mercacio ne decipere. aliomō ad dāpnū et iniuriā vitandā

quam pbabiliter timemus ab eo nobis inique cō tra nos inferendam esse vt si quis insidiatorem vi rorum in taberna reperiens inebriare tentet vt fa ctus ebrius ab insidijs et nocumentis aut inuicta aut in bonis desistat et hoc videtur esse sine vicio si cetera recta se habeant. aliquando vero fit cum intencione inebriandi sic precise stando quia scz victoriosum putant inebriantes potuisse eū ebri um reddere. aliquando vero ppter delectationē audiendis vel videndis ridiculis tam sermonibus q̄z factis q̄ ille rōne ebrietatis dicere vel facere cō sueuit et istis modis inebriare peccatum est et est peccatum ad iniusticiam ptinens. nam ebrietas vnum et idem peccatū existens denominat eum in quo est intemperatum et ebrium. eum vero cuius consilio vel suasu vel inductione ac etiā nō prohi bente cum qui ergā prohibetur tenetur denominat iniustū. Ad quartam pcedo maiorem in foro in teriori vel exteriori. sunt tamen multa q̄ leges et decreta noluerunt per formam exterius punire que dam secundum genus suum vt est loquacitas illi beralitas qua tū nulli nocetur aliquis excessus in cibo et potu quo bona habitudo corporis et ani me dispendium aliquod patitur non enim iura quemlibet excessum volunt puniendum in foro ex teriori decreuerunt quedam vero racione circun stantie vt quia sunt occulta quedam vero ratione communitatis quia scilicet illud peccatum est val de multis commune est autem apud communita tem minus agendum quē pocius est suasionibus q̄z supplicijs ducenda quedam vero ratione peri culi cum per punitionem maius periculum immi net q̄z per impunitatem vt in peccatis principū aut magnatum et propter istam causam etiam peccata eorum quibus communicant sunt impu nita relinquenda et de huiusmodi ebrietate mul tis communi et que certis diebus fiebat loquitur Gregorius vbi allegatur vt patz in decretis dist. iiij. c. denique etiam dicit Augustinus ad aurelium episcopum de cōmessationibus et ebrietatibus lo quens non aspere q̄ztum estimo nō dure non im periose ista tolluntur sed magis docendo quam iu bendo magis monendo q̄z minādo sic enim agen dum est cum multitudine peccantium seueritas autem exercenda est in peccato paucorum. Ad quintam dico q alienacio mētis et priuacio vsus rationis aliqū est contra rectā rationem volita ali quando non. quotiens autē est contra rectam ra cionem volita tunc actus quo est volita est pecca tum ebrietas autem vt est peccati nomē nominat ipsam alienationem mentis contra rectam ratio nem volitam ideo alienatio mentis vel priuatio vsus rationis non est precisa causa q ebrietas sit peccatum nec huiusmodi alienatio aut priuatio vsus rationis est mala ex genere alias dormitio omnis esset peccatum sed causa precisa est aliena tio vel priuatio vsus rationis contra rectam ra cionem volita in se scilz vel in sua causa ad sensum satis supra expressum priuatio enim vsus ratio nis est volita non volitione simplici sed volitiōe propter hoc vt dictū est aliquid autem est ppter quod secundū rectam rationem potest etiam esse volita vt propter quietem corporis aut ppter sa

T.i.

Dupl̄r ali- quid dicit volitum

nitatem aliquid vero est ꝓpter qd non potest secundum rectam rationem esse volita immo rectam ratio dicat ꝙ ad eam fugiendam illud aliud ex quo potest causari. est autem in toto aut in parte deserendum vt secundum rectam rõnem deserendus est excessiuus potus vini ne alienatio mẽtis subsequatur ⁊ quando ecõtra est in nobis tanta et tam vehemens cõcupiscentia vini vt contemptibimus huiõi alienationis incursum ⁊ magis velimus inebriari q̃ potuz excessiuum deserere tũc alienatio mentis dr̃ esse contra rectam rõnem volita. Ad sextam concedo ꝯñs ⁊ ad primã probationez dico ꝙ regulariter abstinere a vino est supererogationis respectu tñ aliculus et in casu alicuius certe cõplexionis est necessitatis. Ad secundam improbationem dico ꝙ si complexio essz talis ex duobus malis fugiendũ esset malus et magis fugienda esset vehemens et diuturna egritudo q̃z breuis mentis alienatio. tali tamen secunduz exigentiam sue complexionis esset consulendum et esset comparanda qualitas ebrietatis ad qualitatem egritudinis ⁊ per regulas magis et minus eligibilium ⁊ fugibilium in ꝯsilio dando procedendũ. ¶ Contra sextaz conclusionẽ arguitur sic quicunq̃ volens ⁊ sciens priuat se actu rõnis quo secundum virtutem operatur et peccata declinat peccat mortaliter. sed quicunq̃ se inebriat volens et sciens priuat se vsu rationis quo peccata declinat ⁊ secundum virtutem operatur ꝙ omnis talis peccat mortaliter maior patz quia quicunq̃ volens et sciens incurrit detrimentum corporale peccat mortaliter ꝙ quicunq̃ volens ⁊ sciens incurrit priuationem vsus rõnis qui est detrimentum anime peccat mortaliter. Sc̃do quicunq̃ exponit se periculo pcti mortalis peccat mortaliter sed quicunq̃ volens et sciens priuat se vsu rationis quo peccata declinat exponit se periculo peccati mortalis ꝙ omnis talis peccat mortaliter. minor patz. Tum primo qz perditio vsu rõnis faciliter in peccatũ incidimus. Tum sc̃do p Ambro. lib. iij de patriarchis. vitandã dicimus ebrietatem per quã crimina cauere nõ possumus. Nã q̃z sobrij cauemus per ebrietatem innocẽtes committimus. Tertio si minus est peccatum mortale et maius sed immoderatus vsus vini est peccatũ mortale et est minus q̃z vsus vini inebrians ergo vsus vini inebrians secundum ꝙ huiõi est peccatum mortale. minor patet qz regulariter omnis vsus vini inebriãs est immoderatus et nõ ecõtra. Quarto omnis vsus vini inebrians secundum ꝙ huiusmodi aut est ordinat⁹ aut deordinatus nõ ordinatus quia tunc nullus talis esset deordinatus qd est falsum si deordinatus aut venialiter et hoc nõ quia tunc nullus talis vsus esset deordinatus mortaliter si mortaliter habetur intentum. Quinto arguit per illud quod in cannonib⁹ Apostolorum legitur Episcopus aut presbiter aut diaconus. alie autez ebrietati deseruiens aut desinat aut deponatur subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat a communione priuetur similiter et laicus sed tales pene nõ infligantur nisi pro mortali peccato ꝙ ebrietas est mortale peccatum. Sexto omnis priuatio vsus rationis ex concupiscentia vini orta est peccatuz mortale omnis ebrietas est priuatio vsus rõnis ex cõcupiscentia vini orta ꝙ omnis ebrietas est peccatum mortale. maior probatur qz omnis talis est contra regulas temperantie regulariter ab Aristotele positas cum omnis talis sit contra honestatem et corrumpat bonam habitudinem tam anime q̃z corporis. ¶ Ad primam nego maiorẽ. Nam qui preparat se ad somnũ sciens ⁊ volens priuat se vsu rõnis ⁊ tamen talis neq̃ tunc neq̃ caz dormit peccat mortaliter similiter qui ex vsu vini patitur alienationez mentis propter aliquã rationalem causam sicut dictum est supra puta aut ad excitandum vomitum aut ad euitandum seuiciem tyranni vel infidelis vt posset dari casus nõ videtur ꝙ talis peccaret mortaliter. Ad probationem maioris negatur prima pars assumpti potest enĩ quis incurrere detrimentum corporale aliqñ ex rationabili causa puta vel propter maius bonum corporis vel propter bonũ aliqd spirituale multo excellentius ⁊ nego consequentiaz. Ad secundam que militat equaliter contra conclusionem ¶ Et ad probationem maioris precedentis argumenti rñdeo ꝙ duplex est periculum peccati mortalis quoddã inuoluens aliud circũdans de primo cõcedo maiorem de sc̃do nego et nego minorem nã qui vadit dormitum nõ se exponit huiõi periculo similiter nõ quilibet qui ex rõnabili causa vino vtit vsq̃ ad inebriationẽ mẽtis se huiõi periculo exponit. tum qz multi sunt post vinum sic sumptuz q̃ nõ petunt nisi dormire aut aliqua ridicula nulli nociua facere ꝙ si sit eis alia ex complexione conditio ⁊ aliqua rõnabilis causa compellit eos ad vsum vini alienantẽ mentem tunc ista prouidere debent per eos qui cum eis conuersãtur vt tẽpore alienationis huius nichil nocumenti proximis inferant nihil etiã a seipsis patiantur ⁊ ita periculum illud peccati non semper est inuoluens imo nec quandoq̃ circundans. Ad secundam probationem dico ꝙ Amb. loquitur de ebrietate que regulariter fit ⁊ q̃z ex excessiua concupiscentia vini incurrimus ⁊ que immoderata est regulariter ⁊ adhuc nõ vniuersaliter in omnibus sed in aliquibus certe complexionis qui ad actus perniciosos vel lubricos post ebrietatem inclinantur quia enim per ebrietatem tollitur ⁊ vsus rationis qui ad reprimendum insurgentem passionem requiritur, tollitur etiam cognitio multorum ad rectam operationez requisitorũ ideo in multis ebrietas causa est ꝙ in peccata incidant que semota ebrietate vitarent non est tamen hoc vniuersaliter verum propter causas supra allegatas. Ad tertiam nego minorem vniuersaliter intellectum. aliquis eniz vsus vini immoderatus est peccatum veniale tantum. Et ad secundam partem minoris nego eam vniuersaliter. dico enim ꝙ licet ceteris paribus vsus vini qui est immoderatus tñ sit minus q̃z vsus vini qui est immoderatus ⁊ cũ hoc inebrians supposita equali immoderatione vtrobiq̃ nisi ꝙ vnus inebriat ⁊ alius nõ tam ẽ aliquis est vsus vini immoderatus nõ inebrians aliq̃ vsu vini inebriante deterior eo scilicet qui nõ est immoderat⁹ sed ex ro

[margin:] Cõtra sextã ꝯclõnem

[margin:] Solutiões.

[margin:] Duplex pctĩ pcĩl. s. inuoluẽs ⁊ circundãs

tionabili aut multum veniabili causa fit. Et ad ꝓ
bationē Dico ꝙ licet regulariter ita sit contingē
tamen aliter in certis casibus dico preterea ꝙ ali
Usus vini of inebriās dupliciter. quis vsus vini dicitur inebrians dupliciter Uno
modo precise quia mentem alienat ⁊ ad hunc sen
sum currit solutio dicta. Alio mō quia culpabi-
liter alienat mentē ⁊ tunc maiorē apparentiā ha
bet argumentum illud quod tamē nō concludit
nisi minor sit vniuersalis Ad quartā dico ꝙ nec
omnis secundū ꝙ hmōi est ordinatus nec omnis
deordinatus quia sicut supra dictū est alienare
mentem non est ratio sufficiens ad hoc ꝙ redda-
tur inordinatus que autē sit ratio precise dictum
est supra. Ad quintam dico ꝙ loquitur de assue-
tis in quibus ꝑuersa concupiscentia aucta est nō
solum secundū gradus eiusdem speciei sed etiā
secundū gradus specificos in quibus frequēter cō
tingit ebrietatē esse peccatū mortale ⁊ ꝙ hoc mo
do accipiatur patet per illud quod dicitur ibi deser
uiens ille enim dicitur deseruire ebrietati vel pe-
cunie quem harū cōcupiscentia ad se ita rapit vt
eis potissime ⁊ quasi super omnia intendat ⁊ ideo di-
cit glosa ibi deseruiens .i. valde seruiens ibi enim
ve dicit de augeo licet aliquando priuet vt ibi de
paceor Dico vltra ꝙ huiusmodi pene iuris nō so
lum infliguntur pro peccato mortali Imo aliquā
do ꝓ veniali ⁊ aliquando sine culpa licet ex cau-
sa aliquā vero grauis punitio peccato infligitur
non propter grauitatē culpe sed ꝓpter indecen-
tiam ⁊ exprobrationē cuiusmodi est ebrietas que
est valde exprobrabilis turpis ⁊ inhonesta ⁊ tan
to magis quanto persona que in eā incidit est altio
ri ⁊ euidētiori insignita gradu. Ad sextā dico ꝙ
maior patitur multas instātias vna est in eo qui
vim vini ignorat nec eā scire tenetur secundo in eo
qui ex complexione ad exigui vini potum statim
alienatur mente et tamē ad vitandū graues egri
tudines tenetur vino vti sed diceretur ꝙ ille non agit
ex cōcupiscentia vini ideo addo ꝙ ad hoc partim
causa sanitatis partim ꝯ concupiscentia moueatur
et ad minorem dico ꝙ vt dictum est ebrietas ali-
quando accipitur ꝓ priuatione vsus rationis ex
potu vini ⁊ sic negatur minor aliomō ꝓ priuatio
ne vsus rationis ex potu vini imoderato ⁊ culpa
bili ⁊ tunc adhuc rationale est ꝙ aliqua talis est
tantū venialiter culpabilis quod pretendit octa-
ua cōclusio ꝓ secunda parte. ¶ Contra primam
Cōtra primā ptē octaue ꝯclusionis. partem octaue cōclusionis arguitur ebrietas non
est ex genere suo peccatū mortale nec ex assiduitate
ergo nullo mō est peccatū mortale aña patet pro pri
ma parte per Augustinū in sermone de purgato
rio dicentē ebrietatem esse peccatū mortale si sit
assidua ex quo infertur argumēto iuris ergo si nō
sit assidua non est peccatū mortale pro secunda
vero parte patet assiduitas non potest in infinitū
aggrauare vt de veniali fiat mortale quia impor
tat circunstantiam que non trahit in aliam speciē
ergo si ebrietas non sit ex se peccatū mortale nec
etiam fiet peccatū mortale propter assiduitatem.
Secundo arguitur per eundē loco eodē dicentē
ꝙ quotiens aliquis de cibo aut potu plus accipit
quam necesse est ad minuta peccata nouerit pertine-
re sed omnia ad peccata pertinētia est peccatum ve

niale igitur ebrietas nō est peccatū mortale. Tercio
omne peccatū mortale est contra aliquod prece-
ptum diuinum sed ebrietas contra nullū prece-
ptum est vt patet discurrendo per singula igitur.
Quarto omne peccatum mortale est contra cari
tatem sed ebrietas nō est cōtra caritatem igitur nō
est peccatū mortale. ¶ Ad primam concedo pri Solutiōes.
mam partem antecedentis quamuis tamē probatio
nō sufficienter hoc cōcludat nec valet illud argu-
mentū iuris sed frequenter iuriste per illud deci-
piunt per hmōi enim antiqui patres non semper
distinctionē faciūt inter verū ⁊ nō verū sed aliquā
inter certū ⁊ incertū vt per hanc locutionē nisi ve
neris dabo tibi decē facio te certū ꝙ si non vene
neris non habebis decem sed adhuc incertitudo
est an decem sis habiturus si veneris ita in ꝓpo
sito certū est ꝙ regulariter non est ebrietas nō as
sidua peccatum mortale. verū autem assiduitas
peccatū sit mortale in dubio relinquitur. Ad im
probationē secūde partis dico ꝙ licet assiduitas
vel assuefactio non sufficiat ex se tanquā causa tota
lis ita aggrauare vt ex veniali fiat mortale ex as-
suefactione tamen causantur aliqua que hoc mō
sufficiunt aggrauare nam secundū Tho. ex assue
factione fit vt homo sciens ⁊ volens ebrietatē in
currat et ita quod prius faciebat homo ex passio
ne concupiscentie nūc facit ex electione sicut con-
tingit in intemperato per assuefactionem fit etiā
vt homo ignorare non possit vim vini et debili-
tatem aut quantitatem sue complexionis et ita
peccata que ante assuefactionem excusabantur
in toto aut in parte ꝑ assuefactionem redduntur
inexcusabilia ⁊ preterea sicut ex incontinenti fit
per assuefactionē intemperatus nec cū de vno gra
du in aliū ascenditur reperitur ibi sola iteratio a-
ctus imo ⁊ actus intemperantie assuefactionē ⁊ alia
concomitātia sequentes specie distat ab actibus in-
continentie vt sepe supra ostensum est. ita etiam
in ebrietate transit quis per assuefactionem de e-
brietate secundum gradū incōtinentie in ebrie-
tatem scdm̄ gradum intemperantie in quibus sunt
alia et alia obiecta ⁊ per ꝯñs aliū et aliū actus se-
cundum speciem. Solutio vero Tho. ad hanc ra
tionem videtur mihi relinquere multa in dubio.
dicit enim ꝙ assiduitas facit ebrietatē esse peccatū
mortale nō propter solam reiterationē actus: sed
quia nō potest esse ꝙ homo assidue inebrietur quin
sciens et volens ebrietatem incurrat dum multoti
ens experitur fortitudinem vini ⁊ habilitatē su
am ad ebrietatem nā quero de eo qui primo ⁊ se-
cundo se inebriādo hec cognoscit verū tertia ebrie
tas sit in eo peccatū mortale. si sic: sequitur ꝙ ebrie
tas nō assidua est peccatum mortale. si nō: sequitur
ꝙ aliquis ex concupiscentia vini sciens ⁊ volens
ebrietatem incurrens nō peccat mortaliter cuius
oppositum sentit Tho. item ponit casus ꝙ aliquis
factus sit assiduus in ebrietate ⁊ per hoc cognos-
cat fortitudinem vini ⁊ habilitatem suā ad ebrie
tatem tūc peniteat ille ⁊ reuocet se ab ebrietate
durantum ꝙ totaliter destruatur habitus ex assue
factione genitus remanentibus tamē cognitioni
bus de se et fortitudine vini quibus stantibus ex
concupiscentia nimia vini ebrietatē incurrat tūc

sic aut ille peccat mortaliter aut nō. si sic: ꝗ aliqua non assiduus se inebriando peccat mortaliter si non ꝗ aliquis volens ꝛ sciens se inebriando ex cōcupiscentia vini non peccat mortaliter quod videtur esse contra Thomam. Ideo videtur dicendum vt prius ꝙ nō est de intentione Augustini ꝙ nulla ebrietas sit peccatum mortale nisi sit assidua sed Augustinus loquitur vt mihi videtur contra eos qui sentiebant omnem ebrietatem esse peccatum mortale contra quos posita est secūda pars octaue conclusionis ꝛ vult dicere August. ꝙ certum est nō omnem ebrietatem esse peccatuꝫ mortale nisi sit assidua hoc est nō ē certuꝫ omneꝫ ebrietatem assiduam nō esse peccatuꝫ mortale et hoc tenendo ꝙ ibi sit discretio inter certum et incertum sed si fiet discretio inter verum et falsum tunc sensus esset omnis ebrietas assidua est peccatum mortale sed non omnis ebrietas est peccatū mortale. Ad secundā respondet Tho. ꝙ plus sumere in cibo ꝛ potu ꝗ̄ꝫ necesse sit pertinet ad vicium gule que non est semper peccatum mortale qꝫ August. in titule. x. confessionum cum ait. Ebrietas longe est a me misereberis ne appropinquat mihi. crapula autē nōnunꝗ̄ꝫ subrepsit seruo tuo. Hec solutio non videt̄ euacuare vim auctoritatis August. Arguitur enim sic cum sumit̄ potus vsqꝫ ad ebrietatem hoc nō pertinet ad minuta peccata sed cum sumitur potus vsqꝫ ad ebrietatem sumitur aliquid in potu plusꝗ̄ꝫ necesse sit ergo nō quotiens sumitur aliquid in cibo ꝛ potu plusꝗ̄ꝫ necesse est nō pertinet ad minuta peccata maior est Tho. et minor est certa et tamen cōtradicit auctoritati August. vt clare patet. ideo dico ꝙ verba Augusti. rescribenda sunt ad eā sumptionem que non est notabiliter contra honestatem aut supra substantiā nec etiam contra bonaꝫ habitudinem corporis vel anime. ebrietas autē in multis casibus hiis omnibus est aduersa. Ad tertiam nego maiorem. ad quartam nego minorem. aliquando enim ebrietas est contra caritatē ad proximum: aliquādo auteꝫ contra caritatem ad seipsum propter infamiam ꝛ periclitationem virtutis que ebrietatem regulariter consequitur.

Cōtra secūdā ptē octaue ꝯclōnis. ¶ Contra secundam parteꝫ octaue conclusionis Arguitur p̄mo per illud Augu. quarto confessionum. Ebrietas longe est a me misereberis ne appropinquet mihi crapula autem nōnunꝗ̄ꝫ subrepsit seruo tuo quibus verbis videtur innuere August. nō omnem crapulam esse peccatum mortale sed omnem ebrietatem esse peccatum mortale. Secundo quicquid inclinat ad peccatum mortale est peccatum mortale sed omnis ebrietas inclinat ad peccatuꝫ mortale ergo omnis ebrietas est peccatum mortale. minor pateꝫ per illud Prouerbiorum secūdo. Luxuriosa res est ebrietas. Secundo per illud Hieronimi. venter mero estuans de facili despumat in libidinem. Tertio omne vitium maxime demoni amicū est peccatum mortale sed omnis ebrietas est maxime demoni amica vt pateꝫ per illud Crisost. nihil est tā demoni amicum sicut ebrietas ꝛ lascivia que est mater omnium vitiorum. Quarto quicquid corrumpit sobrietatem est peccatum mortale sed omnis ebrietas corrumpit sobrietateꝫ ꝗ omnis ebrietas est peccatū mortale maior pꝫ. Tum primo qꝛ quicquid corrumpit iusticiam est mortale et quicquid corrumpit pietatem est mortale. Tum secūdo qꝛ quicqd est contrariū virtuti est mortale ꝗ quicquid est cōtrarium sobrietati est mortale sed ebrietas est cōtraria sobrietati cum sobrietas excludat omnem ebrietatem igit̄. Quinto omnis delectatio morosa ad coitum vel tactum pertinens est peccatum mortale ꝗ omnis delectatio morosa in motu illicito ad gustū pertinens est peccatū mortale sed ebrietas est delectatio morosa in motu illicito ad gustum pertinens igit̄. Sexto omnis consensus in motu luxurie est mortale peccatū ꝗ omnis consensus in motu gule est peccatum mortale sed in omni ebrietate est huiꝰmōi consensus. Septimo omnis ebrietas assidua est peccatū mortale ꝗ prima ebrietas et secunda et tertia est mortale peccatum et per consequens omnis ebrietas est peccatū mortale consequentia tenet quia cum dicitur ꝙ assiduitas in ebrietate est peccatum mortale nō accipitur ibi assiduitas pro dispositione qꝛ illa nō est peccatum nec mortale nec veniale ergo accipitur pro actu ponatur ergo ꝙ quarta vel quinta ebrietas sit peccatuꝫ mortale tunc sic in p̄ma ebrietate est maior scientia ꝛ cognitio ꝗ̄ꝫ in quarta ergo cum scientia ꝛ cognitio augeat culpam sequit̄ ꝙ ebrietas prima magis est peccatum mortale ꝗ̄ꝫ quarta. Octauo quicunqꝫ coit cū sua preter causam necessariam scꝫ aut preter bonum prolis aut ad refrenationem libidinis aut preter causam debiti reddendi peccat mortaliter quia tunc est vehementior amator vxoris ꝓprie ꝛ ita adulter ergo quicunqꝫ comedit aut bibit preter causam necessariam peccat mortaliter. Nono ebrietas est superfluitas sobrietatem corrumpens ꝛ nulla ignorantia excusat eam ne sit peccatuꝫ mortale ergo omnis ebrietas est peccatum mortale minor patet quia illa ignorantia aut esset inuīcibilis ꝛ tūc excusaret a toto ꝛ illa nec esset mortale peccatū nec veniale aut esset vincibilis ꝛ tūc licet faceret mortale minus non tamen excusaret ne esset mortale. Quod autem illa ignorantia sit vincibilis patet quia eam vincunt illi qui nunquam superflue comedunt aut bibunt. Decimo arguitur alimenta non sunt sumenda nisi quādo est fames aut sitis ergo omnis sumptio preter famem ꝛ sitim est peccatum mortale antecedens pꝫ quia secūdum August. alimenta sumenda sunt sicut medicamēta sꝫ medicamenta non sumūtur nisi quādo in est morbus ergo nec alimenta nisi quādo inest fames vel sitis. Undecimo quicunqꝫ carnis curam facit in desideriis peccat mortaliter quia cōtra illud apostoli carnis curaꝫ in desideriis ne feceritis sed omnis ebrius carnis curam facit in desideriis cum ex concupiscentia nimia vini ꝛ voluptuoso desiderio se inebriet igit̄. Cōfirmat̄ qꝛ qui se inebriat culpabiliter vadit post cōcupiscentias suas ꝛ contra rationeꝫ cōcupiscit contra illud eccle. post concupiscentias tuas nō eas ꝛ cōtra illud exod. nō concupisces. Duodecimo anima se inebriantis secūdaꝫ Augustinū dicit̄ infelix ergo misera est miseria mortali. Antecedēs pꝫ per augustinū vbi ostē

dit quomodo aliquando voluptas se necessitati immiscet et quomodo incertum est verum necessitas subsidium petat an cupiens fallere instituat. Et sequitur ad hoc incertum hilarescit infelix anima gaudens plus appetere q̄ȝ satis sit moderationi valitudinis. Confirmatur quicunq̄ venit ad statum illum in quo incertus est an appetitus fiat ex necessitate an a voluptate tenetur cessare et vitare motuȝ anteqūȝ sit mortalis alias se cōmitteret discrimini peccati mortalis sed nullus ebri⁹ in hoc statu cessat ergo omnis ebrius peccat mortaliter.

Solutiões. ❡ Ad primam respondeo q̄ auctoritas illa non concludit omnem ebrietatem esse peccatū mortale sed concludit omneȝ ebrietatem esse magis exprobrandam q̄ȝ crapulā simplicem et etiaȝ graviorem quia inter venialia sunt gradus. Ad secundum nego maiorem apprehensio enim delectabilis prohibiti inclinat ad peccatum mortale et tamen non est peccatū mortale. Similiter etiā multa peccata venialia inclināt ad mortalia immo et aliqui actus virtutum ad mortale inclināt vt castitas ad superbiam et similiter fortitudo/iusticia/prudentia/ et multa talia.

Tripl'r itel ligit q̄ ebrietas sit omni ū demoni ❡ Ad tertiaȝ potest intelligi tripliciter ebrietateȝ esse maxime demoni amicam. Unomodo propter gravitatē culpe et sic non intelligit Crisostomus. Secundo modo propter maiorem eius frequentiam et sic dicit thomas esse intelligendum quod non reputo verum cū sint multa vicia magis cōmunia q̄ȝ ebrietas immo qui se inebrians pauci sunt ī comparatione ad alios. Tercio propter ignorantiaȝ inductam per ebrietatem et privationeȝ vsus rationis qua privatur homo omni homo opere et facilis efficitur ad multa gravia peccata et hoc modo intelligit Crisostomus. Ad quartam respondeo secundum altissio. q̄ sobrietas accipitur dupliciter Unomodo pro omnimoda abstinentia a cibo et potu et sic negatur maior et cōceditur minor. Secundo modo accipitur pro abstinētia a cibo et potu quando quomodo et vbi quis tenetur abstinere et hoc modo cōceditur maior et negatur minor stat enim aliquem incurrere ebrietatem ex potu vini et tamen non perdere sobrietatem quia tunc non tenetur abstinere sed in hac solutione non cōsentirent illi qui dicerent q̄ qui peccant venialiter faciunt aliquid quod tenentur non facere aut obmittunt aliquid quod facere tenentur non quidem de necessitate salutis sed sub obligatione alicuius pene temporalis quomodo dicendo omnes iste sunt false quicquid corrumpit sobrietatem est peccatum mortale quicquid est contrarium virtuti est peccatum mortale et cuȝ dicitur quicquid est contrarium iusticie est peccatuȝ mortale ergo quicquid est cōtrariū sobrietati et cetera nego antecedens et consequentiam antecedens quidem quia sunt aliqua opera iusticie ad que quis non obligatur de necessitate salutis sicut religiosus non obligatur ad omnes constitutiones sue regule de necessitate salutis et tamen obmittendo faciat iniusticiaȝ legalem ita diceretur de operibus pietatis quorum multa sunt opera supererogationis consequentia etiam similiter negatur ex eo q̄ si quis ad omnia opera iusticie de necessitate salutis obligetur non oportet propter hoc q̄ de necessitate salutis obligetur semper ad opera sobrietatis. Ad quintam nego antecedens de delectatione que est citra consensum nulla enim delectatio vt dicit altissiodorensis est morosa citra consensum quoniam sola circunstātia temporis non potest facere de veniali mortale. Ad sextaȝ nego antecedens et consequentiam. Antecedens quidem quia vt dictum est supra sunt multi consensus in motum luxurie qui nō sunt culpe mortales vt patet inter coniugatos consequentiā vero quia non ita cadit sub prohibitione consensus in motum gule illicitum sicut in motuȝ luxurie illicituȝ. Ad septimam dico q̄ si per assiduitatem intelligatur precisa frequentatio actuum tunc ebrietas ex assiduitate sola non fit mortalis sed per assiduitateȝ sic vt quod amatur prius citra deum iam ametur non citra deum ideo per assiduitatem fit de veniali mortale quia alia et alia est volitio cui respondet prima ebrietas et cui respondet decima aut vicesima post assiduitatem genita q̄ si velis volitiones esse pares tunc si prima non est mortalis nec centesima neq̄ sufficit mihi maioritas delectationis secundū gradus eiusdeȝ rationis sed exigitur maioritas alterius speciei et gravitatis. Et ad probationeȝ dico q̄ maior sciētia ceteris paribus magis aggravat sed non vniversaliter et ceteris ī paribus. Ad octavaȝ nego antecedēs cum Altis. naȝ vt dicit qui cognoscit suā ꝑpter solaȝ delectatiōeȝ quam tamē nō esset cogniturus nisi esset sua non peccat mortaliter sed venialiter tantum q̄ȝ delectatur in ea citra deum nec [vt dicit] dicit vehemens amator vxoris nisi delectetur in ea plus q̄ȝ in deo. Ad nonam ꝯcedo primam partem ꝯñtis et secundam et nego ꝯñm sed argumentum tantum ꝓcedit de ea que ex se esset mortalis a qua tñ excusaretur per ignorantiam aliquam. dicimus autem aliquā esse que non est ex se mortalis. q̄ si de ea que ex se est mortalis adhuc nō cōcludit ratio. dico enī q̄ ignorantia sive vincibilis sive invincibilis facit vt multe circunstantie nō sint obiecta actus interioris que essent obiecta actus interioris si haberetur perfecta cognitio quare actus exterior tempore ignorantie alteri volitioni et actui interiori respondet et alteri tempore cognitionis vt cognoscens nō suam quam credit esse suaȝ non habet alienam pro obiecto quā tamen haberet si non erraret nec puto q̄ talis peccet mortaliter peccato scilȝ quod talis actualiter imputatur ad penam eternam si ignorantia eius nec sit crassa nec affectata. Quis tamen ignorantia eius sit vincibilis et multū faciliter. Dico ergo q̄ se inebrians nō culpabiliter mortaliter interdū cognoscit q̄ ad potum tanti vini inebriatur aliquando non et hoc aliquando vincibiliter pro tunc aliquando invincibiliter. Invincibiliter quidem secundum cognitioneȝ licet nō invincibiliter secūm operationem q̄ȝ multi sancti patres per operationes sobrietatis comedēdo citra sufficientiā hanc ignorantiam vincunt et superant q̄ȝ tamen cōcupiscentia et delectatio in potu est citra deuȝ ideo nō est mortalis. Ad decimam negatur antecedens et ad probationem rñsum est alibi et nūc adhuc

potest dici q sicut medicina r maxime conseruatiua sanitatis sumitur quando morbus nō inest nō quidam ad expellendum morbum qui inest: sed ad impediendum ne insit ita r alimenta sumi possunt non ad tollendū famem que inest aut etiam sitim sed ad impediendum ne insit. Concessa tamen maiore et minore nō potest ex hijs cōcludi quotiens sumuntur alimenta cum necessitas nō requirit peccent mortaliter q sunt quedaȝ desideria cure carnis citra deum r illa nō prohibētur sub pena peccati mortalis: alia sunt supra deum r illa prohibentur sub pena peccati mortalis eodem modo ad confirmationem. Ad videlicet mam dico q Augusti. non vocat in illo loco animam infelicem et miseram miseria mortalis culpe sed miseria que est īfirmitas r fragilitas ignorantie. dicitur enim infelix nō quia tunc mortaliter peccet sed quia ignorat quod tunc sibi cognoscere multum expediret. Ad confirmationem negatur prima pars antecedentis et dico q si ita esset q peccaret tunc siue cessaret siue nō se discrimini mortalis peccati exponeret. Nam si non satisfaceret necessitati peccaret per insensibilitatem. Si autem satisfaceret voluptati tunc etiam peccaret secundum opinionem illam. Et ideo dico q cuȝ quis inter duo mala sic agitur vt probabiliter dubitet q agendo incidit in vnum non agendo incidit in aliud et ignorantia non sit crassa vel affectata, vtrum ius faciendo nō peccat mortaliter. Dico preterea q ille qui incurrit ebrietatem non hoc modo dubitat sed probabiliter iudicat q cōtinuando potum ebrietateȝ incurret qr tamen diligit vinum citra deum vt dictum est aut non ita diligit vt ipsum caritati preferat idcirco nō dicitur peccare mortaliter. Aliter soluit Altissiodorensis dicens q non sequitur iste tenetur reprimere motum delectionis anteqȝ sit mortalis r nō reprimit ꝗ omittit quia vt dicit in nullo instanti determinato tenetur reprimere vt feratur determinatio ad hoc verbū reprimere sed de hoc patebit cum agetur de omissione. Videtur tamen q per hoc non soluitur difficultas quia ꝗzulo ɔñā illa non sit bona. ista tamen videtur bona post inebriationem iste tenebatur reprimere: et nō repressit ergo omisit.

De ebrietate.

Queritur scd̄o vtrū ebrietas sit grauissimum omniū peccatorum. Arguitur q sic. qr est maxime amica demoni ꝗ est omnium peccatorū grauissimum. In oppositū arguitur qr ebrietas est vicium carnale ergo nō est maximum. consequentia tenet quia vicia spiritualia secundū Gregorium grauiora sunt carnalibus. Notandum q (Aliqd viciū dr̄ quadruplr.) aliquod vicium dicitur alio grauius multipliciter Uno modo grauitate culpe. Secundo mō grauitate extensionis et cōitatis quia scilȝ in pluribus reperitur. Tertio modo grauitate inclinationis naturalis quia scȝ homines naturaliter maxime ad ipsum inclinantur. Quarto mō grauitate sequele quia scilȝ plura et deteriora regulariter ex ipso sequuntur qȝ ex alio. Prima conclusio. (Pria ɔclo) Ebrietas nō est grauissimum peccatuȝ grauitate intentionis patȝ per rōnem post oppositum facitam et probata est conclusio similis supra de gula et de luxuria. Secunda conclusio. Ebrietas (Scd̄a ɔclo) non est grauissimum peccatū grauitate extensionis patet quia qui inebriantur pauci sunt in comparatione eorum qui nō inebriantur Tum secundo quia crapula est multo cōmunior qȝ ebrietas immo et luxuria et multa alia peccata.

Tertia conclusio. Ebrietas nō est grauissimuȝ (Tertia ɔclo) peccatum grauitate inclinationis naturalis pȝ quia crapula hoc mō est grauius. r similiter luxuria immo pauci sunt quos natura ad ebrietatē inclinat per comparationem ad alios. Quarta (Q̄rta ɔclo) conclusio. licet ebrietas nō sit grauissimum peccatum grauitate sequele est tamen hac grauitate multum graue. Prima pars patȝ quia superbia ex qua omnia vicia oriūtur est hac grauitate peccatum grauius. Tum secundo qr in ebrio nō est tam efficax volitio nec taȝ efficaciter imperatiua executionis nec tam efficax executio malicie sicut in superbo aut in eo in quo per intemperantiam graduū peruertitur ratio. Secunda pars pro (Probatio scd̄e ptis.) batur primo quia ebrietas est carnalis cōcupiscentie excitatiua qđ patȝ. tum per illud Hieronimi. venter mero estuans facile dispumat in libidinem. Tum per illud Ephe. v. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Tum per illud Prouer. xx. luxuriosa res est vinū. Tuȝ qr in huius rei figurā Noe inebriatus nudauit femora. Tum per illud Prouer. viij. venite inebriemur vberrimis r fruamur cupitis amplexibus. Tū per Sene. li. de iris de vino loquens r platonem allegans ex hoc [inquit] faciliter periclitatur castitas. Tum per illud Jheronimi ad fabiolam virginem Ofilia si apostolus castigauit corpus suum r in seruituteȝ reddegit ne cum alijs predicasset reprobus efficeretur quomodo iuuencula adhuc in feruore iuuentutis posita dapib9 r vino plenū de castitate erit secura Tum quia in lege de consecratione nazareorum precepit dominus q a vino r ab omni q inebriare potest se debeant abstinere vt scilicet vitatis luxurie sordibus que excessiuum vini potuȝ sequuntur purius coram deo stare possent quod seruauit Johannes baptista luce .i. dicente angelo de ipso vinum et ciceram non bibet. Secundo ebrietas est humane pacis perturbatiua. Nam vinum excessiue potatum excitat iras/odia concitat/seminat discordias/inquieta prorūpit/et per ebrietatem omnia aguntur que pacem r concordiam hominum perturbant. Et ideo prouerbiorum. xx. luxuriosa res est viuū r tumultuosa ebrietas quicunqȝ hijs delectatur non erit sapiens. Tercio ebrietas in omneȝ motum r passioneȝ ad quam homo aut ex complexione aut ex cōsuetudine aut causa ex alia inclinatur laxat habenas quia per eam tollitur r aufertur gubernaculum Et quasi retinaculum omnium harum passionū scilicet vsus rationis Quarto ebrietas aufert ab homine rationis vsum per quaȝ ablationem priuatur homo vi regitiua qua in virtutis opera exercetur r dirigatur Et contra malos passionū mo

tus decertes per quaꝫ etiam multis cognitionib⁹ priuatur que ⁊ ad agenda bona ⁊ ad mala cauēda necessarie sunt. Quinto ebrietas hominē precipitat in omnem imprudentiam quia tollit vsuꝫ rationis sine quo nullum est prudentie opus. Inde noe inebriatus femora nudauit. Et olofernes inebriatus capite truncatus est nec cauit iendictam ꝙ aduersus eū parabat iudith inde fit vt nescim⁹ discernere inter tacēda ⁊ dicēda ⁊ freqnēter cōtra nos ⁊ contra amicos nostros multa dicimus que nunqꝫ aliās fuissemus dicturi secreta pandimus ⁊ aperim⁹ in perniciem nostram ⁊ nostrorū. Sexto ebrietas ita hominem vincit vt eum viribus tam anime quaꝫ corporis destituat. Et ideo alexandro cum multa regna vicisset et circa vinū intemperatus esset dictum est. O alexander qui omnia regna vicisti a solo vino vinceris. Et prouerbiorum xxiij. dicitur eris sicut dormiēs in medio mari ⁊ quosi sopitus gubernator amisso clauo Et dices verberauerunt me ⁊ non dolui, traxerūt me et non sensi quando euigilabo ⁊ rursum vina reperiam. Septimo dehonestat vitaꝫ hominis ⁊ omnem dignitatem eius deturpat ⁊ nihil sit tam exprobrabile sicut ebrietas ita ꝙ ex nulla dignitate tantum honoris quis consequit̄ quantuꝫ ex ebrietate ⁊ maxime assueta suscipit dedecoris. Octauo debilitat corpus ⁊ senectutem hominis dedecorat non quidem tantuꝫ quia turpis sit senibus ebrietas sed quia per eam fit vt homo citius senescat debilitatis viribus et cum senescit minus roboris minus sensuū prudentie ⁊ intelligentie habeat. Nono inducit sollicitudinem miserabilem corporalem penam dissolutionem animi diuinorum obliuionem captiuitatem stoliditatem hebetudinem egestatem sollicitudineꝫ quidem in vino querēdo ⁊ in excitādo ac irritando appetitū vini corporalē penā i cruditate ⁊ estuatiōe corporis ⁊ in alijs sordib⁹ turpib⁹ ⁊ inhonestis dissolutiōeꝫ animi in leticijs ineptis et in coreis cantibus et alijs rebus lasciuia plenis diuinoruꝫ obliuionem cum cultus diuinus per hanc negligatur captiuitatem ex eo ꝙ impotens sit ebrius resistere aduersarijs ⁊ ideo faciliter ab hijs captiuatur ⁊ vincit̄ stoliditatem ꝑpter carentiam conclusionis hebetudineꝫ ꝑpter indispositionem cōtrariā ad conclusionē ⁊ cōsiderationeꝫ rerum egestatem ꝑpter bona causa ebrietatis consumpta Et propter hec ysa. quinto dicit̄ ve qui cōsurgitis mane ad ebrietatem sectandam ⁊ potandum vsqꝫ ad vesperam vt vino estuetis cithara / ⁊ lira / ⁊ timpanū / ⁊ tibia et vinum in conuiuijs vestris et opus domini nō respicitis nec opera manuū eius consideratis ⁊ sequitur propterea deiectus est populus meus captiuus qꝛ non habuit scientiam ⁊ nobiles eius interierunt fame Et multitudo ei⁹ siti exaruit. Sed predictorum autem malorum quedam sunt in deum quedam in proximum et quedam in seipsum Ebrietas autem quorumdem est immediata causa aliorum autem mediata.

Quinta pclo ¶ Quinta conclusio ebrietati taꝫ naturali necessitate quā ex humana lege magna pena tribuit̄. Patꝫ primum quia ebrietati necessitate naturali tribuit̄ omnis pena que eam naturaliter consequi solꝫ sed ita est ꝙ multe ⁊ graues pene eaꝫ naturaliter consequūt̄ scꝫ debilitas virīū / diminutio sensuū / tormentū quoddam corporis / immūdicies hebetudo / priuatio / vsus rationis ⁊ multa alia que dicta sūt. De iure humano patꝫ qꝛ vt habet̄ ex. quin. distin. ca. episcop⁹ episcop⁹ presbiter ⁊ dyacon⁹ deseruientes ebrietati ꝗ ammoniti nō desistūt deponendi sūt subdyacon⁹ aūt lector et alij ⁊ similiter laici communione priuant̄ sed hec pena iuris non est nisi contra deseruientes ebrietati ⁊ assuetos ꝑseuerātes in ea ⁊ nō ꝓ qlibꝫ ebrietate infligēda est habꝫ etiam de iure humano consuetudinali ortū habēte in hac parte ex iure naturali penam exprobrationis ⁊ vituperij. Nec placꝫ michi opinio quorūdam assignantium ebrietati alias penas ex iure diuino puta seruiturem ad hoc autem inducunt auctoritatem Ambrosij in quodam sermone ita dicentis In principio generis humani ignorabatur vinū Primus Noe vineaꝫ plantauit / dedit naturam / ignorauit potentiam. Ita ꝙ vinum nec suo pepercit auctori sed ebrietas illius nobis suadet sobrietatem semel inebriatus est Noe at vbi malum ebrietatis agnouit iumentum suū id est corp⁹ ad remediū contemperauit non effudit ad vicium. antequam vinū inuenireẗ manebat omnibus inconcussa libertas nesciebat hō a consorte nature sue obsequia seruitutis exigere non esset hodie seruitus si ebrietas non fuisset manebat omnibus inconcussa libertas obrepserat quedam superne prelationis inuidia manebat tamē adhuc paterna reuerentia lesa est pietas cū irrideret̄ ebrietas addit ꝙ in Loth ebrietas fuit origo incestus cū scilicet causa incestus cū filiab⁹ suis Loth inebriat⁹ est sed salua reuerētia istorum seruitus non fuit pena ebrietatis sed irreuerentie neqꝫ maledictū seruitutis incurrerunt filij Noe ex ebrietate Noe tanquam ex causa demeritoria quia illa ebrietas Noe nō fuit culpabilis cuꝫ esset ipse Noe ignorantia pro tunc inuincibilis cū per solam experientiam vinci posset sed incurrerunt seruitutem propter irreuerentie et irrisionis malū / non processit ergo hec seruit⁹ ex ebrietate tanquam ex causa demeritoria quia the maxime fuisset puniendus Noe licet bene tanquam ex causa occasionali qꝛ ebrietas patris prestitit filijs occasionem irrisionis. Et hanc solutionē dat sanct⁹ Thomas questione de ebrietate articulo tertio in responsione ad tertium ita dicens. Seruitus est consecut⁹ ex ebrietate occasionaliter inquantū cham maledictionē seruitutis in sua posteritate accepit propter hoc ꝙ irrisit patrem inebriatum non autem seruit⁹ fuit directe in penaꝫ ebrietatis. ¶ Sexta cōclusio Loth ebrietas fuit culpabilis. Hec conclusio posita est secundū intētionē Augustini qui contra Faustū ostendit nullam causam rationabilem fuisse propter quam Loth factus sit ebrius pro qua cōclusione deducenda sentit Augustinus Loth non fuisse inebriatum ex eo ꝙ filie sue aliqua arte sophistica paucis poculis cū inebriauerint. Tum primo quia non est verisimile ꝙ scriptura sacra hoc tacuisset. Tum secundo quia non est verisimile ꝙ deus sineret hoc modo seruum suum decipi sine aliquo

vicio voluntatis sue sed fuit secundū eum inebriatus Loth per hoc q̄ filie sue crebro sibi vina ciaciebant aut sibi vina non mixta crebro porrigebant et simulando se eantum bibere ac arte aliq̄ agendo ne eātum biberent cum ad crebro bibendum invitabant eq̄d Loth libentius facere videbatur vt consolationem aliquam filiabus suis et sibi⁹ afferret. Sed vt dicit Aug. hec causa nō fuit rationabilis q2 non oportuit ipm̄ consentire filiabus suis ad excessiuū potuz excitantibus nec per excessiuum potum tentare eis consolationem afferre q̄ si quis diceret filias Loth aliquid inebriās in vinū patris miscuisse quo eum paucis poculis inebriarent posset ebrietatem Loth ab omni culpa excusare. Et ad rationes Augu. respondere q̄ nō omnes gestoruz circunstantias scriptura semp explicat imo eque faciliter diceretur q̄ si filie Loth eum inebriassent crebro pocula porrigendo non est verisimile q̄ scriptura sacra hoc tacuisset. Ad aliam eius rōnem respondetur dupliciter. Uno modo q̄ deus frequenter relinquit hominem causis naturalibus ⁊ voluntariis per quas sine vitio voluntatis nonnunq̄z decipitur vt patet per multas hystorias. Diceretur secūdo q̄ forte fuit in eo inordinata affectio complacendi filiabus suis propter q̄z inordinatam affectionem simulatio filiarum qua se tantundem bibere simulabant occultata est in hoc enim habet Augusti confiteri Loth fuisse deceptum et hmōi deceptionem nō potest reducere nisi in inordinataz affectionem patris qua filiabus suis complacere volnit. Et si queras quod est textui sacre scripture conformis. dico q̄ ex forma loquendi textus videtur innui q̄ fuit inebriatus nō per frequentem et excessiuam reiterationem potationū nec per cōmixtionem alicuius inebriantis sed per simplicē haustum vini q2 q̄zuis primo dixerit maior ad minorem veni inebriemus eum vino postea tamē secundo eadem ad eandem dicit demus ei bibere vinum nec aliud in scriptura expressum inuenit̄ ac si tempore illo esset tanta vis vino vt vinū simpliciter potatum inebriaret aut q̄ ipsi Loth fuisset tanta debilitas ex cōplexione sua in resistendo vino q̄ consuetus sit ad paruum paululum inebriari aut q2 sciebant ipsum amasse vinuz ⁊ ebrietatem assuetum. Ceterum est autez hanc inebriationem Loth ab Augusti. Origene. Hieronimo et pene omnibus sibi tribui culpe et Origenes magis excusat filiarum incestū q̄z ebrietatem Loth Beatus autem Thomas loquitur dubie de ebrietatis eius culpabilitate ar. x. enim ait loquens de ebrietate sine culpa ebrii subsecuta sicut forte accidit de Loth q̄ tamen multis hoc non videtur multum probabile ideo varii varios modos excogitant huius inebriationis. alii dicendo aliquid inebriatiuum vino commixtū. Alii eum fuisse ad frequentem potationē a filiabus suis quas consolari volebat inuitatum potest etiam dici q̄ potū vini solebat Loth temperare aqua. filie autez in vase aquario vinum album posuerunt vt vinuz maneret nō temperatuz qd̄ Loth credebat esse aqua sufficienter temperatū ad cuius cōsiderationem dolor Loth de perditione vxoris ⁊ conflagratione ciuitatum non sinebat eū conuerti primus modus et tertia idem vicii habere videntur. secūdus videtur excusare inebriationē eius totaliter a culpa et similiter quartus adhuc tamē magis secundus q̄z quartus ⁊ ideo de culpa ebrietatis Loth. Secundum diuersitatem cause diuersa dicere habent auctores. Uerū autē eius incessus fuerit culpandus in sequenti conclusione dicetur.

¶ Contra primā conclusionem arguit̄ primo sic omne peccatum bonū rationis excludit q̄ quicquid maxime bonum rōnis excludit illud est grauissimum peccatum: sed ebrietas maxime bonum rationis excludit ergo ebrietas est grauissimum peccatum grauitate culpe. Secundo ebrietas est maxime punita ergo est culpa grauissima. antecedens patz q2 est punita pena seruitutis q2 secū dum Ambro. non esset seruitus si nō fuisset ebrietas. ¶ Ad primam respondet beatus Thomas q̄ bonuz rationis impeditur dupliciter. Uno mō per illud q̄ est cōtrarium rationi sicut cū bona virtutum tolluntur per ea que vīuti contrariantur. Alio mō per illd̄ q̄ aufert vsuz rōnis. vsus em̄ rōnis qui tollitur per ebrietatez potest esse bonus ⁊ malus sed opera virtutum que tollunt̄ per opera cōtraria semp sunt bona. Hec solutio nō satisfacit qd̄ probat̄ omne peccatuz bonū rationis per illd̄ quod est contrariū rationi excludit ergo q̄ maxime hoc mō excludit bonum rationis est maximū peccatū sed ebrietas culpabilis de qua loquit̄ excludit bonum rationis p̄ illud q̄ est cōtrariuz rationi quia per potationē culpabilem ⁊ hoc maxime facit q2 totaliter abiicit vsum rōnis q̄ ebrietas est grauissimū peccatuz. Potest tamen ad hanc rationē respondere cōcedendo antecedēs ⁊ negādo consequētiaz ibi enim sūt duo scz excludere bonū rationis ⁊ excludere ipsuz p̄ aliquod cōtrariū rationi. nō debet ergo ex illo añcedente inferri ergo quicquid maxime excludit bonū rōnis est maximū peccatum sed debet inferri conclusio omne excludens bonuz rationis per illud quia ex maxime contrarium rationi maximū est peccatū licet ergo ebrietas etiaz culpabilis maxime excludat bonū rationis non tamē excludit ipsum per aliquid maxime contrarium rōni. Uerum autem si propria ratio peccati excludere bonū rationis est questio sed hoc de alias quo suppositio ad intellectuz tamen ad quem debet intelligi sufficiat predicta solutio. Ad secundam negatur antecedens et ad probationem negat̄ assumptū sicut supra dictum est.

> Cōtra pmā coclusionē,

> [illegible] dit bonum rōnis

Q Uerit̄. vtrū peccata tempore ebrietatis commissa ebrio ad culpam imputanda sint? Arguit̄ q̄ non quia fiunt per ignorantiam ergo totaliter excusant̄ a culpa. In oppositū est illud Aris. iii. ethicor. ebrii debent̄ duplices increpationes. Circa materiam istam sunt varie opiniones opinio Tho. consistit in tribus propositionib⁹ prima est que ebrietas causat vel causat̄ ratione defect⁹ cōsequentis in quo ligat̄ vsus rationis habet excusare peccatū probat̄ quia inuoluntariū per ignorantiam Secunda ebrietas ex actu non culpabi-

li subsecuta non totaliter excusat peccatu a culpa
sicut forte contingit de Loth. Tertia ebrietas ex
actu culpabili subsecuta non totaliter excusat a
peccato quod probat quia licet actus sequens nō
sit in se voluntari⁹ est tamen voluntari⁹ in actu il
la precedēte ex quo subsecuta ē ebrietas. Opinio
vero ade ⁊ multorū aliorū ⁊ signanter doctorū lu
ria est q̄ actus ebrij deordinatus non est ad penā
imputādus. Notandū q̄ vt dicit Tho. ebriorum
quidā sunt ebrij per actū suū culpabilem ⁊ alij sine
actu suo culpabili. Notandū preterea q̄ ebrij in
ebrietate licet multa ignorent multa cū hoc etiaz
cognoscant ⁊ discernūt. discernūt enim inter pa-
trē ⁊ filiū vxorē ⁊ alienā amicū ⁊ inimicū licet qn̄
q̄ etiā tanta sit vis ebrietatis vt inter hec discer-
nere nesciāt hoc est verū q̄ ebri⁹ non incurrit re-
gulariter ignorantiā omniū sicut facit dormiens
qui vt sompni inter nulla discernit. Notandū etiā
am q̄ in ebrijs tempore ebrietatis sunt mot⁹ ve-
hementes passionū qualitatū consuetudinū ⁊ ha-
bituū tam bonorū q̄z malorū qui mot⁹ aliquan-
do iuuant per causam inebriantem aliquando ve
ro impediunt. qualitates enim corporales impe
tū faciunt ad diuersos actus appetitus sensitiui
ideo quando huiusmodi qualitates conformiter
mouent ad habitus vel alias qualitates preexi-
stentes adiuuant quando contrario modo impe-
Pria 3clo diunt. ¶ Sit prima cōclusio aliqua peccata ebri-
orū qui sine culpa sua ebrietatez incurrūt sunt eis
imputabilia ad peccatum. probat cōclusio sant
aliqua q̄ ebrij sine culpa sua inebriati nec p̄ ignorantiam
nec ignorantes faciunt ignorantia qui-
dem que sit circa actum suum aut circa aliquam
circunstantiam eius sed precise faciunt ex motu
passionis insurgentis ergo peccatū talibus est ad pe
nā imputabile alia probo de assueto ire ad lupa-
nar ⁊ ibi fornicari qui factus ebri⁹ stati apprehē-
so lupanari monet scdz motū libidinose passiōis
talia enim scit hanc esse meretricem ⁊ non esse suā
nec ignorat aliquid eorū que sufficiunt ad reddē-
dū eū culpabilem Idem posset argui de eo qui
assuetus verberare propter leue verbum fratrem
vel amicum cognitum esse talem percuteret. Se-
do nullus propter ebrietatez aut ignorantiaz ex
ebrietate consecutam excusatur a culpa quam eti-
am remota ignorantia et ceteris alijs positis ipse
esset facturus sed aliqua sunt peccata in ebrietate
commissa que ebrius sine culpa sua remota ebrie
tate esset facturus vt patet in casibus predictis er
go talia sunt ad penam imputabilia. Tertio om-
ne illud peccatum est ebrio imputabile et ab eo
voluntarie factum cuius remota ebrietate non so
lum non penitet eum sed etiam gaudet ipse fecis-
se sed aliqua sunt talia peccata cōmissa ab eo qui
ebrietatez sine culpa sua incurrit igitur tali ebrio
Scda 3clo aliqua peccata sunt imputabilia. ¶ Secunda cō
clusio ebrio ex culpa sua sunt aliqua peccata tē-
pore ebrietatis facta imputabilia ista conclusio
patet ex precedenti quia aliqua peccata sunt im-
putabilia ebrio sine culpa ergo multo magis cō-
similia sunt imputabilia ebrio ex culpa sua.
Tercia 3clo ¶ Tertia conclusio ebrio sine culpa aliqua pec-
cata non sunt imputabilia probat quia ebri⁹ per

ebrietatem incurrit ignorantiam aut errorem cir-
ca aliqua qua ignorantia posita facit actum pro-
hibitum ⁊ qua remota non faceret ergo cum ipse
non sit causa huius ignorantie vel erroris sequit
q̄ actus sequens non est sibi ad penam imputan
dus antecedens p̄z exemplo loth de quo est veri-
simile q̄ si ipse tunc considerasset se carere vxore
⁊ eam que secum accubabat fuisse sibi filiam ipse
non exercuisset opus libidinosum sed se ab eā cō-
tinuisset Similiter per ebrietatem interduz fit vt
ebrius ⁊ maxīe nocte non discernit inter suā ⁊ nō
suam ideo si non sua subiceret se ad locuz non sue
nō videt q̄ peccatū illud sibi iputandū esset ad pe-
naz eodē mō arguit de ebrio q̄ occidit patrē cre-
dēs occidere hostē q̄r credit q̄ sit hostis Secūdo po
no ebriū aliquem qui extra ebrietatez fuit frequē-
ter tentatus de fornicatione cum aliqua muliere
quam tentationē semper vicerit ⁊ superauerit tā
dem ista arte aliqua inebriet eū sine tamē culpa
ipsius inebriati quo facto nitatur illa inducere in
concubitum constat q̄ ipse nō erit tam potens re
sistere tentationi q̄z potens erat ante inebriatio-
nem pono ergo q̄ succumbat tentationi ⁊ forni-
cetur cum ista tunc sic iste precise p̄ impotentiam
quaz incurrit ex ebrietate succūbit tentationi ita
q̄ alias nō succubuisset vt suppono sed istā impo
tentiam resistendi passioni reprimendi eaz nō in
currit ex culpa sua quia incurrit eā ex ebrietate ⁊
quam per casum sine culpa sua est inductus ergo
talis non peccat peccato sibi ad penam imputa-
bili. Tercio omne peccatum imputabile est volū-
tarium in se aut in causa sua sed fornicatio huius
cum ista muliere non est voluntaria in se cum iste
non sit cōpos mentis nec in causa sua cuz ille nō
sit ex culpa sua inebriatus ergo peccatū istius nō
est ei ad penaz imputabile. Ex istis patet q̄ ebrie
tas inducit duo scilicet ignorantiam circunstan-
tiarum operis vnius vel plurium ⁊ impotentiaz
resistendi passionibus ⁊ impotentiam etiam exe-
quendi ea que pro officio vel ministerio suscepto sūt
exequenda ⁊ ideo quando quis incurrit ebrieta-
tem sine culpa sua tunc nec ignorantiam nec im-
potentiam resistendi aut exequendi est sibi impu
tabilis sed aliud est si huiusmodi ignorantiā aut
impotentiam incurreret aliunde puta ex gradu
malicie sicut intemperati scdm Aris. que ex ele-
ctiōe male agant nō videt q̄ excusent quia igno
rantiā illam ⁊ impotentiā non incurrūt ex ebrie
tate non culpabili sed ex malis operationibus ⁊
habitibus perniciosis quos peruerse ⁊ flagitiose
operando acquesierunt ¶ Quarta cōclusio mul Qrta 3clo
ta peccata sunt imputabilia ebrio ex culpa sua q̄
non essent sibi imputabilia si factus fuisset ebri⁹
sine culpa sua probatur ista conclusio ebrius in-
currit ex vi ebrietatis ignorantiam agendoruz im
potentiam resistendi passionibus ⁊ impotentiaz
exequendi ea que sibi ex officio vel dignitate vel
ministerio exequenda cōpetūt per ignorantiam er-
rat in circunstantijs operationis ⁊ credens forte
accipere panicez accipit lapidē credens percute-
re baculo percutit gladio aut vti sua vtitur alie-
na sicut forte loth credebat vti vxore ⁊ filiabus
vtebatur per impotentiam resistendi passionib⁹

ad primum imperium passionis aut primos motus malorum habituū statim vincitur qui prius vincere solebat et imperat executionem actus qui prius forte cohibere hmōi motus inordinatos di dicerat. Per impotentiam etiā exequendi debita virtutum opera multipliciter labitur ꝛ deficit sed q̄ sit ignorans ꝛ q̄ sit impotens ex culpa sua contrahit & hec omnia sibi sunt imputanda. Secundo quicunq̄ est causa culpabilis ignorantie vel impotentie per quarum positionem agit q̄d non est agendum ille est causa culpabilis illius quod taliter agitur sed ebri⁹ ex culpa sua est causa culpabilis ignorantie vel impotentie propter quas agitur quod nō est agendum ergo est causa culpabilis illius q̄d taliter agitur. maior est Aris. tertio ethicorum dicentis. et enī in ipso ignorare puniunt si causa est ignorantie puta ebriis duplices increpationes et q̄ ita rationabile sit fieri et etiam q̄ in vtroq̄ sit culpabilis probat principium enim in ipso. dn̄s enim eis quod est nō inebriari hoc autem scʒ inebriari ignorantia causa. Tertio opera mala facta ab ignorantibus ignorantia orta ex negligentia sua sunt imputabilia: ergo opera facta ab ignorātibus ignorātia orta ex ebrietate culpabili sunt eis imputabilia. Et eodem mō diceretur de operibus factis ab impotētibus resistere passionibus aut impotētibus operari vt tenent. impotentia quidem orta ex ebrietate culpabili. añs probatur nā si quis agat contra leges quas scire tenetur maxime q̄n sunt scitu faciles non excusantur propter hmōi ignorantiā sed puniuntur a legislatore q̄d sub hijs verbis ponitur ab Aris. dicente. iij. ethicorum ꝛ ignorantes aliquid eorum que in legibus oportet scire ꝛ nō difficilia sunt puniunt ꝛ nō solum in hijs que determinata sunt legibus sed etiam vniuersaliter in omnibus in quibus ignorantia ex negligentia contingit. Ex eo q̄ in potestate nostra est vel fuit nō ignorare q̄z potuimus adhibere diligentiam per quam scivissemus que ignoramus. Et sub hijs verbis significat Aris. Similiter autē ꝛ in aliis quecunq̄ per negligentiam ignorare videtur vt in ipsis existente nō ignorare eius enim q̄ est diligētes esse domini neq̄ valet dicere q̄ aliquis ex conditione sua talis est vt non possit esse diligens quia q̄ ipse sit talis conditionis ipse est sibi ipsi causa in eo q̄ vixit remisse ꝛ dissolute q̄ hijs verbis aperit consequenter aris. sed forsitan talis aliquis est vt nō diligens sit sed eius q̄ est talis fieri ipsi causa viuentes remisse. Ex istis nemini dubium esse potest q̄ de intentione Aris. fuit q̄ ea que ignorantes facimus. ignorantia quidem culpabili nobis imputantur imo hec videtur esse sententia omnium theologorum dicentium vno consensu q̄ ea que facimus per ignorantiam crassam aut affectatā sunt nobis imputabilia. Alioquin enim sequeretur q̄ mala que faceremus conformiter agendo ad conscientiam erroneam vincibilem et ex culpa nostra ortam non essent nobis imputanda quod patet esse falsum a fortiori: ergo si hec ignorantia aut error oritur ex ebrietate culpabili nobis que est turpior ꝛ exprobrabilior q̄z negligentia per quam orit etiā ignorantia necesse est q̄ ea que tūc agim⁹ sint nobis imputabilia ad culpā eodē mō dicēdū est de hijs que agimus p̄ īpotētiā vtrāq̄ ex ebrietate culpabili ꝯsecutā. Quarto quicquid agim⁹ ex īpulsu male passionis aut malorū habituū quā tūc reprimere nō possum⁹ impotētia orta ex culpa nostra est nobis īputabile sʒ ebri⁹ ex culpa sua homicidiū vel adulterū ꝯmittēs malū agit ex passiōe aut īpulsu prauorū habituū quā tunc reprimere non potest impotentiā orta ex culpa sua ḡ talis peccat peccato sibi imputabili. minor est Aristotelis in tertio dicentis ebri⁹ enim ꝛ qui irascit non videt ꝓpter ignorantiā operari sed ꝓpter aliquid eorum que dicta sunt. Ex supradictis apparʒ que mala opa ī ebrietate facta sine īputabilia ꝛ q̄ nō. Nō tertia q̄ est de ignorātia ex negligētia causata ꝛ operibus malis factis ab ignorātibus tali ignorantia mīt tā michi fidē facit. Pro cuius maiori declaratiōe volo q̄ sit aliquis qui per negligentiam suā ignoret fornicationem esse peccatū mortale alius hoc ignoret pro nunc per ebrietatē culpabilem ꝛ vterq̄ fornicet ita tñ q̄ si sciret nō fornicaretur constat q̄ fornicatio primi est peccatū mortale alicuius certe grauitatis ꝛ cum secūdus nihil penitus habeat alleuians vel excusans q̄d nō habeat primus et vt suppono cetera sint paria videt q̄ secūdus fornicando peccat īputabiliter sicut primus eodem mō potest argui de duobus qui tempore obsidionis custodiunt muros ciuitatis quorū vnus ignorat vocem noctis per negligentiam et alius per ebrietatem culpabilem ꝯstat q̄ pari pena affligendi sunt. ¶ Quinta cōclusio ebrietas imputabilis aliquando nō solū nō excusat peccatum nec in toto nec in parte imo etiam aliquādo auget imputabilitatem eius. Pro ista conclusione suppono q̄ actus exterior non habet ex se propriam bonitatem aut maliciam sed tantum rōne actus interioris ita q̄ actus exterior est tantū imputabilis q̄tū imputabilis est actus interior ipsum faciens eum pono ergo casum qui faciliter cōtingere potest q̄ ebrius extra ebrietatem consuetudinem habuerit cōmiscendo cū quadaʒ soluta que a paucis diebus matrimonio copulata est eciaʒ cognoscente et a quo tempore refugit cum ea cōmisceri quia semper fugere voluit adulterium tunc sit ebrius et videat eam in loco in quo consueuit cōmisceri cum ea et per ebrietatem ignoret vel non recordetur eam esse coniugatam sed potius credat eam esse solutam et secundum consuetudinem eius velit fornicari cum ea imo etiam volo q̄ tūc sicut possibile est habeat apud se actualem detestationem adulterij tunc sic actus exterior sequēs non est imperatus nisi a volitione simplicis fornicationis ergo non est imputabilis nisi q̄tū simplex fornicatio nisi aliquod aliud augeat imputabilitatē alias in actu exteriori esset propria bonitas aut malitia sed constat q̄ actus iste est magis īputabilis q̄z simplex fornicatio cū de facto actus iste sit cōmixtio cū ligata et coniugata et nihil est q̄ augeat imputabilitatē ei⁹ nisi circūstātia per ignorantiam posita in huiusmodi actu exteriore ergo ebrietas culpabilis ꝛ ignorantia inde secuta non modo non excusant totaliter aut in [Margin: Quinta cōclu.]

parte sed etiam interdum augent imputabilitatē. Secundo aliquis actus ebrij deordinatus et imputabilis potest esse imperatꝰ a volitione bona et nō culpabili sed talis vt constat non habet deordinationem et imputabilitatem ab actu interiori a quo īmediate imperatur ergo habet eam ab alio et non nisi a circumstantia posita mediante ignorantia causata ab ebrietate culpabili ergo huiusmodi ebrietas auget imputabilitatem actus exterioris. Prima pars antecedentis probatur et gratia exempli volo q ebrietas loth fuerit ex culpa sua causata Et q ex huius ebrietate oblitus sit loth conuersionis vxoris sue in effigiem salis et q inuenitur alteram de filiabus suis ꝓpe se iacentem excitantem ipsum ad opus libidinosū et crediderit q fuerit vxor sua debitū petens et q sola redditione debiti et generande ꝓlis voluerit commixtionē de facto voluntas eius eam imperante rit hec enī omnia sunt possibilia et verū vera sint incertum et hoc supposito constat q volitio loth nō fuit deordinata nec libidinosa. Et tamē actꝰ exterior fuit deordinatus et imputabilis. Hec ratio non cōcludit. et soluit arguendo cōtra decimā conclusionē posset tamen dici q scdm rei veritatem volitio loth fuisset deordinata et dicto animi erroneo conformis huic scilicet reddendum est nec debitū vxori petenti q non erat sibi secundū veritatem vxor. Hec tamen solutio nō satisfacit quia licet ita sit quia tamē posset dari casus in quo est alicui vxor debitum petens et tamen ꝑ aliq̄ ignorantiam poneretur in opere exteriori aliqua circūstantia q̄ non fuisset obiectū actus interioris propter quā esset aliqua deordinatio in actu exteriori quam non haberet precise ex actu interiori sed

Sexta 9clo haberet eā ab ignorātia culpabili. ¶ Sexta cōclusio omnis ebrietas culpabilis sic excusat actū malū q huiusmodi actus nō est tā imputabilis q̄ imputabilis esset si idē fieret ab eodē nō ebrio sciente et volente ipsum secundum omnem circūstantiam imperāte et nullam aliam causam excusantē habente verbi gratia dico q si incestꝰ loth ebrij fuisset factus ex eodem loth non ebrio et nullam aliam causam excusantem habente puta nō furioso aut non decepto circa circunstantias actꝰ sui aut non alia quauis ex causa facto impotente ad resistendū passionibꝰ talis incestꝰ fuisset multo grauior q̄ de facto fuit probatur quia hmōi incestus fuisset imperatus a volitione incestuosa et fuisset denominatus incestus ab huiusmodi incestuosa voluntate ita q fuisset perfectus et completus incestus sed incestus loth nō fuit de facto talis nec enim grauis vel culpandus fuerit tanq̄ incestus igitur minor patet auctoritate Augustini contra faustum vbi expresse augustinus ostendit q licet factū loth et filiarum suarum sit reprehēsibile nō tamen tantum Augustinus q̄ faustus ipsum reprehendit nec hoc factū eius vt dicit est tanta indignatione dignū ac si ipse loth in filias suas nepharia libidine exarsisset vt earū incestato corpore frueretur et statim post et ideo inq̄t pater culpandus est non q̄ntum incestus sed quantum ebrietas meretur in quibus verbis Augu. apparet expresse illud quod per hanc conclusionem intendimus ista est opinio origenis omelia quinta super gene. ita dicentis post hec iam refertur illa famosissima fabula in qua dicitur filias loth arte furatas cōcubitū patris in quo nescio si quis pōt excusare loth vt eū īmunē faciat a peccato nec rursū ita eum accusandū puto vt tam grauis incesti fieri debeat reus non enim inuenio eum insidiatum fuisse aut violenter eripuisse pudiciciam filiarū sed magis insidias passum et arte circunuentum et statim post videtur mihi in parte culpabilis et in parte excusabilis inueniri excusari nēpe potest quia a concupiscentie et voluptatis crimine liber est et quia neq̄ ipse voluisse arguitur nec volentibus consensisse ex quibꝰ verbis apparet quod diximus scilicet facta ebriorum non esse tam culpabilia q̄ culpabilia essent si fierent ab eisdem non ebrijs eadem opera secundum omnem circunstātiam suam imperantibus propter aliā et aliam volitionem quando fiunt per ignorantiam alicuius circunstantie que quidem circunstantia esset obiectum volitionis quā haberet non ebrius eundem actum secundum omnem circunstantiam suam imperans et tamen ipsa non est obiectum actus illius interioris quem habet ebrius qui per ebrietatem talem circunstantiam ignorat. Secundo probatur conclusio actibus quos facit ebrius quia impotens ē resistere passioni aut malis habitibus eum ad opus malum inclinantibꝰ non habet obmurmurantem rationem quia talis si non esset ebrius haberet remurmurantem cōtra quam contra faciendo cōtempneret. ebrius vero non habet obmurmurantem sed potius consopitam et ligatam rationem et ideo eam non cōtempnit et per consequens peccatū non ebrij ceteris paribus est grauius et imputabilius. Et si dicas q ista ratio non concluderet de intēperantia gradu quia talis non habet obmurmurantem rationem. ¶ Respondet q aliquis caret remurmurante ratione dupliciter. Vnomō propter depraua- Duplr aliqs caret remurmurante rōne
tionem rationis per consuetudinem peccandi inductam secundomō propter ligationem sensuū et organorū ministerialiter ad opus rationis deseruientium primum reperit in intemperato secundum in ebrio primum non est nisi ex frequenti cōtemptu rationis quia gradum intemperantie precedit gradus incontinentie secundum vero bene inest sine contemptu rationis aut saltem sine frequentatione actuum contemptiuorum rōnis. Dico ergo q licet intemperatus non habeat obmurmurantem rationem habet tamen rationē deprauatam ebrius autem nec obmurmurantem nec deprauatā habet sed consopitam et ligatam Ex supra dictis infero q incestus loth cū filiabus suis nō fuit multū culpabilis nec ex parte patris nec ex pte filiarū qd nō ex parte patris iā ꝓbatū est sed q nec ex parte filiarū pz primo auctoritate Augustini contra faustū dicētis q in illis feminis erat humanus et naturalis affectus qua querebāt prolē ad conseruationē generis humani nec credebant se posse alios viros quibus miscerētur inuenire a cū exustus esset illa cōflagratione orbis terrarū quia non poterāt cognoscere vsq̄ in quā ptē ignis ille seuierit ideo voluerunt se miscere patri

Quia etiaz potius debuerũt velle nunq̃z fieri ma
tres q̃z cum patre misceri. verũtamen multuz dif
fert q̄ ea causa vse sunt patre q̃z si fuissent vse pro
pter concupiscentiã et funestam voluptatem. Sz
quia sentiebant patrē ita abhorrere ab illo ope-
re vt nō crederent se id impleturas nisi procura-
rent eius ignorantiam inebriauerũt eum et se sibi
nescienti miscuerũt. Idem sentit Origenes easdē
mulieres excusans omelia quinta super Gene. vbi
facta narratione q̄ filie ille credebant omnia ar-
dore illo decoquenda esse seq̄z solas ad reparan-
dum mortalium posteritatem cuz patre seruatas
ita dicit recuperandi ḡ humani generis desideri-
um sumunt atq̄z instaurandi seculi ex se dandum
opinantur exordium ⁊ quãuis eis grande crimē
videretur furari concubituz patrio grauior tamē
eis videbatur impietas si humane vt putabant po
steritatis speciem seruata castitate delerent. Et se
quitur propter hoc ḡ consiliuz ineunt. minore ta
men arbitror culpa spe tamē argumento q̄z maio
re patris mesticiam vinis moliunt ⁊ resoluũt sin-
gulis singulis ingresse noctibus susceptũt ab igno
rante conceptum vltra nō repetunt nec requirunt
et sequitur vbi hic libidinis culpa vbi incesti cri-
men arguit quomodo dabitur in vicio q̄ nō rei-
teratur in facto vereor proloqui q̄ sentio vereor in
q̃z ne castior fuerit harum incestus quã pudicitia
multaruz. iste enim que argui videntur incesti vt
adepte sunt conceptum vltra nō accedunt ad cō
cubitum viri vbi tamē satis miror quomodo po-
tuerunt paulo ante virgines cognouisse q̄ ex illo
concubitu conceperant quicquid tamē sit vt ap-
paret ex verbis recitatis Origenes multuz hmōi
earum incestum. in facto tamen earum duo dubi
tanda referuntur vnũ q̄ credebant maioris impi
etatis esse delere speciez humane posteritatis: q̃z
furari concubitũ patris in quo sentit Augu. eos
fuisse deceptas. Origenes autē tacet alterum est
error earum quo putabant omnes homines illa
conflagratione preter se ⁊ patrez absumptos esse
et se cũ patre ad restaurandum genus humanuz
seruatas q̄ si hec ignorantia illis fuerit p̄ tunc
inuincibilis vel pro tunc nō tenebantur eam vin
cere ita q̄ nec crassa nec affectata fuerit non vide
tur factum eorum imputabile licet enim Au-
gusti. putet q̄ deterius est furari patris concubi-
tum q̃z delere spē humane posteritatis error. ta-
men ille si error eis esset venialis ⁊ signanter in fe
minis euius intellectus nō videtur tantũ eleua-
tus immo credo q̄ si hodie genus hominũ in cō
similem necessitatem relaberetur ita scz q̄ essent
omnes consumpti preter duodecim quorum duo
essent pater ⁊ filia et decez essent viri doctissimi im
potentes tamen aut per naturam aut ratione ali
cuius accidentis generare ⁊ haberetur inter eos
hec questio de restauratione mundi credo q̄ mul
tum vrgentes rōnes pro altera parte reperirētur
maxime quia est expressum preceptum diuinũ de
multiplicatione generis humani qđ maxime vr
geret ⁊ obligaret ipse tante necessitatis nulla au-
tem esset expressa prohibitio diuina de cohabita
tione patris ⁊ filie aut filij ⁊ matris que si esset cũ
vtrunq̄z non posset simul obligare videretur mul

tis q̄ prohibitio de cohabitatione esset interpre-
tanda per preceptum de multiplicatione hoīm
scilicet nisi necessitas multiplicandi generis hu-
mani ad hoc cogat potius q̃z econtra et ideo si q̄
sit culpa in filiabus Loth magis videtur ex eo or
ta q̄ non sufficientem diligentiam adhibuerũt vt
scirent si super essent alij viri ex quibus prolē sus-
cipere possent immo posset dici q̄ Augu. dicēdo
potius debuerunt velle nunq̄z esse matres q̃z sic
misceri patri non voluit diffinire q̄ simpliciter fu
it deterius filias misceri patri q̃z genus humanuz
hoīm interimere sed voluit dicere q̄ deteriꝰ erat
filias misceri patri ante diligentiã exactaz si quis
alius vir a patre superesset ex quo suscipere prolē
possent q̃z eas fieri matres ad restaurationem hu
mani generis. ¶ Contra primam et secundam Cōtra p̄mã et secundaz cōclusiōes.
conclusiones arguit primo sic nullus carens vsu
rationis occidendo vel aliter nocēdo nouiter pec
cat plus q̃z brutum sed ebrius caret vsu rationis
igitur nullomodo peccat antecedens probat pri
mo per illud Augustini paruulis quidez qui nec
dum propria voluntate credere nec penitentiam
pro facto quod originaliter trahunt agere possũt
sacramentum fidei quod est sacramentum bapti-
smi q̃z diu rationis eorum etas capax esse non po
test sufficit ad salutem ex qua auctoritate conclu-
ditur in decreto q̄ nulli post baptismum peccata
imputantur nisi sit rationis capax. Confirmatur
per illud quod habetur in capitulo. merito sane
sunt quidam qui iniuriam facere non possunt sed
solum pati vt furiosus. Et pubes vbi apparatus
qui omnino nescit quid facit vt puer ebrius. Ergo fu-
riosus non peccat. Secundo arguitur per glosaz
distin vi. ca. i. vbi tractatur de pollutione noctur
na que postq̃z recitauit opinionē que ex illo textu
elicitur q̄ aliquis peccat in dormitione et in furia
infert et per consequens aliquis nesciens peccat
venialiter et mortaliter operatur bonum et mere
tur vitam eternam q̄ non est verum vt dicit glo-
sa immo nullomō peccat. Et respondēdo ad textuz
vbi fundatur opinio illa dicit polluti mēs in dor
miendo nec rea est in somno nec rea est post sō-
pnum sed tunc fit rea quando se ingurgitat ergo
similiter est de ebrio. Secundo furiosus in furia
sua occidens aliquem non peccat imputabiliter
igitur nec ebrius antecedens patet quia non sibi
penitentia imponitur non quia deliquit vt vult
Jo. andree sed ad cautelam ne deseratur discipli
na ecclesie sicut contingit de eo qui casu homici-
dium fecit cui secundum canones septennis vel
quinquēnis penitentia imponit. tamen Brixeñ.
in apparatu tenet contrarium de furioso dicens.
q̄ nō est sibi imponenda penitentia quia satis ip
so furore punitur Tertio ebrius iniuriam faciēs
proximo punit nō pro iniuria illata sed pro ebrie
tate ipsa ergo tota culpa eius consistit in vicio e-
brietatis antecedens patz per illud. xv. q. i. Sane.
vitandam dicimus ebrietatez per quam crimina
cauere nō possumus naz que sobrij cauemus per
ebrietatez ignorantes cōmittimus. nesciunt quid
loquantur qui vino nimio indulgent iacent sepul
ti. ideo si qđ per vinum delinquant apud sapien
tes iudices venia quidem facto donatur. sed lent

tatis damp̄nantur auctores vbi apparatus leui
tatis damp̄nātur auctores quia sane nimia faci=
les ad inebriandū se ⁊ sequitur alij intelligunt ꝙ
non puniuntur ꝓ eo ꝙ ebrius fecit sed tantum ꝓ
eo ꝙ ebrius erat ad inebriandum se. Tum secundo
q2 secundum August. contra faustum loth cul=
pandus erat non tamen q̄ztum incestus sed q̄ztū
ebrietas merebatur ergo peccans ex ebrietate nō
punitur ꝓ solo peccato cōmisso sed pro ebrietate
Quarto cecus q̄zcūq̄z ex culpa vel sine cul=
pa cecitatem incurrerit si credens misceri sue mi
sceatur aliene non peccat peccato imputabili nec
fit reus adulterij ergo ebrius si credens occidere
hostem in bello occidat patrez aut misceri sue mi
sceatur aliene non peccat aut si credens licitum
fornicari fornicetur non peccat peccato imputa
bili hoc volo ꝙ seruus se precipitet in foueam a
qua exire non possit per quod fit impotens debi=
tum seruicium reddere domino tunc si talis fact⁹
est per culpam suam vt suppono impotens ne dn̄
mino suo debituz seruitium reddat sed constat ꝙ
per hanc impotentiam excusatur ⁊ tempore im=
potentie omissiones sunt noua peccata ⁊ maxime
si illo tempore nō voluntarie sed displicēter quis
omittat igitur nec que ab ebrijs committuntur
sunt noua peccata imputabilia minor patet quia
alias adam totiens peccasset quotiens non fecit
quod premitus facere potuisset ⁊ debuisset seque
retur etiaz ꝙ non habens gratiam totiens pecca
ret quotiens ex gratia aliquid facere teneretur.
Sexto motus primi vt pro nunc supponitur non
imputatur ad peccatum sed operationes ebriorū
etiam excitate passionibus aut malis habitibus
habent rationez primorū motuum ergo non im=
putantur ad penaz minor probatur quia motus
excitatus a passione dicitur esse primus pro illa
mensura pro qua ratio non potest ipsū repellere
quia nec pro illa tenetur cū nullus obligetur ad
impossibile sed pro tota mensura ebrietatis nō po
test ratio motum illum reprimere vt pz ex ratio
nibus supra frequenter adductis et maxime cum
dictum sit ꝙ ebrius per ebrietatem incurrit nō so
lum ignorantiā sed etiaz duplicem impotentiam
Solutiōes. igitur. ¶ Ad primam nego maiorem nam ex su
pradictis satis pz ꝙ in aliquibus casib⁹ carens
vsu rationis peccat peccato imputabili ⁊ vltra
ad minorem dico ꝙ ebrij non carent omnimode
vsu rationis cum inter multa discernant ⁊ ratio
cinentur. Et etiam sibi in multis caueant que in
hominibus nō fiunt sine vsu rationis Et ad ꝓba
tionem maioris concedo auctoritatem concedo
etiam quod ex eu in decreto infertur sed dico ꝙ li
cet nulli post baptismū peccata imputentur vsq̄z
ad etatem in qua est rationis capax ꝓ aliqua ta=
mē mensura sibi imputat̄ pro qua caret vsu ra
tionis Et hoc ratione peccati vel peccatorū que
cōmisit postq̄z post baptismū factus est per eta=
tem rationis capax. Ad confirmationem conce=
do ꝙ ex eo illo allegatur. Et ad apparatum dico
eius auctoritas auctoritati Aris. postponēda est
et rationi morali primū pz ex varijs auctorita=
tibus Aris. supra allegatis scd̄m pz quia per il=
lam rationem sequeretur ꝙ intemperatus intem
perantia gradu non peccaret quia nescit quid fa
cit eum in eo ratio deprauata sit etiam circa prin
cipia agibiliū. dico preterea ꝙ ebrius non est de
illis qui nesciunt omnino quid faciūt quia ebri⁹
scit se fornicari se percutere gladio discernit suaz
a non sua ⁊ patrem a filio ideo auctor apparat⁹
nimis leuiter enunciauit dico tamen pro reueren
tia eius ꝙ ebrius sine culpa sua ignorantiam cō
trahens faciens aliquod malum quod alias non
esset facturus nō peccat sicut declaratū est in ter=
cia conclusione. Ad secundam confirmationem
concedo quicquid allegatur ibi de pollutiōe dor
mientis ⁊ do hoc dictum est diffuse supra sed cuz
infert de ebrio nego cōsequentiam vt patet satis
ex his que dicta sunt supra de pollutione noctur=
na. Ad secundam quicquid sit de antecedente
nego cōsequentiam ꝓ cuius declaratione dico ꝙ
aliquis icurrit furiaz dupliciter vnomō per act⁹
culpabiles aliomō per act⁹ non culpabiles scd̄o
mō añs ratiōis est verū primomō cōtingit dupli
citer vnomō sic ꝙ presciuerit illos actus culpabi=
les esse inductiuos furie ita ꝙ fuit forte āmonit⁹
vel a medicis aut ab alijs peritis ꝙ desisteret alias
furiaz incurreret maluit tū se periculo vehemētis
furie exponere q̄z desistere ⁊ in isto casu esset mul
tuz ꝓbabile ꝙ opera mala facta tēpore furie sic
cōtracte essent īputabilia ⁊ maxime cū fiunt ante
q̄z illi act⁹ culpabiles sint emendati per cōdignā
penitenciā secus esset si furiosus haberet lucida
interualla ⁊ tunc peniteret de huiusmodi actibus
tunc bene concederem ꝙ actus facti tempore fu=
rie postq̄z tamen sic emendata est non sunt impu
tabiles. Quod si quis tamē in hoc casu vellet de
fendere oppositum ⁊ vniuersaliter dicere nullos
actus furiosi esse īputabiles tunc diceret ꝙ furia
est multo grauior pena q̄z ebrietas et grauitate
acerbitatis ⁊ grauitate alienatōis mētis ⁊ graui
tate durationis ⁊ grauitate inseparabilitatis fu
ria eñi vehemēti⁹ agitat quā ebrietas magis alie
nat mētē magis durat ⁊ difficili⁹ separat̄ etiā si
ne cōparatiōe ideo cōmittens act⁹ culpabiles ex
quib⁹ furiā incurrit satis ipō furore punit̄ nec oz
ꝙ in penā hui⁹ actus sequētes sibi īputent̄ ad pe
nā. Aliomō contingit furiā per actus culpabiles
incurrere sic tamen ꝙ nesciebat ille ꝙ illi actus es
sent inductiui furie immo si sciuisset multo magis
voluisset desistere q̄z perseuerando furiam incur=
rere et tunc dico ꝙ actus facti tempore furie con=
tracte per tales actus non sunt imputabiles im=
mo etiaz actus mali facti tempore ebrietatis per
similem modum contracte non essent imputabi=
les quod intelligo de actibus quos nō esset aliter
facturus. Ex istis patet ꝙ non est eadem ratio de
furia et de ebrietate. tum propter grauitatem fu
rie tum etiam quia regulariter ebrietas contracta
per actus culpabiles sic contrahitur ꝙ malum⁹
inebriari perseuerādo q̄z cessando a potatōe cōpo
tes mētis remanē ⁊ ꝑ hoc possunt solui ꝓbatiōes
adducte. Ad tertiā nego añs ⁊ ad ꝓbatione dico
ꝙ puniatur ꝓ vtroq̄z scd̄z Aris. nec auctoritas Jo.
andree ꝯtra Aris. recipi dz maxime cū nichil ꝓba
re sed tm̄ asserē auctor ille videat̄ ⁊ ideo glo. super
illo textu. veniā datur aut venia. l. minor pena q̄z

si ex certa scientia fecissent. apparet etiam q̄ apparatus nō loquitur nisi recitando opiniones. Ad secundam p̄bationem dico q̄ factum Loth secūdum Augu. fuit reprehensibile et tamē nō fuit reprehensibile tanta reprehensione q̄ta reprehenditur incestus. fuit tamē Loth ex ebrietate et facto suo plus reprehensibilis q̄ȝ ex ebrietate tantū ideo dico q̄ ista propositio Loth culpandus erat quātum ebrietas merebatur habet duplicem sensum vnus est Loth fuit culpandus ob solam culpam ebrietatis ꝛ iste sensus est falsus et contra Aug. in eodem loco dicentem q̄ factum Loth et filiarum suarum sunt simul et prophetia ꝛ flagitium licet non sit tanta reprehensione dignum q̄ȝ ita in eo faustus inimicus ꝛ cecus euomuit. et hec probat multipliciter. Secūdus sensus est q̄ Loth fuit culpandus tam ob ebrietatē q̄ȝ ob incestum et tamen nō fuit tantū culpandus q̄ȝtum fuisset si sciens et volens incestasset eas sed quantū ebrietas exigebat q̛z ignorantia per ebrietatē contracta aliquid distrahebat de reprehensibilitate et excusabat in parte ad sensum supra expositū. Et hoc voluit dicere Aug. vt apparet intuēti textū eius. Ad quartam p̄cedo añs q̄ȝuis tamen posset dici de incursu cecitatis sicut de incursu furie ꝛ forte consequenter aliter ꝛ aliter dicendum videretur et nego p̄ñam tum p̄pter pene cecitatis grauitatē tum q̛z nullus regulariter incurrit cecitatē per actus culpabiles quos sciat esse inductiuos cecitatis tum tertio q̛z ebrietas est magis apta ad dandum locuȝ flagicijs et peccatis q̄ȝ cecitas. ꝛ ideo homines ebrij regulariter multa turpia operantur a quibus extra ebrietatem cauent. p̄trarium autē est de cecis multis em̄ delicijs indulgebant ante cecitatem a quibus p̄tracta cecitate desistunt propter istas ꝗ causas mala per ebrietatē culpabilē facta sunt imputanda ꝛ non mala per cecitatem culpabilem perpetrata quibus addi pōt q̄ actus culpabiles qui ebrietatē induxerint nō possunt regulariter emendari durante ebrietate per penitentiam sed actus culpabiles cecitatem inducentes possunt durāte cecitate per penitentiā emendari qui si fuerint emendati p̄stabit actus sequētes per eam factos nō esse imputabiles. Ad quintam admitto casum q̄ si faciat hoc ille seruus vt faciat se impotentem ad vnum seruitiū debitum et pro tēpore pro quo ibi detinetur immineant tria aut quatuor alia seruitia ꝛ cetera sint paria dico q̄ sicut reus omnium ꝛ nouiter omittit q̄d intelligens adam ne solutio sua videatur calumpniabilis addit maxime si illo tempore nō voluntarie sed displicenter omittit quod potest intelligi dupliciter. Uno modo displicentia p̄cise cadente super omissionibus sequētibus et nō super actu culpabili per quem se impotentē fecit q̄d contingeret si ad fugiendum aliq̄d seruitiū quod nolebat facere se p̄cipitasset sperās postea extrahi et posse exhibere alia seruitia ꝛ tūc dico q̄ sic in qualibȝ omissione nouiter reus licet displicenter omittat non tamen sit tantum reus quantū fieret si continue omitteret complacenter q̛z actus culpabilis per istam displicentiam nō emendatur. Alio modo displicentia cadente super actu culpabili per quem se precipitauit ne debita seruitia redderet et tunc dico q̄ in foro conscientie nō tenetur erga deum in qualibet omissione noua obligatione q̛z actus culpabilis per quē se impotentem fecit et per penitentiam emendatus. dixi autem erga deum q̛z non obstante quacunq̄ displicentia teneretur domino ad penā temporalem et ideo adam in questione quā de hac materia facit non loquitur nisi de pena eterna et ad probationem nego consequentiam q̛z adam actum suum vt verisimiliter creditur per condignam penitentiam emendauit. Ad secundam probationem concedo añs maxime supposito q̄d aliquid ex gratia facere teneatur. si autem nichil facere teneatur hoc modo p̄ña non valeret propter falsum presuppositum vel implicationem. Ad sextam nego minorem et ad probationem dico q̄ motum extraneum a passione non posse repelli pro mensura aliqua pōt intelligi dupl'r. vno modo p̄cise q̛z mensura nō sufficit ad perceptionem illius motus ꝛ deliberationem ad eum expellendum habendā. Alio modo quia licet mensura illa sufficiat ex se tamen ratio non est potens deliberare et reprimere. Primo modo concedo primam partem assumpti. Secundo modo nego et maxime si impotentia illa proueniat ex culpa sua modo dicto aut motus etiam ille ex culpa sua excitetur vt in casu prime conclusionis et dico q̄ hec impotentia nō excusat eum ne teneatur et cum dicitur q̄ nullus obligatur ad impossibile. Dico q̄ aliquid dicitur impossibile dupliciter. Uno modo q̛z simpliciter. alio modo actu nostro iam posito. Dico q̄ licȝ nullus obligetur ad impossibile simpliciter aliquis tamen bene obligatur ad id quod est nobis factum impossibile propter actus nostros iam positos. Nam secūdum multos peccator obligatur ad penam infinitam intensiue licet nō possit eam soluere. Et similiter obligatur aliquis aliquando ad centum ꝛ impossibile esset sibi soluere decem. Similiter cōstat q̄ impotentia illa quam ex peccato originali cōtrahimus et ea que per hanc impotentiam omittimus nobis imputantur ad peccatum. Impossibile d̛r dupl'r

Cōtra tertiam p̄clonē

¶ Contra tertiam conclusionem arguitur primo sic. ebrius sine culpa sua occidens hominem quē alias nō esset occisurus plus tenetur dolere de morte hominis occisi q̄ȝ de quocunq̄ veniali sed omne pro quo ego teneor dolere ꝛ penitere magis q̄ȝ pro veniali est culpabile mortaliter ergo talis occisio est mortaliter imputabilis. Secūdo quicunq̄ ex facto suo penam aliquam legalem incurrit peccat imputabiliter sed huiusmodi ebrius ex facto suo penam aliquem legalem incurrit magis peccat imputabiliter. minor patȝ quia furiosus occidens innocentem penam legalem incurrit ergo et ebrius. Assumptum probatur per illud q̄ habetur quindecima questio i. Sicut ergo qui propter disciplinam casu homicidium facit quantū ad legem reus est: q̄ȝtum ad gratiam innocens est sic iste sacerdos qui furore homicidium fecit q̄ȝtum ad culpam innocens est q̄ȝtū ad suscepti muneris executionē reus probatur ex quo textu pȝ q̄ suspenditur talis ab executione sacerdotij suscepti. Secūdo probatur per illud q̄ habetur in

penitētiali theologali Si quis insanieno aliquē occiderit si ad sanam mentē redierit ei levior penitentia imponenda erit ergo tali imponenda est penitentia pro homicidio. Tum tercio aucto ritate Jhero. dicentis si quis non iratus sed propter disciplinā aliquem verberauerit vel palmā alicui dederit & casu occiderit sicut fieri solet quā tum ad gratiam innocens est quia voluntatē nō opus requirit quantum autem ad legem reus est quia opera lex querit Tunc quarto quia virgo oppressa in persecutiōe lege repellitur nec potest inter virgines consecrari q̄uis sit omnino innocēs secundū voluntatē ergo multo magis furiosus occidens aliquē secundū legē reus est antecedēs probatur per illud q̄ habetur ibidem si in persecutione virgo fuerit oppressa repellitur lege quia opus inspicit nō voluntatē in gratia autē quasi virgo suscipitur quia non opera q̄rit sed voluntatem. Tercio quorū facta venia donātur id est minore pena peccant īputabiliter sed ebriorū huiōi facta venia donātur .i. minore pena igitur tales peccant imputabiliter maior est certa nā factum eorum imputatur eis ad illā penā que ratione talis facti eis infligitur & minor patet p Ambro. libro de patriarchis & allegatur .xv. q. i. sane vbi de ebriis loquens ait ideo q si qui per vinū delinquerint apud sapientes iudices venia quidem facta donantur sed leuitatis dampnātur auctores vbi glosa venia id est minore pena quā si ex certa sciencia fecissent. Quarto pecus qui cū muliere coit iubetur secūdum legem puniri Et reum decernit ipsū lex ergo multo magis facta ebriorū quorūcunq̄ imputantur ad culpam antecedēs patet per illud q̄ habetur in leuitico mulier que accesserit ad omne pecus & vule ascendi ab eo interficietis mulierē & pecus morte moriatur rei enim sūt Quinto omne peccatū est ad penam īputabile sed actualium sunt peccata ergo sunt ad penā imputabilia maior patet quia omni peccato mortali debetur pena eterna & omni veniali pena temporalis sed omne peccatū est mortale aut veniale igitur omni peccato debetur pena. Sexto prima cōclusio habet expresse q̄ ebrius sine culpa sua peccat imputabiliter ergo hec tercia cōclusio que oppositū asserit est falsa. ¶ Ad primam dico q̄ duplex est dolor scz castigationis & emēdatiōis & de dolore nego maiorem quia in veniali est aliquid emendandum & castigandū in facto autem ebrii modo dicto accidente nihil est castigandum quia factū illud non est imputabile vt dictum est. Aliud est dolor compassionis quo pacienti proximo ex caritate cōpati tenemur. Et multo magis ad huc cum fuimus causa q̄ taliter pateretur & de isto cōcedo q̄ talis ebrius debet dolere de morte hominis ab eo occisi vtrum autem plus vel minus nō videtur ad propositum quia dolet ebrius de morte hominis occisi dolore compassionis dolet vero de peccato veniali dolore castigationis & emēdationis. Et ideo quantūcunq̄ primus esset maior quam secundus hoc tamen non infert q̄ sic propterea opus culpabilius & imputabilius sicut q̄z quis magis teneat dolere dolore compassionis de morte patris mei quam dolere de levi verbo do

Solutiões. Duplex dolor

lore castigatorio & emendatorio: tamen leue verbum michi imputatur ad penam & non mors patris. Ad secundam distinguo maiorem vel si incurrat penam illam legalem ex facto suo demeritorie et sic conceditur maior et negatur minor vel occasionaliter et sic negatur maior et conceditur minor factum enim illius bene est occasio q̄ infligatur ei pena legis sed non est causa demeritoria illius pene. Et ad primam probationem dico q̄ in facto sacerdotis qui per disciplinam casu accidit vnum certum est scilicet homicidiū contra legem et est vnum incertum scilicet q̄ defuerit voluntas occidendi & q̄ etiam non excesserit castigando q̄zdiu hoc secundum manet incertum videtur quo de certo agendū sit secundū legem q̄uis tamen vehementes presumptiones habeant diminuere de seueritate legis sed si postremū fiat iudicialiter certum scilicet q̄ defuerit voluntas & nulla alia causa subsit infligendi penā legis: dico q̄ non est in talē pena legis inferenda. De furioso dico q̄ de illo furioso forte ostat q̄ sine culpa sua in furiā īciderit, Dico secūdo q̄ q̄uis de hoc cōstet tamē suspendēdus est ab executiōe ordinis nō qr occidit sed quia furit Tum tercio quia occisio illa est argumentum efficax furiosum illū non posse recte adimplere ministerium susceptum nā non est verisimile q̄ is digne ī ministerio sacerdotii perseueret quem furia in homicidium agitat. Ad secundam probationem dico q̄ illud intelligendum est de eo qui ex culpa sua in furiam incidit aut qui non est certus se sine culpa sua incidisse in furiam aut de eo qui cū esset sane mentis frequenter rixando & litigando et vlciscendo peruersum habitum ad cōsimiles actus inclinantem acquisiuit. Quod si vniuersaliter de oībus intelligatur tunc dico q̄ glosa textū illū reprehendit etiam intellectum de eo qui ex culpa sua in furorem incidit qr vt dicit satis ipso furore punitur Dico p̄terea q̄ si sic vniuersaliter itelligitur nō ita ponitur penitētia profacto tanq̄z p causa demeritoria illius penē sz tanq̄z pro causa occasionali factum enī illud est causa occasionalis vt dictum est q̄ sibi penitentia imponitur leuis ne vel disciplina ecclesie delecta videatur vel propter aliam causam rationalem. Ad terciā probationē satis rīsum est. Ad quartam dico q̄ virgo in psecutione oppressa quē q̄tū exigit ratio oppressioni ītē restitit nō repellitur p hanc oppressionē tanq̄z per causam demeritoriā sed tantū per causā occasionalem qr enim constat q̄ oppressa sit & nō constat q̄ defuerit ei corrupta voluntas nec cōstat q̄ sufficienter relucta sit et dubitari potest q̄ potius permiserit se corrumpi vt bona paterna cōseruaret sibi aut vt dampna euitaret q̄z propter violentiam allatā. ideo corruptio illa occasio est q̄ nō possit consecrari. Preterea dato q̄ de integerrima voluntate eius constet sufficienter quia tamē lex non modo voluntarie sed etiam inuoluntarie corruptas repellit. ideo sine quacunq̄ culpa et sine quocunq̄ demerito repellitur a consecratione nō qr quicq̄ demeruerit sed qr per hanc violationē priuata est cōditione que ex lege inesse debet cōsecrandis & hec solutio cōformior ē sententie Wick.

Ad tertiam distinguo maiorē vel si pena ista cor
respōdeat factis tanq̄ causē demeritorie esse cō
cedo maiorem et nego minorē vniuersaliter intel
lectam qꝛ patitur instantiā de hijs qui sine culpa
sua inebriantur et in factum illud inciderūt. Si
vero pena respondeat factis tanq̄ causē occasio
nali nego maiorem et ꝯcedo minorem etiā de hijs
qui inciderunt sine culpa sua in vtrumq̄ et hoc
propter incertitudinē et dubitationē q̄ habetur
de hoc an scꝫ ī ebrietatē et in factū illō sine culpa
sua ꝑcedente inciderit sicut dictū est in prima cō
clusione de intemperatis. Ad quartā dico q̄ pecus
a lege discerni reum pōt intelligi dupl'r. Vnomō
tanq̄ dignū pena propter demeritum ipsius et
sic negatur ꝯña. Secundomō tanq̄ pena afficiē-
dum ꝑpter publicam honestatē et sic conceditur
et negatur ꝯña. et ad ꝓbationem dico q̄ lex non
vocat ibi reū qui ex demerito pena dignus est sed
reum vocat omne qꝺ vel ex demerito vel ex cau-
sa etiam rōnabili est pene obnoxium et hec est in-
tentio Aug. ibidē ita dicentis. Queritur quomō
sit reuꝫ pecus cū sit irrōnabile nec vllomō capax
legis et sequit' itē pecora inde credenduꝫ est iussa
interfici quia tali flagitio ꝯtaminata indignā refri
cant facti memoriam et ita nō qꝛ quicq̄ꝫ demeruit
pecus sed ad abolendā huius turpitudinis facti
Peccm̄ acci memoriam iubet lex pecus interfici. Ad quintaꝫ
pit dupl'r dico q̄ peccatuꝫ accipitur dupliciter. Vnomodo
pro omni actu deordinato et sic negatur maior. se
cundomō potest accipi pro omni actu deordina-
to demeritomō pene et sic conceditur maior. Et ad
minorem dico q̄ actus illorū est pctm̄ primomō
et nō secundomodo. et ad probationē maioris ne
go minorem et dico q̄ aliquis est actus deordina
tus cui nec tēporalis nec eterna pena debetur vt
actus maius factus per ignorantiaꝫ inuincibilē.
Ad sextum dico q̄ due conclusiones ille nō repu
gnant sed se admodū sub ꝯtrarietatum habēt. ideo
simul stant in veritate. Ex supradictis auctorita-
tibus arguendo ꝯtra tertium ꝯclusionē inductis
vult Adam q̄ peccata furiosorū et ebriorū impu
tentur ad penā temporalē et legis sed nō ad pe-
nam eterne visionis. mihi aūt videt' q̄ ad nullaꝫ
penā in casu tertie ꝯclusionis īputanda sunt tan
q̄ꝫ cause demeritorie licet bñ tanq̄ cause occasio
nales. stat autē aliquid esse causaꝫ occasionalem
Cōtra q̄rtā pene et tamen nō esse imputabile. ¶ Contra quar
ꝯclusiōem. tam conclusionē arguit' primo sic. apparatus. xv.
q. i. ca. merito recitat distinctionem illā de aliena
tis mente ex sua culpa et sine culpa et dicit q̄ hāc
distin. nō admitte igit'. conclusio que in hmōi di
stin. fundatur est falsa. Scdō contra dictam con
clusioneꝫ pro prima parte possunt adduci multa
capitula posita. xv. q. i. ca. sꝫ q̄ antē merito illis
relatum est firmissime tenemultipliciter aliquos
illis cauenda sunt sane. Si concupiscētia inebria
tiemne non est nec is in quibus videtur q̄ nichil
omnino īputandū est ad penā q̄ fit a furiosis vl'
ebriōs. Tertio quicunq̄ actus interiores sunt spē
similes si vnus eoruꝫ est pctm̄ et alius et si actus
exterior ab vno imperatus sit pctm̄ et actus exteri-
or alteri subordinat' sed in ebrio sine culpa et in
ebrio ex culpa possunt esse act' interioris eiusdē
rationis et speciei et talis in ebrio sine culpa nō
est peccatum ergo nec in ebrio ex culpa nec etiaꝫ
actus exterior huic īteriori subordinatus erit pec
catum. maior patꝫ quia actus interior per se et es
sentialiter est peccatum: ḡ omnis actus sibi scdm̄
speciem similis est peccatum. Quarto nolentiuꝫ
nulla sunt pctā nisi que sunt pene peccati sed hu
iusmodi facta ebriorum non sunt pena pcti ergo
non sunt peccata. aīs patꝫ per Augu. primo lib.
retractationū vsq̄ a deo peccatū voluntariuꝫ ma
lum est vt nullomō peccatum sit si nō sit volun-
tarium. Quinto nullus operans per ignorantiā
peccat sed tales per ignorantiam operantur ḡ non
peccant. maior pꝫ quia cum ignorantia nō sit
voluntariuꝫ. Sexto nullus peccat faciendo illud
propter quod cum cognoscit quale est dolet et tri
statur sed ebrius ex culpa occidens patrem cum
credit occidere hostem cum cognoscit se occidisse
patrem dolet et tristatur ergo non peccauit. ma-
ior patꝫ nullus operans inuoluntarie peccat. sed
qui post occisionem patris cognitam statim do-
let et tristatur operatur inuoluntarie et nō solum
voluntarie vt habet Aristo. in tertio ethico. ergo
talis non peccat. Septimo si talis peccat et reus
sit homicidij ante hoc est cum se iugulet et hoc
non qꝛ tunc nō occidebat ante cū occidit et hoc nō
qꝛ ignoranter et inuoluntarie operabat'. Octauo
si sic sequeret' q̄ actus malus et imputabilis ad
penā esset imperatus ab actu ꝟtuoso et laude ac ꝑ
mio digno sed ꝯñs est falsum igi' et pꝫ ꝯña quia
volo q̄ ebrius ex culpa sua habuerit cum esset sa
ne mentis actus frequētes circa occisionē hostiū
fidei pro tempore ꝑ quo licebat et virtuosum erat
eos occidere a deo q̄ ex illis actibus genitus sit
habitus virtuosus multum intensus tunc fiat iste
per culpam suam ebrius et paulopost credens se
videre inimicum fidei eliciat ex habitu virtuoso
quem habet actum volendi occidere inimicum fi
dei mediante quo operatur opus exterius et per er-
rorē cui' causa est ebrietas credens occidere ho-
stem fidei occidat patrē tunc sic actus interior est
bonus et virtuosus ergo si actus iste exterior sit
malus et imputabilis ex actu interiore bono et vir
tuoso imperabitur actus exterior malus et impu
tabilis. falsitas autem consequentis ꝓbatur quia
iste actus exterior si est malus quero aut est mal'
ex se et per se aut per alium actum non ex se quia
in actu exteriori vt supponitur non est per se ma
licia Si per alium aut per aliuꝫ malum et hoc nō
quia nullus est alius nisi ille interior qui dictus
est bonus aut per alium bonuꝫ sed hoc implicat.
implicat enī q̄ actus interior denominet' a se bo-
nus et denominet actū exteriorem malū cum etiā
quia aliquid tunc esset malum sine malicia.
¶ Ad primū dico q̄ auctoritas. Aris. et multorū Solutiōes.
aliorū auctorꝫ prepōderat auctoritati apparatus
Dico scdō q̄ apparat' ꝓbabiliter loquitur in fu
riosis et alijs quoꝝ pena culpe diuturna est et gra
uis. Dico tercio q̄ verum dicit vbi culpa emēda
ta est per penitentiam. Dico quarto q̄ verum di-
cit vbi quis operatur ignorans et non per igno-
rantiā vbi scꝫ operat' et īpulsione male passionis
aut peruersorū habituū et maxime in hijs que ali

as ipse esset facturus in hijs enim etiam ignorantia sine culpa contracta nõ excusat a peccato Ad secundam respondeo q ex superiorib⁹ patere potest quomodo huiusmodi capitula sunt exponenda. Ad terciam si maior intelligatur de peccato imputabili nego eam si autē precise de actu deordinato ad hunc partem instantiā vbi respectu vnius operantis staret preceptum z non respectu alterius sed dicit q actus nō essent omnino similes quia vnus eorū haberet circunstantiā precepti pro obiecto z non alius qd sic de hoc alio loco tractabitur si enī vnus eorū esset a deo z alius a creatura dificile euaderetur constat tamen q falsa est de actu imputabili. Ad quartam nego consequentiam quia dato q nō essent volentes tamen non sunt nolentes quod erat assumendū z si dicas q secundū Augus. ad hoc q aliquid sit peccatū exigitur q sit voluntariū ergo si non est voluntariū non est peccatū. Respōdeo q aliquid dicitur esse voluntariū dupliciter. Vnomodo in se aliomodo in causa sua dico igitur q facta ebriorum fuerunt primo voluntaria in actib⁹ illis ex quibus geniti sunt mali habitus inclinātes ad hec mala q̄ in ebrietate faciunt. Dico secundo q fuerunt voluntaria quia ignorantia que est in eis causa peccandi inducta est per actū liberū z culpabilē Ad quintam nego maiorē vt pz de ignorantia crassa z affectata in eo q̄ principia iuris scitu facilia ignorat ignorantia autē ebrij affectate est similis qz ebri⁹ mauult vino se ingurgitare ignorantiā incurrēdo quā ignorantia carere moderate bibendo. Et ad minorē dico q vniuersaliter intellecta ipsa nō est vera vt pz expresse Aris. ter. ethi. cū ait aliud aūt videt̄ propter ignorantiā operari ab eo q ignorantē facere ebrius enī vel q̄ irascitur nō videt̄ propter ignorantiā operari sed propter aliqd eorū que dicta sunt nō sciens aūt sed ignorās facit. Et ad probationē maioris dico q cū ignorātia stat voluntariū vel in se vel in causa sua. Ad sextā nego maiorē z ad probationē dico q aliqd dicitur inuoluntariū dupl'r Vno mō quia circa illud voluntas habz actualiter nolitionē. Alio mō qz circa ipsuz voluntas hz nolitionē vere vel interpretatiue ita q si cognosceret oēs circunstantiā sui actus de facto nollet primo mō carendo inuoluntariū concedo maiorē scdo mō nego sicut enī est possibile aliquid scire in particulari z ignorari in vniuersali aut scire in vniuersali z ignorare in particulari ita etiā de velle z nolle possibile est enī q per ignorantiā occidens patrē noluerit occidere patrem z tū voluit occidere hūc demōstrato eo q̄ de facto est pater ideo possibile est q inuoluntari⁹ sit circa vnam circunstantiā occisionis quā tū nescit esse circunstantiā z voluntari⁹ circa ipsā actionem qz ergo habet actio cognita scdm omnes circunstantiā displicet nobis z voluntas eius penitet ac dolet ideo dicenda est inuoluntaria saltē interpretatiue scdm illud Aris. ter. ethi. inuoluntariū aūt q triste et in penitudinē Diceret etiā q illud licet sit ē sic inuoluntariū saltē interpretatiue est tū in causa sua voluntariū. Quod si quis rigorē sermonis velit scđ ille aut concedere hz q ebrij aliquid voluntarie faciunt aut q nihil inuoluntarie per illam enī rationē eque probaretur q null⁹ ignorans aliquid operando peccaret q falsum est de ignorante ignorantia crassa z affectata Ad septimam dico q reus sit homicidij cū occidit z dico q licet tunc non agat mere voluntarie hoc tamē dependet partialiter ab aliquo quod fuit mere voluntariū scz ab ebrietate z ignorantia per ebrietatem cōtracta z ad non sic agendū tenetur z obligatur nec actio eius sic ē nō voluntaria sicut esset actio bruti sed experimur ebrios z velle z nolle et scire aliqua et inter multa discernere. Ad octauū nego consequentiā z ad probationem admitto casum vsq ibi mediante quo operet̄ exterius Dico enim q iste habet duplex iudicium vnum vniuersale inimicus siue hostis fidei est occidend⁹ aliud singulare q Aris. vocat sētiā q̄ ē cōclusio sillogismi practici iste est occidend⁹ primū est rectū secundum erroneū quia minor sillogismi per quē concluditur est falsa scilicet ille est hostis fidei Et conformiter ad hec iudicia habent duas volitiones vnam conformem primo iudicio scilicet volo occidere hostē fidei et ista ē virtuosa sed nō est imperatiua executionis eo q executio circa singularia sit secunda est viciosa quia non recta prudentia regulata scz volo occidere istum z ista est que est imperatiua executionis z ideo actus exterior imperatur imediate ab actu interiore vicioso z nō virtuoso. Sed dices volo q non erret in sententia siue in iudicio particulari dicēdo hunc esse occidendum quia pono q demonstret eum qui est vere hostis fidei z tamen in exequēdo erret z alium pro isto occidat iste actus subordinatur alicui actui interiori z non malo ergo bonus z tamē iste actus exterior est malus z deordinat⁹ igitur Ad hoc respondeo q iste exterior non est imperatus ab illo actu virtuoso imo a nullo actu interiori in tali casu est imperatus quia ex casu constat q ab illo actu interiori imperabatur vnus alius actus exterior sed bene creditur per errorem esse imperatus ab eo et ideo sicut nō est vere imperatus ab interiori virtuoso sed creditur esse imperatus ita nec est vere bonus licet credatur a faciente esse bonus.

Consequenter agendum de mansuetudine q̄ temperantie cardinalis virtutis spēs est. Et querit̄ primo vtrum mansuetudo sit virtus Arguit̄ q nō qz si sic vel esset eadem clementie vel distincta nō secundū qz nō apparet aliqua ratia distinctiua inter eas nec primū qz apud multos sumus mansueti apud quos nō sumus clementes. Notandū est circa distinctionē mansuetudinis z clementie q opinio Tho. est q clementia z mansuetudo nō sunt penitus idem qz mansuetudo proprie est circa refrenationem ire a qua quia incitat̄ ad inferendum penam alteri sed clementia proprie est circa diminutionē hmōi pene natā ita q scdm eū duo sibi sunt cōsideranda scz passio ire que est appetit⁹ quidem vltionis z vindicte z vindicta ipsa appetita siue pena aut supplicium que pena se habet vt effectus z agitis passionis mansuetudo est mo

Distinctio mansuetudinis z clemētie secundū btm̄ Tho.

deratiua passionis. Et clemẽtia est moderatiua
operationis. Et hoc declarat per simile nam per
immoderatã cupiditatem pecunie inclinat quis
ad furtum et tamen nõ est eadẽ virtus circa vtrũ
ꝙ naz liberalitas moderat cupiditatem pecunie
Improbat dictũ Tho. iusticia autez iubet abstinere a furto. ¶ Hec opi-
nio nõ michi videtur vera primo qꝛ circa actum
interiorem ⁊ exteriorem sibi subordinatum et ab
eo imperatũ non sunt ponende distincte virtutes
sed appetere vindictam et inferre penam se ha-
bent sicut actus interior ⁊ exterior ab illo interio
re imperatus nã qui efficaciter appetit vindictaz
et potest inferre infert ergo circa hec duo nõ sunt
ponende distincte virtutes. maior patz quia act⁹
interior et exterior eadem prudentia numero di-
riguntur et regulantur. Secũdo mõ si sic: sequere
tur ꝙ clemẽtia omnino superflueret sed consequẽs
est falsum igitur ⁊ patz consequentia quia vel mo
derata passione ⁊ ea ad regulam rõnis plene re-
dacta aut moderata est sufficienter operatio scilz
illatio pene aut supplicij aut non. si sic cum pri-
mum sufficienter fiat per mansuetudinem sequi-
tur ꝙ clementia omnino superfluit. Nec potest di
ci ꝙ nõ quia illatio supplicij in vltionem iniurie
vel paruipensionis qualiter solũ pertinet ad cle
mentiaz nunꝙ̃ fit nisi ex impulsu passionis ire er
go vbi hmõi passio ire est totaliter moderata ibi
non reperitur operatio eius rationi contraria.
Tertio si sic sequitur ꝙ staret aliquem esse simul
clementissimum ⁊ iracundissimum ⁊ similiter sta
ret aliquem esse mansuetissimum et esse crudelissi
mum sed hec nõ videntur possibilia nisi ponendo
ꝙ clemẽtia et mansuetudo sunt circa alias et ali-
as personas igitur et patz ꝯña volo ꝙ in aliquo
per actus clementie frequentatos gñatus sit ex-
cellentissimus habitus clementie quo quidẽ habi
tu inclinetur ad abstinendũ a penis ⁊ vltionibus
inferendum et nichilominus tamẽ nõ sit aliquis
habitus genitus repressiuus passionis scz ipsius
appetitus vindicte sed potius sit genit⁹ habitus
augmẽtatiu⁹ huius passionis tunc constat ꝙ da
bitur aliquis qui erit simul clementissimus et ira
cundissimus Similiter contrarium casum ponen
do dabitur aliquis ĩ quo erit genitus habitus ex
cellentissimus mansuetudinis in quo tamen per
continuas irrogationes penarum erit etiam ha-
bitus intensiuus crudelitatis ex hijs patet ꝙ nõ
est ponenda vna virtus circa passiones ⁊ alia cir
ca operatiões ⁊ huius opinionis est Burid. quar
to ethicorꝝ. xiiij que. ita dicens. recitata predicta
opinione ego autem puto ꝙ omnis virtus moralis
sit circa operationes exteriores sicut ex predictis
apparuit ⁊ apparebit quinto huius. Nã propter
regulares operationes oportet moderare passio
nes. non enim indigemus virtute nisi ad tollen-
dum rebellionem appetitus ad rationem vel dif
ficultatem que est in ꝯsequendo iudiciũ rationis
hec autem rebellio vel difficultas ortum non ha-
bet nisi ab obiectis circa que debemus operari se
cundum ꝙ innata sunt inferre passiones appeti-
tui inclinantes ipsum preter vel contra iudiciuz
rationis et loquor large de passionibus et appe-
titu ꝓut se extendũt ad ipsam voluntatẽ hꝫ Burl.

¶ Prima conclusio nõ differt clementia a man- Pria ꝯclo
suetudine per hoc ꝙ clementia est directiua ope-
rationum et mansuetudo est moderatiua passio-
num. ista conclusio patz rationibus supradictis.
Et cũ agetur de iusticia diffusius si opus sit pro
babitur. ¶ Secunda conclusio clementia a man Scđa ꝯclo
suetudine differt in hoc ꝙ clementia est modera-
tiua ire et punitionis superioris aduersus infert
ores mansuetudo autem moderatiua est eorũdem
dem vniuersaliter apud omnes. Ista conclusio et
differentia videt esse posita a Seneca et allegat
eius auctoritatez beatus Thomas vbi agit de cle
mentia vbi dicit Seneca ꝙ clementia est lenitas
superioris aduersus inferiorem. mansuetudo au-
tem est nõ solum superioris ad inferiorem sed cu
iuslibet ad quemlibet. Aduerte tamen ꝙ a Sene
ca clementia diffinitur multipliciter. Primo sic.
Clementia est temperantia anime in potestate vl
ciscendi. Secũdo sic. est lenitas superioris aduer
sus inferiorem Tercio sic. est inclinatio animi ad
lenitudinem in pena exigenda. Et statim subiun
git id quod videtur esse fundamentum in omni-
bus istis diffinitionibus. di. at. qui omnes intelli-
gunt clementiaz esse que se flectit aduersus id qđ
merito constitui posset hoc est tunc solum clemẽ-
tia dicenda est cum aliquid remittitur de pena iu
ste debita rõne offense. Et ideo cõformiter adhuc
sic exponitur prima diffinitio. clementia est tem-
perantia animi in potestate vlciscẽdi id est in po
testate habentis tam de iure ꝙ̃ de facto inferen-
di penam pro iniuria debita. Qui enim in tali
pena temperatum se gerit et minus pene exigit
ꝙ̃ secundum ordinem iusticie fuerat debituz hoc
tamen facit conformiter ad rectã rationẽ dictan
tem honestum et bonum esse diminuere penam:
talis dicitur clemens ⁊ iste sensus a parte expli-
catur per secundam diffinitionem ⁊ per terciam
similiter cum proprie non sit exigenda pena nisi
ex superiore ⁊ propter offensam siue delictũ pena
enim per comparationem ad delictum dicitur.
Ex istis apparet quod propriũ opus clemẽtie nõ
consistit in hoc ꝙ est nõ punire plusꝙ̃ oportet vel
non excedere modũ quem exigit rigor iusticie in
puniendo: sed cõsistit in hoc ꝙ est punire citra de
bitum iusticie cũm id faciendum hortatur ratio.
Ex quo patet ꝙ clemẽtie opus non exercetur nisi
a superiore ad inferiorem ei scilicet qui est custos iusti et
equi quid autem sit mansuetudo petetur postea.
¶ Tercia conclusio non omnis datio venie qua Tercia ꝯclo
scilicet superior absoluit inferiorem a pena debi-
ta secundũ leges pro delicto est clemẽtia Patet
nõ omnis talis est conformis recte rationi ergo
non omnis talis est clementia ãñs patet. tum pri
mo quia interduz ex datione venie ille cui remit-
titur offensa efficitur deterior ⁊ ad peccandũ prõ
prior interdum vero res publica grauia detrimẽ
ta patitur ꝓpter dationem venie interdum vero
datur venia in offensa aliena et remittitur satisfa
ctio debita parti quod ad iniusticiaz pertinet qđ
reprobans Seneca dicit ꝙ in iniurijs alienis fa
cile indulgemus in nostris sumus implacabiles
Hoc mõ enim faciendo et absoluendo vnum a pe
na alter efficitur pena ⁊ iniuria. Secundo datio

venie facta ab illo superiore in cui⁹ potestate nō sunt leges constitute sed sibi competit tantū agere secundum leges sibi traditas nō est clementia quia non est facta ab eo qui potestatē habent absoluendi eeuz ab obligatione legis igit̄. Tertio quia datio venie facta a principe habēte potestatem diminuendi vel auferendi penam institutā a lege pro illa portione q̄ sibi competit non tanq̄ȝ principi ꝛ iuris ac legū custodi sed tanq̄ȝ persone particulariter lese et offense non est clemētia sed magis est mansuetudinis opus quia talis datio venie non fit a superiori secundum ꝙ superior sed fit potius a superiori secundū ꝙ est pars particulariter lesa. Quarta pclo ¶ Quarta conclusio datio venie siue remissio pene a superiore potestatem habente secundū ꝙ est auctor legum ꝛ iuris ac equi conseruator conformiter ad dictamen recte rationis facta est opus clementie stricte accepte Pro ista conclusione est aduertendum ꝙ omnis qui cōmittit causam in proximū quod secundum legem est puniendū duplici tenet̄ pena vna quidē ad proximū cui nocumentū intulit p quā sicut lucruȝ ꝛ dāpnū ex parte personarū ledentes et lese reducantur ad equalitatem sic scilicet ꝙ quantū persona ledens accepit de lucro per suppliciuȝ penaȝ multam aut emendam ipsa accipiat de dāpno ꝛ quātum persona lesa accepit de dampno tantum accipiat per condignam satisfationem ledentis de lucro ꝛ respectu istius pene non consistit clementia. alia vero ad custodem legis qui offensus est per huiusmodi legis transgressionem ꝛ hec pena a criminosis solet etiam repeti ꝛ proprie clementia est in remissione totali vel partiali huiusmodi pene ꝛ est opus clementie cum hec remissio fit cōformiter ad dictamen recte rationis. Contingit tamen aliquando ꝙ in iniuria facta contra principem princeps gerit vicem duarū personarum ꝛ debetur pena duplex vna debetur sibi tanq̄ȝ persone particulariter lese altera tanquam custodi iuris leso et offenso ꝛ in tali casu locum habet in eadem persona distinctio mansuetudinis a clementia aliquando vero non sic distinguuntur pene portiones nec in principe leso sic due rationes offense distinguuntur ꝛ tunc remissio pene in tali casu totaliter pertinet ad clementiaȝ. dixi autem stricte accepta quia propter vnitatem persone et immanifestam distinctionem harū portionuȝ pene contingit aliquādo ꝙ nomine clementie verā ꝙ remissionem pene significamus. Et si obiicias per illud therentij q̄ȝ iusta ꝛ clemēs tua mihi fuerit seruitus scias vbi non videtur accipere clementiam mō supra dicto sed pro beneficentia quadā. Respondeo ꝙ auctores non semper vtuntur vocibus in sua stricta significatione acceptis sed interdum earum significationem extendunt interduȝ vtunt̄ eis transūptiue ꝛ figuraliter acceptis ꝛ inde nascunt̄ varij colores verborū dico tamen ꝙ in illo loco therē. potest nomē clementie stricte accipi pater enim familias est velut princeps cōmunitatis iconomice siue domestice ꝛ ad eum pertinet cōdonatio erratorū iconomicā cōmunitatem tanq̄ȝ augentium ꝛ ideo dici pōt fuisse clemens seruo eā negligenti aut offendenti seruo veniā dedit et penā aut supplicium inde debitum remisit.

¶ Quinta cōclusio mansuetudo est medietas laudabilis circa iras q̄ secundum ꝙ ratio dicit vel irascimur vel iram dessinimus. Ista conclusio est Aris. quarto ethicorum qui dicit hoc concedere quia medietas circa iras est innominata ꝛ ob hoc ferimus nomē mansuetudinis ad huiusmodi mediū quod accidit ad effectū circa iras quod extremū est innominatū mansuetudo autem inquit est quedā medietas circa iras innominato atꝫ existēte medio fere atꝫ extremis ad mediū mansuetudinē ferimus ad effectū declinantē innominatuȝ existentē vbi videtur significare Ari. ꝙ nomē mansuetudinis īpositū est primo ad significanduȝ defectū circa iras puta omnē distinctionē ire ꝛ postea transsumptū ad significandū medietateȝ circa iras que est distinctio siue moderatio ire conformiter ad rectā rationē huiusmodi autē defectum nunc dicit innominatum quia nomen mansuetudinis quod ante huiusmodi translationem ꝛ attributionē erat propriū defectui ire per huiusmodi translationem est sibi ꝛ medietati circa iras cōmune aut sic facta est translatio ꝙ huiusmodi defectus desinit appellari nomine mansuetudinis quo nomine appellata est solum illa medietas. ꝙ autem sit medietas laudabilis probatur ratione eiusdem Aris. omnis habitus quo quis irascitur vbi quando quibus et pro quibus et q̄ȝtum ꝛ secundum ꝙ oportet est medietas laudabilis sed mansuetudo est huiusmodi igitur minor patet quia ille dicitur mansuetus qui per habitum mansuetudinis quem habet vult ꝛ cupit esse quietus nec duci a passione ire sed in quibus et quantuȝ ꝛ quō mō ratio precipit irasci vult enī inquit Aris. mansuetus imperturbatus esse ꝛ non duci a passione sed secundum ꝙ ratio ordinabit in et in hijs ꝛ in tantum tempus irasci. Subiungit ꝙ mansuetus magis videtur peccare ad defectum quia non est punitiuus sed magis cōdonatiuus .i. remissiuus iniurie quod exponi potest dupliciter. vno modo de mansueto secundum primam īpositionem nominis secundum quaȝ dictum est ꝙ mansuetudo significat defectum in ira si autem intelligas de mansueto virtuoso qui secundum rei veritateȝ nō peccat tunc intellige sic mansuetus videt̄ idē p paeȝ secundum opinionem multorum magis peccare ad defectuȝ vel deficiendo in punitione quia enim frequenter condonat iniuriam ideo multis videtur ꝙ peccet secundum defectuȝ q̄ȝ tamē nō est veruȝ. aliter sic mansuetus videtur peccare secundum defectum quia si mansuetus aliquando rationabiliter dubitet an offensa punienda sit an condonanda et sint pro vtraꝗ parte eque fortes rationes magis declinabit in illo casu dubitantis ad condonandum q̄ȝ ad puniendum. Sexta pclo ¶ Sexta conclusio contingit aliquando in ira deficere vituperabiliter probat̄ quicunꝗ ita deficit in ira vt videat̄ stupidus et insipiens nec sentiens dāpna sibi illata nec propter hoc dolens et tristatus ille vituperabiliter deficit in ira sed contingit aliquando nos ita deficere in ira vt videamur esse tales ergo cōtingit aliquando in ira deficere. Secūdo quicunꝗ ita deficit in ira vt non resistat nocē-

tibus perferat iniuriantem et familiares suos de-
spiciat et negligat ex hoc vult⁹ boni honesti gra
tia ille vituperabiliter deficit in ira sed contingit
aliquando ita deficere in ira vt nullius boni ho-
nesti gratia nō resistam⁹ nocētibus perferamus
iniuriantis et familiares nostros despiciamus ac
negligamus igitur contingit vituperabiliter in
ira deficere. Tertio probatur conclusio per illud
Crisosto. super Math. qui cū causa iratus nō irasci
tur peccat patientia enim irrationabilis vicia se-
minat: negligentiaꝫ nutrit et nō solum malos sed
etiam bonos inuitat ad malum. Quarto per il-
lud eiusdem iracundia que cum causa est non est

Cōtra sextā ↄclusionem. iracundia sed iudicium. ¶ Cōtra sextam conclu
sionem arguitur sic. nichil est viciū per qđ homo
deo assimulatur sꝫ per esse omnino sine ira homo
deo assimulatur igitur. non est vitiosuꝫ omnino ira
carere. Secundo ira ad nihil est vtilis ergo defe-
ctus eius nō est viciosus q̄ āñs est Sene. lib. de ira.
Tertio malum hominis est preter rōnem esse sed
substracta omni ira ab homine adhuc remanet
secundum rōnem esse cum adhuc remaneat inte-
grum iudicium rationis igitur. Quarto ꝙ licet age
re ex passione est vituperabile sed agere ex ira est
agere in cōmotione passionis cum ira sit passionis
cōmotio igitur. Quinto carere omni motu appe
titus sensitiui et omni corporali transmutatione
non est vicium sed ira est motus appetitus sensi-
tiui cū transmutatione corporali ꝙ omnino care-
re ira non est vicium aūcedēs p꜖ quia secundum
stoicos in hoc consistebat summa anime quies.

Solutiōes. Ad primam nego minorem quia talis nō punit
nec castigat ex iudicio sicut deus. Ad secundā ne
go aūcedens, vtilis est enim ad hoc ꝙ hō prom-
ptius exequatur id quod recta ratio dictat imo
ira moderata est ipsemet actus virtutis mansue-
tudinis. Ad tertiā nego minorem in casu in quo
secundū iudicium rationis castiganda est iniqui-
tas. Et ad probationem dico ꝙ in tali casu vel iu
dicium rōnis non manet integrū vel ei nō obtem
peratur sicut obtēperandū est. Ad quartaꝫ nego
maiorē est enī agere aliqđ ex passiōe moderata et
illud non est vituperabile. et ad minorem respon
dendum est ꝙ ira secundum Tho. aliquando ac
cipitur pro motu voluntatis et tunc secundū eum
agere ex ira nō est agere ex passione sed ex iudicio
Aliomō accipitur ira pro motu appetitus sensi-
tiui et tunc secundum eum agere ex ira est agere
ex passione. Ad quintam nego maiorem in casu
quia in casu hmōi carentia huiusmodi motus in-
fert carentiam vel debilitatē boni motus in vo-
luntate qꝛ motus in appetitu sensitiuo naturali-
ter sequitur ad motum simplicem voluntatis ni-
si sit aliquid repugnans vel impediens

Septima conclusio. ¶ Septima conclusio. nō solum in bello sed etiā
in alijs iniurijs et paruipensionibus ira virtuose
assumi potest. probatur si ira non posset virtuose
assumi hoc ideo esset aut propter tristiciam quam
importat aut propter appetitum vindicte nō pro
pter tristiciam qꝛ virtuosum est tristari de malis
et paruipensionibus et iniurijs deo aut nobis aut
nostris illatis cum virtuosum sit ea nolle euenire
Et postꝙꝫ euenerint nō placere eorum euentum
nec propter appetitum vindicte quod patet. Tū
per illud vindica domine sanguinem sanctorum
qui effusus est in terra. Tum per illud michi vin
dictā et ego retribuam. Tum tertio qꝛ omnis ira-
tus potest iuste et rationabiliter desiderare ꝙ in-
iuria illata a malis et iniustis reparet et emende
tur et de ea digne satisfiat et ad equalitatem iusti
tie reducatur igitur tam ex pte tristitie q̄ꝫ ex par
te vindicte ira potest vtiliter assumi mihi autem
videtur ꝙ multi antiqui negantes irasci esse lici-
tum decepti sunt ex significatione termini. putā
enim ꝙ in diffinitione ire vindicta accipiatur di-
stincte a castigatione emendatione aut satisfactio
ne quod nō est veruꝫ sed accipitur cōmuniter ad
vindictam stricte acceptam et ad emendationem
et ideo qui appetit reparationeꝫ pro iniuria quo
cunqꝫ modo licito vel illicito ille peccat. qui autē
appetit eo modo quo recta ratio dictat appeten-
dum ille virtuose irascitur nec peccat. possent ad
huc adduci rationes Aristotelis facte ad precedē
tem conclusionem que cōcludunt ꝙ contingit de-
ficere in ira viciose non solum in bello sed etiaꝫ ex
tra bellum. Secundo omne quod potest virtute
regi potest vtiliter assumi sed ira et furor possunt
virtute regi nō solum in bello sed etiam extra bel
lum igitur maior patet quia quicquid est rectum
gubernatum et directum virtute illud est lauda-
bile. minor patet per illud homeri ꝙ allegat Ari
stote. tertio ethicorum virtutem immite furori.
nā stulte etiā deprecaretur virtutē immitti furori ni
si furor virtute regi posset qua ratione autem po-
test furor regi virtute in bello eadem ratione et in
ceteris rebus in quib⁹ paruipensio et iniuria emē
danda est. Tertio omne quod erigit cōcitat et im-
pellit virtuosum ad exercitium et executionē ope
ris virtutis potest vtiliter assumi et hoc maxime si
nulla in eo sit ratio culpe sed ira est huiusmodi igi
tur minor patet per illud homeri et virtutem per
furorē erige ratio enim aliquando dictat esse ali-
quid faciendum vel impediendum sed interdum
vel per timorem vel per desidiam aut alia ex cau
sa torpemus in executione operis virtuosi si autē
accesserit ira per quam et tristamur de iniuria et
eam emendari volumus erigitur et concitatur vir
tus nostra et prompto animo ferimur in id quod
a ratione dictatum fuerat. Quod si accipiatur ira
pro alteratione ipsa corporea aut pro signis ali-
quibus corporeis puta pro ebulitione sanguinis
secundum illud Homeri et ebuliuit sanguis aut
pro emissione spume per nares secundū illud eius
dem et austeram per singulas nares virtutē mō-
strauit tunc dico ad huc ꝙ hec omnia possunt vir
tuose assumi sed cum assumuntur prouidendum
est ne per hec excedamus deliberationem ratio-
nis sed aptemus ea ad executionem eorum tantū
que per rationem dictata sunt per hec enim fit vt
labor operis non sit nobis tam molestus nec taꝫ
sensibilis per hec excutitur torpor excutitur timor
et vis quedam ac promptitudo ad exequendum
quod dictatum tribuitur verbi gratia aliquis est
est naturaliter timidus est tamen prudens etiam
in rebus bellicis et bene scit deliberare quādo quo
modo vbi et qualiter hostes inuadendi sunt et per

rendaest ergo iniquitas et nõ homo ipse est a zelante persequendus. ¶ Septima pclusio. ad verum zelum nõ sufficit veritas sed exigitur veritatis cognitio certa et hoc intelligo de certitudine non summa simpliciter neq̃ summa naturaliter: sed de certitudine morali ⁊ intelligo etiaz de zelo quo ad opus persecutionis et punitionis actualis nam sicut officium iudicis aliqñ est inquirere: aliquando sententiam ferre ita et zelantis: aliqñ est inquisitio aliquãdo vero premissa inquisitiõe persecutio et emendatio iniquitatis. Dico ĝ q̃ qd ad secundum zelus nõ solum debet initi veritati immo etiã certitudini. probatur psecutio zelantis nõ minus certitudinem cognitionis exigit q̃z iudicium iudicantis: sed iudiciũ indicantis certitudinem exigit cum nõ liceat per solas coniecturas et suspitiones ferre sententiam ⁊ in hoc concordant vna voce omnes auctores igiť. maior pz quia persecutio zelantis nõ est actio inquisitiua sicut esset forte patrocinium aduocati aut accusatio sed est actio inflictiua pene que si male infligitur constat q̃ per eam nocens temerarie damnatur imo vt plurimum opus zeli est opus eius cui cõmissa est auctoritas iusticie qui etiam puniciones infert exequendo auctoritatẽ iusticie sibi commissam. Dico etiã cum hoc q̃ in alijs qui vel consulendo vel aliomõ adiuuando zelant debet esse certitudo ⁊ sunt rei omnium penarũ illatarum si nõ sunt sufficienter certi de omnibus que ad executionem zeli videntur requisita. Hanc cõclusionem de certitudine veritatis innuisse videť apostolus ad Roñ. x. eam reprehendit eos qui emulationẽ siue zelum habebant sed nõ secunduz scientiam. scientia enim certitudinem cognitionis importat. ¶ Octaua conclusio. zelus debet habere constantiam. per constantiam autẽ hec intelligo consonãtia voluntatis ad rõnem rectam ⁊ executionis ad voluntatem ita q̃ primo ratio recte dicteť de eo qđ deliberatur esse psequendum secundum omnem eius circumstantiã. Secũdo q̃ voluntas conformiter velit Tertio q̃ rationi recte ⁊ volitioni sit executio conformis: patz q: si incõstantes essemus in executiõe potius prebberemus iter iniquitatibus q̃z clauderemus. et per hmõi incõstantiam deturparemus ciuitatem dei potius q̃z mundaremus. ¶ Nona cõclusio verus zelus magnanimitatem sibi exigit ⁊ mansuetudinem. probatur q: opus zeli est frequenter arduum plenuz laboribus ⁊ periculorum sed inter hec non durat animas sine magnanimitate. Non ẽm sine magna magnanimitate phinees iudeum cum muliere madianita contra legez concubentem occidit vt habetur Nume. xx. quinto. neq̃ Mathathias Machabeus iudeum sacrificantem interemit vt habetur primo Machabeorum ⁊ ob hoc Psalmista in persona xp̃i cõqueritur se. propter zelũ domus dei comesum idest euectuz opprobrijs ⁊ iniurijs varijs affectum et Augustinus sup illo tabescere me fecit zelus tuus quoniam inquit. zelabat eos tam vehementer ⁊ ardenter vt corde tabefactum se diceret illi autez ob hoc in ipsum inimicitias exercebant. De mãsuetudine patz q: aliquando contingit q̃ cõdonata iniquitas per veniam magis extirpatur q̃z punita sed condonatio iniquitatis debite immo etiã interdum vindicatio ipsa vt dictum est pertinet ad mãsuetudinẽ igitur. Confirmatur per hoc q: in predictum est q̃ ira et vindicatio que sunt in zelo ad mansuetudinem pertinent. ¶ Decima cõclusio. zelus hũanitatem/facultatem/et discretionem exigit. probatur per humanitatem fit vt disperdẽdo iniquitates homines q̃ztum fieri põt saluet ⁊ minus supplicij q̃z fieri possit secundũ rõnem rectam inferat per facultatem vim intelligo et potestatem castigandi et emendandi sine qua zelans frustra nititur ⁊ homines ad studium iniquitatis incendit. per facultatem etiam intelligo vim illam scientie per quã zelans monstrare potest de iniquitate q̃ est iniquitas ⁊ generaliter prauitatẽ omnium eorum ostendere per que domus dei deturpať. nõ est enim quis dignus zelare nisi vtraq̃ potestate prestet ⁊ ideo sicut de iudice ita de zelante dictuz est noli fieri iudex nisi virtute valens disrumpere omnes iniquitates. per discretionem autem non intelligo vim illam qua vitia ab inutilibus ãd perniciosa a bonis vel honesta ab inhonestis secernunť hec enim vis magis ad veritatem pertinet sed discretio magis attendiť secundũ particulares circunstantias executionem respicientes vt puta posito q̃ constet hoc esse iniquitatem deturpantem domum dei tamen verũ expediat nũc corrigere vł expectare oportunius tempus discretionis esse videtur etiã vtrum melius extirpabiť hoc mõ vel illo discretionis est. Ex quibus pz q̃ zelus verus et bonus debet esse his omnibus comitibus cõinnexus veritati/certitudini [quas duas ego possum nomine scientie comprehendere] constantie/magnanimitati/humanitati/facultati/discretioni ¶ Undecima pclusio. aberrans zelus cum pertinacia est multo periculosior q̃z zelus cum inconstantia. Probať ille in quo est inconstantia executionis scandala tantum tollere que sustinet qui vero errat et est in exequendo pertinax ille scandala in religionez infert ac ingerit sed multo deterius est ingerere scandala q̃z tollere igiť. Secũdo melius est ceteris paribus nocẽtem impunitũ relinquere q̃z pena afficere innocẽtem sed per ptinatiam zeli aberrantis pena afficiuntur innocentes per incõstantiam vero zeli nocens impunitus relinquitur igiť. Duodecima cõclusio verus zelus est in ecclesia dei ⁊ generaliter in omni policia ad integritatem legis seruandaz et decorem domus dei amplificandum efficacissimus. probatur amor domus dei tantus q̃ ppter eum quis contempnat iniurias/opprobria/dampna/⁊ omnes alias psecutiones recta rõne ⁊ discretionis norma regulatus est efficacissimus ad seruandũ et pcurandum integritatem ⁊ decorez domus dei sed verus zelus est hmõi vt satis ex dictis patz igiť Secundo pbo de zelo quem habuit phinees cum iudeum ⁊ madianitam mulierez occidit. hoc enim zelo finem imposuit interdicte consuetudini ⁊ luxurie que prohibita erat per legem dei. Tertio probať de zelo vero quez quis cõtra hereticos suscipit si omnes virtutes quas superadiximus comites habeat fidei integritatem ⁊

Septima conclusio.

Octaua cõclusio

Nona zelo

Decĩa zelo

Undecima conclusio

Duodecĩa conclusio

diuine sapientie auctoritatem sanam conseruabit. Maxime dicit Ambrosius super illud tabescere me fecit zelus meus. Hereticorum perfidia velut meretrix feralis per multos populos irrepit et publico funere totum populum mulctat quemadmodum et illa madianita meretrix. zelus igitur ille est non solum laudabilis sed etiam ad tuendam fidem efficacissimus quo gladius verbi dei aduersus hanc perfidiam accipitur vulua quoque impietatis percutitur ne partus formetur infelix ne adulterina conceptio diffundat seminarium preuaricationis et sceleris hec fere ambro. quia in re maxime cauendum esset verus et discretus sit zelus quia aliud dum adulterinam conceptionem interimere conabimur concipiemus eam et fouebimus hoc est dum credemus hereses extirpare hereses faciemus secundum quod Gregorius in registro quosdam reprehendit qui quendam velut hereticum et doctrinam eius tanquam perniciosam dampnauerant. Hoc enim [inquit] non est hereses tollere sed facere. Quarto probatur de zelo quem habuit mathathias contra sacrilegia anthiochi quo totam plebem iudaicam per tiranni sacrilegia declinare incipientem contra huiusmodi sacrilegia excitauit. Quinto virtus illa quam quis habens putat omnes sibi esse inimicos qui sunt hostes dei est ad integritatem legis seruandam efficacissima. Sed vt vult ambrosius loco iam allegato est aliquis zelus quem qui habent putant omnes esse sibi inimicos qui sunt hostes dei igitur. Maior patet quia non videtur esse aliquid efficacius ad seruandum integritatem legis dei quam in hostes huiusmodi legis discreta et magnanima hostilitas. Sexto virtus illa qua vendicatur ihrlm mistica in libertatem suam/ ecclesia congregatur/ fides acquiritur/ et pudicitia possidetur est ad integritatem legis et decorem domus dei efficacissima. Sed vt vult Ambrosius loco supra memorato. Zelo vendicatur therusalem zelo ecclesia congregatur/ zelo fides acquiritur/ zelo pudicitia possidetur. igitur.

Decimatercia zelo.

¶ Decimatercia conclusio zelantis opus multum magni meriti est apud deum et sibi multum acceptum. Probatur Nam per zelum phinees indignatio domini in populum mitigata est. Quis tamen pena tendebat in omnes vt dicit Ambrosius et per quam iam iacebant. xxiiij. milia populorum. Per quem etiam zelum phinees sacerdotium in sempiternum consecutus est. Hic zelus phinees eius quoque retributio commemoratur a propheta dauid. Cum ait et stetit phinees et placauit et cessauit cessatio et reputatum est ei ad iusticiam in generatione et generationem vsque in sempiternum. Historia habetur in numeris. xxv. ca. Secundo potest probari specialiter de zelo catholicorum contra hereticos Tercio probatur quia secundum Ambro. vbi supra populus gentium zelo fidei acquisiuit sibi vitam eternam quam populus iudeorum negligentia ac desidia amisit secundum illud zelus apprehendit populum ineruditum. Quia cum populus qui erat inerudiens in lege nullum fidei habebat ardorem contulit se zelus ad gentes cuius donata est gratia vt electionis prerogatiuam vinceret et eruditionis industriam et populum ineruditum faceret meliorem. Per hunc enim zelum vt ait facta est in populo nationum vt hereditatem domini mereretur et dominus ex his ecclesiam sibi copularet. Quarto probatur per hoc quod dominus vehementer obiurgat prelatos ecclesie zelo carentes. In apocalipsi enim tercio ait angelo laodicie ecclesie. Scio opera tua quia neque frigidus es neque calidus vtinam frigidus esses vel calidus etc. Et sunt post dicis quod diues sum et ditatus et nullius egeo et nescis quia tu miser et miserabilis et mendicus et nudus et cecus. Quinto probatur opus arduum et difficile ex feruenti amore dei procedens et ad magnam vtilitatem ecclesie dei et legis eius immediate ordinatum est deo multum carum et acceptum sed zelus est huiusmodi vt ex supradictis patet igitur.

Decimaquarta conclusio.

¶ Decima quarta conclusio zelus domini dei non ex nostris viribus sed ex diuino munere expectandus est. Probatur primo per illud Ambrosii zelus gratia dei est qui exquirit qui supernenit qui se iustorum infundit pectoribus gratia dei scilicet quia gratia data que exquirit. i. qua dolemus quia tristamur cum videmus legem dei malorum iniquitatibus oppugnari Ubi enim habemus tabescere me fecit zelus meus hec alia translatio quam exponit Ambrosius Exquisiuit me zelus domus tue. Exponit autem Augustinus tabescere. i. dolere vel anxiari cum ait de viro iusto. Non ingratus enim gratie dei per quam fuerat ex inimico reconciliatus deo etiam ipse suos diligebat inimicos et eos zelabat deo dolens et tabescens quod essent verborum eius obligati Exquirit ergo nos cum nos dolere facit et tristari propter iniquitates quas in domo dei videmus superuenit cum nos desiderare facit earum emendationem et castigationem et se iustorum infundit pectoribus cum executionem huius sancti desiderii actualiter impetrat. Hec enim tria per ordinem se habent. Primum enim dolendum est nobis ob neglectam et spretam legem. Secundo desiderare debemus persecutionem iniquitatum decorem domus dei perturbantium. Et finaliter matura deliberatione de castiganda iniquitate et diligenter circunspectis omnibus executionem imperare debemus non obstantibus laboribus et periculis. Primum per exquirere significatum est. Secundum per superuenire. Tertium per infundi pectoribus nostris tunc enim descendisse dicitur zelus in pectus cum celeto timore mundano officium eius discrete et magnanimiter exequimur. Secundo probatur conclusio virtus que est vita dei et per quam quis viuificatur in christo est ex munere diuino. Sed zelus est vt vult Ambrosius est vita dei qua quis sibi ipsi viuere desinit vt christo viuat zelando eius legem. Zelans enim decorem domus dei non sibi ipsi zelat sed deo zelat vt vult Augus. Et propter hoc dicit ipse nihil differt in sententia si legatur tabescere me fecit zelus tuus aut tabescere me fecit zelus meus. nam zelus meus est zelus quo zelo et zelus tuus est zelus quo tibi zelo. Quod significauit vt dicit apostolus cum ait emulor vos dei emulatione zelo dei secundum apostolum etiam zelant: non qui suas iusticias sed qui iusticias dei zelant et ideo non zelo dei zelant qui cum hereses se persequi simulant doctrinas suas et traditiones et opiniones et diuulgare et in precio haberi laborant cupiditate glorie

non zelo veritatis fucensi. in his/o em nō est idem zelus eorū ⁊ dei neqȝ possunt deo dicere. tabescere me fecit zelus tuus. nō etiam possunt dicere cum Aposto. Emulor vos dei emulatione qḋ cum turpe sit ⁊ periculosum in omnibus: est tamen in sacrarum litterarū doctoribus turpissimum ⁊ periculosissimum. Sicut em̄ sponsus zelat sibi sponsam suā ⁊ amicus sponsi eandeȝ zelat sponso suo nō sibi ita xp̄s zelat sibiipsi ecclesiaȝ que est sponsa eius nos autē tanqȝ amici vel serui xp̄i sponsi debemus christo zelare ecclesiam suam legē eius et mandata ⁊ nō traditiones nostras pro quibus non est zelandū inquantuȝ nostre sunt. Sed vt eas comprobemus ⁊ manifestas faciamus insudandum. Tercio probat conclusio per illud Apocal. tertio. consulo tibi ꝙ emas a me aurum vbi secundum Ambro. per aurum intelligit dei zelus qui est fidei vapar feruor deuotionis qui nos velut si auem cibum in xp̄o remollit et format. Sed hec omnia sūt ex munere diuino qḋ patȝ per hoc statim Ambro. subiungit nobis magna gratia est si nos dn̄s in suo are constituat ⁊ quasdam meritorum nostrorum epuletur dapes si nostri cibi suauitatibus delectet. nam beatus queȝ sapientia deuorauerit: virtus exhauserit: iusticia receperit. qȝ in eo culpa portionem habere nō potest queȝ absorbuerit remissio peccatorū. Constat autē ꝙ hec omnia que vel antecedūt vel sequitur zelum ex munere dei sunt. Ego aūt intelligo zelum ex munere esse non qȝ semper sit virtus infusa. pōt enīȝ zelus ex actibus frequēter elicitis gn̄ari sed quia ad hoc ꝙ ipsum habeamus oportet vel ꝙ infundatur nobis vel ꝙ speciali concursu nobiscum deus ad actus quibus generandus est cōcurrat nō qȝ non cōcurrat spāliter ad ceteros actus bonos sed per appropriationem quandā qȝ ad hunc habendum magis indigemus auxilio diuino ꝑpter difficultatem eius. Difficultatem autē hanc significat Ambrosius cum ait. beatum illum esse qui scit zelare inimicos dei. inimici enim dei sunt zelandi: sed in eis zelandis est quedam mensura et disciplina hoc est quedaȝ mediocritas inter excessum ⁊ defectum igit. antecedens probatur qȝ inimici dei salutem propriam deserunt ⁊ errores sibi fraude asciscunt. Tuȝ secundo qȝ secundū prophe. tales obliti sunt verborum dei. De zelo autē animarum dicit Ambrosius ꝙ est multum laudabilis qȝ per eum fit vt mens nostra non sit domus negotiationis cum scȝ non inhiamus emolumētis pecunie. fit etiā vt nō sit spelūca latronū cum non inuadimus alienas possessiones et ita per talem zeluȝ a domo deiicimus fures: dire prores: et caupones. vt mundum sit cor nostrum.

ℭ De viciis mansuetudini oppositis.

Dicendum est consequenter de vitiis mansuetudini opppositis et primo de iracundia et irascibilitate. Et primo querit vtrum iracundia sit peccatum mortale. Arguitur ꝙ sic per illud Job. v. Virum stultuȝ occidit iracundia sed quicquid interficit spiritualiter est peccatum mortale ergo omnis iracundia est peccatum mortale. In oppositum est glosa super illud Psal. Irascimini ⁊ nolite peccare. venialis inquit est ira que nō perducitur ad effectuȝ ℭ Notandū ꝙ iracundia nominat excessum ire: hic autem excessus fit per hoc ꝙ in ira peruertitur ordo rōnis. Peruertitur autē ordo rationis in appetitu vindicte multipliciter Peruertit̄ ordo rōis in appetitu vindicte multi
Vno modo cum appetit vindicta de re de qua nō est appetenda vindicta vt puta cū appetitur vindicta de opere virtutis sicut iudei de operib⁹ virtuosis xp̄i vindictam appetebant ⁊ de hoc modo vindicte dicit Quintilianus in declamatiōe pro milite mariano et licȝ reos sit impunitum virtus suā plures tamen imitabunt tribunum qȝ militem. Secundo cōtingit appetere vindictam cōtra ordinem rationis ratione circumstantie persone qȝ licet factum sit punibile: tamen punitio nō est appetenda a tali persona vt nō est appetenda filio vindicta de offensa paterna. Tertio ratione finis vt cum nō propter illud propter qḋ appetenda est vindicta appetitur vt si appetat vindicta ad vindictam nō ad emendationem ⁊ castigationem. Quarto quia nō eo modo appetitur quo appetenda est vel est appetenda sit auctoritate iusticie ⁊ ab eo cui commissi est talis auctoritas ⁊ tamen quis velit a se ipso vindictam fieri vt cum percussus percutit. Quinto modo cum exceditur in ira aut secundum appetitum vindicte maioris aut secundum excessum tristicie ex paruipensione contingentis. interdum enim appetitur maior pena qȝ debita sit interdum vero nō appetitur maior vindicta sed iratus pre nimia tristicia tabescit ⁊ anxiatur totus in seipso. Potest etiam fieri excessus secundum circunstantias loci et temporis. certis enim temporibus puta tempore passionis christi aut alicuius magne solempnitatis non prestare veniam petentibus et hoc cum venia sine detrimento magno dari potest est esse immoderatus in ira. Ita dici potest de loco superabundantiam ira secundum omnes predictas circunstantias fieri apparet ex Aristo. iiij. ethi. cum ait superabundantia inquit secunduȝ omnia fit et quibus oportet ⁊ in quibus nō oportet: et magis qȝ oportet et velotius ⁊ pluri tēpore vbi p velotius intelligit appetitum vindicte anteqȝ facta sit certitudo de offensa puta ad leuem relationem alicuius aut per velotius intelligit vehementius sicut habet alia translatio per pluri tempore intelligit excessiuam durationem tristicie que est in ira vt appa ret ex eo qḋ postea dicit de amario. punitio enim quietat impetum in delectationem pro tristicia faciens. si autem debeat intelligi de appetitu vindicte videbit. ℭ Prima conclusio. nemo est qui Pria cōclo
possit irasci simul secundum omnem circunstantiam scilicȝ intensissime et diutissime. hoc probat Aristote. quia motum ire destruit seipsum quia propter tristiciam destruit suum subiectum propter malas alterationes antecedentes et consequentes. et si integrum sit id est si sit malum ire secundum omnem circunstantiam est importabile id est non potest diu ferri. Tunc probatur ꝙ nullus possit irasci omnibus intensissime ⁊ diutissime tunc sic. si quis irascitur intensissime vel statim cessabit ira vel ꝑpter vehementiā ire destru-

etur iratus sed siue sic siue non diu durabit ira er
go non est possibile q quis frenissime ⁊ omnib⁹
Scda 9clo ⁊ diuturnissime irascatur ¶ Secunda cõclusio ire su
perhabundantis sunt tres species scilicet acuties
amaritudo acerbitas eoruz qui superhabundãt
vt excessiue irascantur quidaz sunt acuti alij ama
ri alij acerbi siue difficiles. Acuti sunt q velociter
irascunt quib⁹ ⁊ in qb⁹ non opz ⁊ magis q̃z opor
tet sed non retinent diu iram sed statim desistunt
et hoc qd est in eis optimũ cõtingit qz nõ retinẽt
id est nõ comprimũt nec occultant iraz suaz ⁊ ire
causas sed propalant ⁊ manifestant ꝓpter acuti
tatem eorum et deinde requiescũt et tales dicun
tur acrocoli id est acuti ⁊ vehementes in ira ⁊ cõ
muniter tales sunt cõplexionis colerice Alij sunt
quorũz ira cum difficultate soluit sed tamen solui
tur aliquando sine punitione occultant eñi iram
intra se nec eam manifestant o quia non discedit
quousqz retribuerint id est pugierint punitiõe au
tem facta quietatur eorum ira eo q pro tristicia
delectationez facit punitio q̃zdiu aũt nõ est facta
punitio tunc graues sunt et molesti sibi ipsis et
amicis suis quia eã occultant eam ideo nullus
mitigat eos aut suadet quid honestũ Cum ergo
ira que non digerit per extrinseca mitigantia sed
per se ipsaz magno tempore indigeat ad hoc q di
gesta sit ideo tales diu perseuerãt in ira ⁊ tales
appellam⁹ amaros Alij sunt excessiui in ira quo
rum ira non soluitur sine punitione ⁊ cruciatu ⁊
tales dicimus acerbos siue difficiles Dico ergo q
quidam sunt qui cito irascuntur ⁊ cito mitescunt
Alij vero non cito mitescũt sed diu iram retineant
Et isti sunt duplices Quidem sunt quorum ira
est tempore digeribilis qui scilicet licet diu reti
neant iram tamen placant sine punitione. Alij
sunt quorũ ira non est tempore digeribilis nec vn
q̃z placantur sine punitione vel supplicio. Acer
bi siue difficiles differũt ab acutis quia diu pma
nent in ira Acuti aũt cito quiescũt. Differunt au
tem ab amaris qz acerbi non quiescunt sine puni
tione Amari autem bene quiescunt sine punitio
Tercia 9clo ne sed ad hoc multo tempore indigẽt ¶ Tercia
conclusio ⁊ si ad actus diuersatuz specierum ira
cundie qualitates corporales inclinãt sine tamẽ
huiusmodi qualitatib⁹ per solos habitus ex acti
bus frequenter elicitis genitos Potest quis ad
huiusmodi diuersos act⁹ inclinari Prima pars
probatur per experientiam. videmus enim homi
nes secundum diuersas complexiones facile in
clinari ad diuersas iracundie spẽs Secũdo pars
patet quia constat q complexio non necessitat
ad actus iracundie quia tũc non essẽt imputabi
les ergo non obstante quacunqz complexione po
test quis ex libertate voluntatis iracundia ti
lis vel talis speciei moueri ⁊ elicere actum sed
constat q post frequentem elicionem huiusmodi
actuũ experietur se inclinatuz ad consimiles act⁹
et ad eos non inclinatur per qualitates corpo
rales complexionantes eñz ergo per habitus ex
illis actibus genitos. ¶ Quarta cõclusio omnis
Qrta 9clo iracundia est peccatuz probatur omnis actus vo
luntarius contra iudicium recte rationis est pec
catum omnis iracundia est actus voluntarius cõ

tra iudiciũz recte rationis ergo omnis iracundia
est peccatum Minor est nota ex dictis. ¶ Quin Quita 9clo
ta conclusio non omnis iracundia est peccatum
mortale probatur quia est aliqua iracundia que
exercetur non per inflixionem pene iniuste sed
precise per substractionẽ beneficij quod sine qua
cunqz iniuria potest non impendere sed constat
q talis substractio non est peccatum mortale.
Secundo est aliqua iracũdia qua non do veniaz
de iniuria michi facta cuz tamen recta ratio dictat
dandam esse veniam sed ego volo prosequi repa
rationem iniurie mee visis tamen et modis iustis
constat autẽ q hoc nullam habet rationem pec
cati mortalis. ¶ Sexta conclusio non omnis ira Sexta 9clo
cundia ex parte vindicte appetibilis est ex gene
re suo peccatum mortale. Probatur quia non
per omnem iracundiam appetitur iniusta vindi
cta sicut rex qui per iracundiam non dat veniaz
criminoso sed vult eum secundum rigorem iusti
cie puniri non appetit vindictam iniustaz sed to
ta iracundia sua in hoc posita est q non imparti
tur beneficiuz remissionis nunc eñ secundũz dictã
men recte rationis deberet impartiri. Secundo
Quicquid est ex genere peccatuz mortale illud
vniuersaliter est peccatum mortale sed non om
nis iracundia qua appetitur vindicta non appe
tenda est peccatum mortale ergo talis non est ex
genere peccatuz mortale. Maior patet quia quic
quid habet in se rationem sufficientem ad consti
tuendum aliquid in genere peccati mortalis il
lud est peccatum mortale sed omne quod est pec
catum mortale ex genere habet rationem suffi
cientez huiusmodi igitur. Confirmatur qz vel hu
iusmodi ratio est sufficiens ad faciendum aliquid
esse peccatuz mortale vel non si sic ergo quodli
bet est peccatum mortale in quo reperitur talis
ratio si non ergo cuz ex causa insufficiente non
sequitur effectus sequit q ꝓpterea nõ debet dici
peccatũ mortale ex genere Scdo quicqd est pec
catuz mortale ex vna circunstãtia per nullũ aliã
circunstantiam potest fieri nõ mortale sed genus
vel obiectum deordinans actuz non minus deor
dinat q̃z circunstantia ergo quicquid est peccatu
tum mortale ex genere per nichil potest fieri non
mortale. Maior patet quia si vna circunstantia
sit mortalis qualescunqz sint alie actus erit mor
talis. Tercio est aliquis actus iracundie volunta
rius non mortalis quo appetitur iniusta vindi
cta ergo iniusta vindicta non reddit actum appe
tens ex genere mortalem. Antecedens patet de
illo quo appetitur vindicta in aliquo paruo vel
modico et non multum reputando vt parum tra
here pueros per capillos hic enim appetitus nõ
est peccatum mortale et patet consequentia quia
tam in appetitu modice vindicte q̃z magne vin
dicte saluatur ratio huius appetibilis q est iniu
sta vindicta et variatur tamen circunstantia quã
titatis quia scilicet vna vindicta appetita est par
ua et alia magna ergo cum denominationes iste
mortale et non mortale varientur ad variationẽ
quantitatis vindicte iniuste appetite et non ma
neant eidem vbicunqz manet eadem ratio gene
ris sequitur q appetitus vindicte iniuste non est

peccatum mortale ex genere sed ex circumstantia quantitatis vindicte appetite in ista tamen ratione processi ex concessis a Thoma qui concedit quod appetitus iniuste vindicte, parnus tamen non est peccatum mortale sed veniale, est tamē vt dicit mortale ex genere. fit tamen quod illud quod ex se est mortale ex genere non sit mortale aliquando vt dicit propter imperfectionem actus ex parte appetentis quando scz preuenit iudiciuz rationis. aliquando vero ex parte appetibilis vt cum vindicta appetita ē modica. Tertio quicquid est mortale ex genere et nō habet aliquid infinite alleuiās remanet simpliciter mortale sed paruitas vindicte appetite non alleuiat infinite cum finite distet ad vindicta cuius appetitus est simpliciter mortalis ergo appetitus talis parue vindicte iniuste non est mortalis ex genere. Probatur maior quia omne mortale in infinitum excedit veniale ergo quicquid alleuiat actum mortalem ex genere vt non sit simpliciter mortalis alleuiat infinite.

Septima conclusio.

¶ Septima cōclusio non omnis iracundia ex parte modi appetendi vindictam est mortale peccatum. Probatur primo quia aliqua est que stat cum caritate dei et proximi puta iracundia illa qua quis alteri appetit vindictam quam demeruit et eo modo quo iustum est eam sibi infligi ardentius tamen ac vehementius appetit quam oportet aut vehementius tristatur ex paruipēsione q̄z oportet.

Octaua cō clusio

¶ Octaua cōclusio aliqua iracundia est peccatū mortale. Probatur primo de illa qua quis irascitur efficaciter cōtra eos quibus pro tunc ex precepto diuino tenetur venerationē inferre aut vlciscitur in eos per ablationem alicuius rei q̄z tunc ex precepto diuino tenetur tribuere vt si episcopus celebrās pro populo substraheret per iram suffragia orationum ab aliquib⁹ qui regulariter includuntur in numero eorū pro quibus preces publice funduntur. Secundo probatur de iracundia qua quis ita irascitur de opere bono vt bene operantem supplicio graui afficiat. Tertio si afficiat eum per irā multo grauiori supplicio q̄z demeruit. Quarto si vlciscatur priuata potestate non publica auctoritate. Quinto si sit ita contumax in appetitu vltionis vt se obfirmet contra illam orationez dominicam et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Sexto si per iram nimiam ita in se contabescat vt deserat ea agere, ad que de necessitate salutis tenet. Iste tamen rationes non probant efficaciter iracundiam esse peccatū mortale sed bene probant quod per iracundiam frequenter impellimur in peccata mortalia. Auctoritatibus probat cōclusio et primo probat auctoritate Augustini. in omelia de igne purgatorio si lōgo tempore teneat iracundia et ebrietas si assidua est in numero capitaliū criminū computat. Secūdo per eūdem in quadā epistola sicut acetum corrūpit vas si diutino ibi fuerit sic ira corrūpit cor si in altū diu durauerit. Tertio per illud Crisostomi qui irascitur infernis suppliciis dignus vel sitarie se ipsū i barathrū pditiōis ferēs et añ futurā gehēnā hic vīdictā soluēs. Quarto per illud christi qui irascit et dixit fratri suo fatue re⁹ erit gehēne ignis

Cōtra primā ↓ clusionez.

¶ Contra primā conclusionem arguitur sic primo in iracundo acerbo est iracundia secundum omnes circumstantias igitur. Antecedens patet quia iracundus acerbus irascitur vehemētissime et diutissime retinet iram et in omnes igitur. Secundo iracundia secundum vnā circumstantiam non repugnat iracundie secundum aliam circumstantiam ergo possibile est iracundiam esse simul in aliquo secundum omnem circumstantiam.

Solutiōes.

¶ Ad primam negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod nō irascitur velociter nec in omnes nec pro quibuscumque rebus. Ad secundā conceditur antecedens de repugnantia formali sed dico quod repugnant causaliter quia irasci cito et vehementissime et pro omnibus et in omnibus infert corruptionem et desitionem irati et per consequens repugnat causaliter diuturne ire que exigit longam permanentiam irati.

Cōtra secūdaz cōclusioné.

¶ Cōtra secundam conclusionē arguitur sic primo secundū omnez circumstantiā potest accipi aliqua species ire Sed sunt plures circūstātie q̄z tres ergo sunt plures species ire q̄z tres. antecedens p̄z qz secundū circumstantiam temporis sumitur species amarorum sed non minus sunt species ire secundum alias circumstantias q̄z secunduz circumstantiam temporis igitur. Secundo tota ratio difficilium siue acerborum consistit in hoc quod non quiescit ira sine cruciatu vel punitione sed hoc conuenit etiam amaris ergo amaritudo et acerbitas nō sunt diuerse species ire. Tertio irarū alia est qua quis irascitur fratri suo alia est qua quis dicit fratri suo racha et alia est qua quis dicit fratri suo fatue: sed iste tres species non reducuntur ad tres priores quas ponit Aristoteles igitur. Quarto secundū Gregorium nicenum irascibilitatuz alia est fellea, alia est insania et alia furor sed iste species non sunt eedem cū illis que supra posite sunt igit. Et confirmatur per Damascenum qui candē diuisionem ire libro secundo ponit.

Solutiōes.

¶ Ad primam concedo maiorem potest enim sumi species aliqua ex parte finis aliqua ex parte eorum quibus irascitur et aliqua ex parte persone que irascitur. Et iste differunt specie q̄ztum ad actus interiores voluntatis quia aliud est obiectū vnius q̄ʒ non est obiectū alterius. Et vltra concedo minorez et nego consequentiam si intelligatur de speciebus a superioribus cōdiuisis quia quecumque sumerentur secundū alias circumstātias sub aliqua istarū continerentur puta quicumque irascitur propter vilitatis aut est acutus in ira aut amarus aut acerbus verbi gratia licet sint plures species corporis q̄z due quia tamē ille omnes continent sub corpore animato vel sub corpe inanimato iō cū hoc stat quod diuisio corporis in animatū et in inanimatū sit bona. Ad secundum concedo maiorem et nego minorem immo dico quod in hoc differūt ab amaris qui licet diuturnitatē et firmitatē ire habeant tamen ira eorū tempore digerit licz longo et quiescit siue cessat aliqū sine cruciatu aut punitione non sic aūt acerbi et hoc intellige regulariter qz in casu rarus forte stringente acerbi quiescūt sine cruciatu. Ad tertiam respondet beat⁹ Thomas quod gradus ire quos domin⁹ posuit nō perti-

nem ad diuersas species ire sed accipiuntur secundum processum humani actus in quo primo aliquid in corde accipitur et quantum ad hoc dicit qui irascitur fratri suo. Secundum est cum per aliqua signa exteriora manifestatur exterius et etiam antequam prorumpat in effectum et quantum ad hoc dicit qui dixerit fratri racha. Tercium quando nocumentum alterius conceptum ad effectum perducitur nocumentum autem minimum est quod fit solo verbo et ideo quantum ad hoc dicit qui dixerit fratri suo fatue. Ideoque singulis eorum ponuntur aliqua correspondentia pertinentia ad dampnationem. In primo ponitur iudicium quod minus est ceteris quia in iudicio adhuc est defensionis locus. In secundo ponitur concilium in quo iudices inter se conferunt quo supplicio dampnari oporteat. In tercio ponitur gehenna ignis que est certa dampnatio. Hec dicta pulchra sunt sed tamen nonnihil difficultatis habent. Primo quia vel in istis tribus est idem precise et adequate actus interioris cui in primo gradu nihil exterius respondet. In secundo respondet aliquod signum. In tercio respondet nocumentum exterius aut non. Si sic ergo cum solus actus interior habeat rationem meriti vel demeriti et nihil addat meriti vel demeriti actus exterior supra interiorem sequitur quod si tercius gradus facit reum gehenne ignis quod et primus et secundus hoc etiam faciunt. Si non ergo non bene distinguitur a Thoma sed debuit distinguere primo per actus interiores. Secundo quia vel primus gradus habet nocumentum exterius pro obiecto vel non. Si sic ergo facit dignum gehenna. Si non ergo specie distinguitur a tercio gradu cuius actus interior habet nocumentum pro obiecto cum ab irato nocumentum sponte scilicet et voluntarie inferatur ei cui irascitur. Tercio quia quod dicit reus erit iudicio et cetera, aut intelligit de iudicio humano vel diuino. Si de humano aut hoc in foro vel exteriori vel interiori. Non exteriori quia in primo nihil exterius apparet nec signum scilicet nec nocumentum. Nec interiori quia in interiori foro non debemus nos defendere sed potius accusare. Nec potest intelligi de iudicio diuino quia ibi nullus est defensionis locus cum in tali iudicio nihil accusetur nisi culpabilis. Ideo potest dici aliter. Et primo quod in illo passu non loquitur Christus nisi de ira immoderata que digna est pena. Aliqua autem est ira que non est imperatiua nec vindicte nec alicuius signi exterioris paruipensiui aut si ex se sit imperatiua est tamen ibi certa voluntas huiusmodi actionem exteriorem cohibens vel imperium ne homo ducatur secundum huiusmodi ire imperium est tamen ibi defectus motus ire immoderata et ista facit hominem reum iudicio id est pena non quidem eterna sed temporali. Nec in foro exteriori sed tantum interiori. Alia est ira que est imperatiua signorum exteriorum quibus signis iratus manifestat commotionem suam in eum contra quem irascitur tamen non est notabile nocumentum inferendo. Et ista ira est specie distincta ab ira que non est formaliter et actualiter imperatiua executionis qui habet signum illud contemptiuum et paruipensiuum

pro obiecto imperata actualiter et formaliter tamen non prima. Et ista facit hominem reum concilio id est reconciliationi ad proximum nam qui signo vel nutu vel voce fratrem paruipendit etiam nullum notabile detrimentum inferendo tenetur ad reconciliationem cum eo ad quam non tenetur ille qui prima specie ire irascitur. Tertia est ira que est formaliter et actualiter imperatiua nocumenti notabilis proximi aut conuiciando aut alio quouis modo ledendo et ista specie differt a prioribus quia habet nocumentum notabile actualiter imperatum pro obiecto quod non habent alie. Et ista facit hominem reum non tantum pena temporali nec reconciliatione sed etiam pena gehenne ignis. Et isti gradus sic sunt subordinati quod in tertio reperitur secundus et primus et in pena eius pena aliorum. In secundo autem reperitur primus. Et in pena huius pena illius. Cum autem dico habent gradum reperiri in illo non dico formaliter sed per equiualentiam. Alio modo exponi potest sic qui irascitur et cetera reus est iudicio id est discussione et examine conscientie quo scilicet inquiritur si ira illa appetebatur vindicta aut paruipendebatur frater licet nec vindicta nec paruipensionis signum imperabatur. Aliqua enim volitio est qua volumus paruipensionem et vindictam licet eas nec paruipensionem nec vindictam imperabamus. Et ideo ira et commotio nostra in proximum de qua nichil exterius manifestamus exigit iudicium conscientie nostre qua diligenti inquisitione et perscrutatione facta cognoscamus si quid contra proximum irascendo appetebamus et ad hanc discussionem tenetur talis alias omittet culpabiliter talis tamen non tenetur ad reconciliationem quia nec signo nec facto proximum lesit. Alia membra exponantur sicut prius. Ad argumentum autem respondetur concedendo maiorem. Et dico quod omnia ista continentur sub membro prime diuisionis immo quodlibet membrum prime diuisionis potest in hec tria diuidi. Acutorum enim quidam irascuntur fratri. Alii dicunt racha. Alii dicunt fatue. Similiter amarorum et acerborum. Ad quartam concedo auctoritatem Gregorii similiter et dico quod secundum Thomam diuisio illa coincidit cum diuisione Aristotelis. Nam per iram fellea intelligit acutam. Per insaniam intelligit amaritudinem. Et per furorem intelligit acerbitatem ire. Iram enim felleam appellat que habet principium et desitionem. Insaniam appellat iram que in vetustatem deuenit. Furorem autem dicit iram que obseruat tempus in supplicium. Secundum autem Ciceronem tercio Tusculanarum questionum insania significat mentem sanitate vacantem cum qua potest esse aliqua mediocritas officiorum ad communem et vsitatum vite cultum pertinens. Furor autem dicit mentis ad omnia cecitatem. Illa ergo ira dicitur insania qua ira mens perturbatur etiam diu vt non sit compos sui neque sane existimet. Illa vero dicitur furor qua quis tanta cecitate affectus est vt in suppliciis et cruciatibus inferendis ira seuiat ac debacchetur vesaniat non posset. Cōtra quartā cōclusionē. Ut si nulla ira ē pecca — Cōtra tertiā cōclusionē.

tum ergo iracundia nō est peccatum. ꝯña est no-
ta et añs probatur quia nulla passio est peccatū
cum passionibus nō demereamur neqʒ vitupere-
mur vt vult Aristoteles secundo ethicorū. Tum
secundo quia omni peccato conuertimur ad ali-
quod cōmutabile bonum Sed per iram quia nō
conuertitur ad aliquod bonū commutabile sed
tantum ad malū ꝓximi igitur. Tum tertio quia
iram homo vitare non potest secundū ꝙ vult glo
sa super illud irascimini et nolite peccare cū ait
ꝙ motus ire nō est in potestate nostra et septimo
ethicorum ait Aristoteles ꝙ iratus cum tristicia
operatur tristicia autem contrariatur voluntati.
Tum quarto quia omne peccatum est contra na
turam sed ira non est contra naturam cū sit act⁹
naturalis potentie irascibilis Et tamen Hieroni
mus in quadam epistola ait ꝙ irasci est hominis
Alia argumenta ad idem supra posita sunt. Ad
Solutiões. hanc rationē nego antecedēs. ¶ Ad primū pro-
bationem dicit Thomas ꝙ passio potest esse regu
lata ratione et potest non esse regulata ratione.
Ideo absolute non importat rationem meriti vel
demeriti nec laudis nec vituperij secundū tamen
ꝙ est regulata ratione potest habere rationē me
riti ⁊ laudabilis. Et econtrario secundum ꝙ non
est regulata recta ratione habet rationem vitupe
rabilis et demeriti. Ex ista solutione sequitur ꝙ
passio non dicit actum moralē distinctū ab actu
bono vel malo. Patet quia omnis actus regula
tus vel non regulatus ratione est act⁹ bonus vel
malus sed omnis passio est actus regulat⁹ vel nō
regulatus ratione cū sit actus moralis ergo om
nis passio est actus bonus vel malus. Et hec con
clusio est concedenda secundum hanc solutionē
Omnis enim passio est actus bonus vel malus
licet huiusmodi actus nō sit bonus vel malus in
quantum passio sed est bonus inquantū conformis
rationi ⁊ malus inquantū deformis. Aliter po-
test dici ꝙ accipiendo passionem strictissime pro
motu subito nō deliberato pro tempore pro quo
non est in potestate nostra secundū multos et ma
xime secundū Aristotelem ea nō laudamur neqʒ
vituperamur. constat autē ꝙ aliqua ira hocmo
do est passio sed non omnis. Ad secundā nega-
tur minor quia de maiore aliud inquiritur. et ad
probationem dico ꝙ illud qđ est malum et pena
proximo est irato vindicta et bonum delectabile.
ideo conuertendo se ad malum proximi conuer-
tit se ad bonum suum. Ad tertiam dico ꝙ licet
non sit in potestate nostra ꝙ ira non insurgat q2
primi motus non sunt in potestate nostra. In po
testate tamē nostra ē cohibere insurgentē ac mo
derare ⁊ ita in potestate nostra est ne ipsa sit ira-
cundia aut vt sit ratione regulata Ex illa autem
auctoritate glose cum textu quē exponit scʒ. Ira
scimini et nolite peccare trahitur argumentum
multum probabile ad probandū ꝙ primus mo
tus ire nō est peccatum. Ad quartam dico ꝙ om
ne peccatum est contra naturam hominis id est
contra rationis humane ordinē ⁊ dictamen. Di
co vltra ꝙ aliqua ira hocmodo est contra natu-
ram hominis puta illa que est iracundia: licet nō
omnis quia nō illa que est primus motus nec illa
que ratione moderata est. Contra quintam con- Cōtra quintā
clusionem arguitur sic. omnis appetitus iniusti- ꝯclusionē.
cie est peccatū mortale: sed omnis iracundia est
appetitus iniusticie cum sit iniuste vindicte igit.
Secundo quicquid interficit mentē est peccatū mor
tale sed iracundia est huiusmodi secundū illud
Job quinto. Virum stultum interficit iracundia
igitur. Tertio quicquid meretur dāpnationē est
peccatum mortale sed omnis iracundia meretur
dampnationem igit. minor patʒ per glosam su-
per illud Mathei quinto. Omnis qui irascitur
fratri suo reus erit iudicio dicentem per iudiciū
consilium: et gehennam: diuerse mansiones pro
dampnatione nostri peccati singulariter exprimū
tur. Quarto omnis iracundia per se cōtrariatur
caritati ergo omnis iracundia est peccatum morta-
liter. antecedens patʒ per glosam Hieronimi Ma
thei quinto. Qui irascitur fratri suo etiam dicen-
tem ꝙ hoc est cōtra proximi dilectionem.
¶ Ad primum nego maiorem non enim omnis
iniusticia est peccatum mortale alias quilibet in Solutiōes.
transgressione cuiuscumqʒ legis peccaret mortali
ter. Similiter nego minorem. et ad probationem
nego assumptum. aliquando enī est iracundia q2
appetitur vindicta iusta non tamē eo fine quo est
appetenda quia scʒ non ad emendationem offe-
rentis sed ad delectationem vindicantis aut glo-
riam aut quia auidius appetitur quā oportet: aut
non omnino eo mō quo oportet. Ad secundā di-
co ꝙ aliquid interficit mentē dupliciter. Vnomo
do per seipsum ⁊ sic concedo maiorem. Alio mo
do per alterū cuius est causa vel occasio ⁊ sic ego
nego. Et ad minorem cōcedo eam particulariter
intellectam etiam per se. si autē intelligatur vni
uersaliter ⁊ de interfectione actuali siue per se si-
ue per alium ad hoc negatur Si autem intelliga
tur de interfectione potentiali ⁊ aptitudinali et
hoc vel per se vel per alterū sic conceditur. Et hoc
consonat satis cum Thoma dicente ꝙ stulte per
iracundiam occiduntur inquantum non refrenan-
do motū ire in alia peccata mortalia puta in blas
phemiam dei dilabuntur Aduerte tamen ꝙ ista
propositio virum stultū interficit iracundia po-
test vnomodo exponi de morte corporali. Alio-
modo de morte spirituali. Primomodo duplici-
ter. Vnomodo de iracundia aliena. Secundomō
de propria si de iracundia aliena tunc admone-
mur nō commouere indiscrete eum quem scimus
iracundum quia contingit per hoc vt iracundus
aliquando interficiat eum qui indiscrete ad iram
excitat. Si de iracundia propria tunc hoc cōtin-
git aliquando q2 iracundus pre nimia tristicia
egritudinem ⁊ mortem incurrit. Aliquando ve-
ro contingit ꝙ ipse iste alterū occidens siue ex in
tentione siue preter intentionem mortis sententi
am incurrat. Si de morte spirituali intelligatur
tunc cōtingit multipliciter. Vnomodo q2 per tri
sticiam iracūdie omittit multa ad que de necessi-
tate salutis tenetur. Secundo q2 per iracundiā cō-
mittit multa siue inclinatione siue aliomō que nō
cōmittere de necessitate salutis tenetur. Ad tertiā
conceditur maior ⁊ negatur minor ⁊ ad ꝓbationē
respondet Beatus Thomas ꝙ dominus ibi lo-

quitur de motu ire quo quis appetit occisionem
proximi aut quamcunqꝫ grauem lesionem cui si
assensus rationis superueniat indubitanter erit
peccatum mortale. Hec opinio nō videt̄ mihi ve
ra cum in toto textu illo non loquatur de occisio
ne nisi quantum pertinet ad legem veterem quā
ibi recitat ꝛ non in illo quod ad nouam legeꝫ spe
ctat. Ideo dico ꝙ damnatio dupliciter capitur
Uno mō ꝓ pena ad quā q̄s obligat᷒ est ex culpa
Secundo modo strictius ꝓ pena eterna ad quā
quis ex peccato mortali tenet̄. Dico ergo ꝙ glo
sa accipit damnationem p̄io modo ꝛ nō secun
do. Ad quartam nego maiorem ꝛ ad probatio-
nem dico ꝙ aliqua iracundia est contra proximi
dilectionem sed non omnis ꝛ hoc modo dicendū
est secundū Thomaꝫ aliter tamē potest dici ꝙ du
pliciter potest intelligi iracundiaꝫ esse contra ꝓ
ximi dilectionem. Uno modo quia quilibꝫ actus
iracundie est alicui actui dilectionis proximi cō
trarius ꝛ in illo sensu ego concedo. Alio modo
quia quilibet actus iracundie est alicui actui di-
lectionis proximi contrarius ad quem quis tūc
tenetur de necessitate salutis ꝛ sic ego nego

Iracundiā eē ɔtrariaꝫ caritati tri- plr̄ itelligī

¶ Dico preterea ꝙ iracundiam esse contrariam
caritati Potest itelligi tripliciter Uno mō quia
omni actu iracundie posito remouetur ꝛ destrui
tur caritas. Secūdo modo quia est contrariu ali
cui actui caritatis ad quem de necessitate salutis
tenemur. Tercio modo quia omnis talis est con
traria alicui actui caritatis siue ad ipsum tenea-
mur de necessitate salutis siue non ꝛ sic primo ꝛ
secundo nego omnem iracundiam esse contrariā
caritati. Tercio vero modo concedo sed hoc non
infert eam esse peccatum mortale cum sint mul
ti actus caritatis qui sunt opera super erogatio
nis. rationes solute sunt ex dictis.

De iracundia.

Q Ueritur secūdo vtrū
iracundia sit grauissimum pecca-
tum? Arguitur ꝙ sic per Crisosto-
mum dicentem ꝙ nihil est turpius visu furentis
In oppositum arguitur quia ira cōparatur ad
odiuꝫ sicut festuca ad trabeꝫ. ¶ Notandū ꝙ gra

Grauitas pccī triplr̄ attendit̄ Pria ɔclo

uitas ī peccato potest attēdi multipliciter. Uno
modo ex parte malicie actus. Alio modo ex par
te dispendioꝝ per iraꝫ illatoꝝ. Tercio mō ex par
te extensionis huiusmodi peccati ¶ Prima con
clusio nō omnis ira est quolibet peccato quo ap
petitur malum proximi minus grauis ex parte

Tria pccā quib᷒ appetit̄ malū ꝓximo.

mali appetiti. ¶ Pro probatione supponit̄ cuꝫ
Thoma ꝙ tria sunt peccata quibus appetit̄ ma
lum proximi odium/inuidia ꝛ ira: tunc Arguo
sic stat ꝙ per inuidiam non appetatur dānuꝫ pro
ximi nisi in paruis bonis puta in diuitijs aut offi
cio aut beneficio ꝛ per ira appetatur mors pro-
ximi innocentis/tunc sic Appetitus mortis proxi
mi innocētis est deterior ꝛ grauior appetitu dāp
ni eius in bonis exterius ira scilicꝫ ꝙ iratus occi
dens per iram proximū siue nocentem siue inno
centem et maxime cessante commotione passio-
nis pro tempore pro quo excecat sicut contingit
in furentibus grauius punitur tam in foro exte
riori quam interiori tam corporaliter quam eter
naliter inuido damnificante proximum in decē
solidos ergo non quelibet ira est qualibet inuidia
minus grauis. Secundo quia si non hoc ideo
esset vt dicit Thomas qui ira appetit malum pe
ne alicuius sub ratione boni qđ est vindicta Per
odium autē appetitur malum proximi sub ratio-
ne mali absolute inquantum scilicet est malum
huius. Inuidus autem appetit malum proximi
propter appetitum vane glorie quod est deteri᷒
q̄ꝫ appetere maluꝫ alterius sub ratione iuste vin
dicte. His suppositis arguo sic. Hoc quod ē sub
ratione iuste vindicte aut est infinite minus ma-
lum q̄ꝫ appetere sub ratione vane glorie aut fini-
te: non infinite quia tunc sequeretur ꝙ omnis in
uidia esset deterior in infinitū iracundia etiā mor
tali. Si finite ergo cū possit dari malum appeti-
tum proximo per iram quod tunc excedat aliqđ
malum appetitum eidem per inuidiam sicut ap
petere sub ratione vane glorie excedit appete-
re sub ratione iuste vindicte ꝛ aliqđ aliud quod
magis excedit ꝛ cum cetera etiam possint esse pa
ria sequitur quod est dabilis aliqua iracūdia que
erit aliqua inuidia deterior. Tercio quia ratio il
la fundatur super falso licet enim iratus appe-
tat malū proximi aliqñ sub ratione vindicte non
tñ appetit semꝑ sub rōe iuste vīdicte imo sicut fre
quenter iratus ꝙ vindicta quaꝫ appetit est iniu-
sta Ex hoc sic arguitur deteri᷒ est appetere malū
proximo sub ratiōe iniuste vindicte q̄ꝫ sub ratiōe
vane glorie: sed inuid᷒ appetit sub rōe vane glīe
per eum et iratus appetit aliqñ sub ratione vin-
dicte iniuste et iniurie ita ꝙ de facto vult iniuriā
inferre alteri sicut alius intulit et iniuriaꝫ igitur
Confirmatur vbi non est vera offensio etiaꝫ secū
dum estimationem offensi ibi non est appetitus
mali proximi sub ratione iuste vindicte sed aliqñ
iratus secundum veritatem non fuit vere offensus
et hoc scit et cognoscit vt puta si quis te requirat
vt facias pec eo quod salua cōscientia tibi facere
non licet quod etiam scit ille qui requirit non fa-
ciendo illud quod petit aliquando irascitur et ta
men secundum rei veritatem nec etiam secunduꝫ
estimationem suam fuit vere offensus ergo talis
appetendo malum tibi non appetit illud sub ra-
tione iuste vindicte sed sub ratione vilitonis iniu-
ste aut potius sub ratione iurie. Et si queras quo
modo est ibi ira cum non sit ibi paruipensio nec
secundum veritatem nec secundum estimationeꝫ
irati. Secundo respōdeo ꝙ potest ibi esse ira esto
ꝙ non sit ibi vera paruipensio Esto etiam ꝙ estī
met qui irascitur ibi non esse veram paruipensio-
nem sed quia forte estimat ꝙ alij putant se ab il-
lo parui pensum fuisse ob hoc enīꝫ indignatur ad
uersus eum. Et huius signuꝫ est ꝙ qui hoc modo
irascuntur his autē similibus verbis vtunt̄ quid
dicent homines quid estimabunt de obedientia
tua ad me. ¶ Secunda conclusio nō omnis ira- Scđa ɔclo
cundia etiaꝫ supposita equalitate appetibilis est
quilibet inuidia minus mala. Probatur primo
pono inuidum qui prosequitur per inuidiaꝫ mor
tem hominis qui mori demeruit et pono iratum
qui mortem innocentis per iram prosequit̄: tunc

ne. Ille iratus grauius peccat q̄z ille inuidus est
peccatum eius sit tam apud deuz q̄z apud homi
nes grauius puniendum igit. Secundo q2 sup-
posita equalitate appetibilis potest eē diuersitas
ex parte aliaruz circunstātiarū & cum ratio illa se
cundum quam inuidus malum proximi appetit
nō faciat excessum infinitū supra rationem secun
dum quam iratus eidem malum appetit sequit
ꝙ per excessum in aliis circunstantiis poterit ade
quari peccatum ire peccato inuidie et etiam hoc
Tercia p̄clo ab illo excedi. ¶ Tercia conclusio ira non ex
pte appetibilis minus mala q̄z inuidia supposita
equalitate ipsius appetibilis et ceteris aliis pari
bus. Quā conclusionem pono supposito ꝙ inui-
dus appetit maluz proximi finaliter propter va
nam gloriam de quo an verum sit discutietur cū
agetur de inuidia. Conclusio probatur vindicta
est magis fugibilis q̄z vana gloria seclusa vtro-
biq3 intione iusticie & appetere maluz alteri pro-
pter vindictam est ceteris paribus deterius q̄z ap
petere malum alteri propter gloriam. aīs patet
quia vindicta est appetibilis propter gloriam fi
naliter et non econtra. Tum secundo q2 vindicta
nunq̄z est bonum vnius quin sit malum alterius
gloria autem est alicui bonum sine hoc qḋ sit al-
teri malum. Tum tertio q2 gloria sic est bona ꝙ
non est mala nisi propter aliquam circunstantiā
vindicta autem nunq̄z est bona nisi ratione alicu
ius circunstantie. Si quis autem diceret ꝙ inui-
dus appetit malum et nocumentum alteri nō fi-
naliter propter gloriam vanam sed vt alteri ma
le sit aliter esset forte dicendū. Sed conclusio pre
dicta posita est contra Thomam qui per suppo-
situm illud nititur probare oppositū huius con-
Quarta p̄clo clusionis. ¶ Quarta cōclusio iracundia regula-
riter est minus graue peccatuz odio et inuidia ce
teris paribus. Hanc conclusionez sic intelligo ꝙ
regulariter iratus est offensus vere vel secundum
estimationem ab eo cui irascitur. Et ꝙ hmōi ira-
cundia nata est in eo causare quēdam vehemen-
tam impetum et quēdam alterationem tam in a-
nima q̄z in corpore per quam causatur perturba
tio grauis in mente impediens iudicium rationis
ac deliberationem ita ꝙ iratus et maxime cum for
tis est iracundie passio habet duo que diminuūt
rationem culpe per iracundiam perpetrate. Vnū
est estimatio offensionis ac paruipensionis. Ali-
ud est obtenebratio mentis que duo nō habet in-
uidus nec odiosus. Ex his sic argitr. tanto pec-
catum ceteris paribus est grauius q̄zto in peccā-
te plus est de cognitione q2 tunc peccatum tanto
magis fit cōtra conscientiā sed in inuido est plus
de cognitione q̄z in irato q2 vt dictum est in irato
est magis obscurata ratio igitur. ceteris paribus
peccatum irati est minus graue q̄z inuidi vel odi
entis. Confirmatur iratus nocet aperte. inuidus
vero insidiose et fraudulenter sed hoc non est nisi
quia iratus plus habet de impetu et minus de co
gnitione Inuidus autem econtra plus habet de
cognitione et minus de impetu igit. Dixi aūt duz
est vehementia perturbationis et maxime pro tem
pore pro quo paruipensio primo venit ad notici
am irati pter amaros et acerbos qui diu seruāt

iram et sollicite exquirunt oportunitatē vlciscen-
di quia in talibus postq̄z sedata est perturbatio et
commotio cum nocerent nō nocent perturbati nec
ex impetu sed magis insidiose nec tales minus est
de cognitione q̄z in aliis et tales nō videnť habe
re supra inuidos aliquid excusans nisi offensionē
et paruipensionez quā nō habent inuidi. Ex istis
ergo michi videtur ꝙ peccata iratoruz ceteris pa
ribus minora sunt q̄z inuidorū. Dixi autē ceteris
paribus. nā peccata Neronis quibus vrbem incen-
dit: matrem necauit: nobilium ac ignobiliū cru
orem fudit. q̄uis ex ira fierent. Quod patz p ma
gna parte in Octauia. vbi Nero ostendit ire sue
causas multa maiora fuerunt q̄z nōnulla pecca-
ta inuidorum. Si tamen quis nō paruipensus ea
dem nocumenta intulisset per inuidiā multo gra
uius peccasset q̄z peccauerit Nero q2 paruipensio
precedens videtur diminuere grauitatem pecca
ti in ira. Ex hac conclusione infero cōtra beatuz
Thomam ꝙ nō habet ira excellentiam grauita-
tis ex parte modi irascendi propter vehementiaz
et velocitatem sui motus. probatur quia nō habz
ira excellentiam grauitatis ex eo ex quo diminui
tur eius grauitas sed ex huiusmodi vehemētia et
velocitate peccati ire diminuitur grauitas igitur
maior est certa et minor probata est. Et iterū pro
batur pono duos acerbos vel difficiles quorum
vterq3 offendatur et omnia sint paria nisi q2 vnus
cum primo innotescit sibi paruipensor vindicat
seipsum occidendo paruipendentez. Alius vero
differt et per medium annum post occidit. Cōstat
ꝙ primus est excusatior q̄z secundus et nō nisi q2
occidit euz ínterat hmōi vehementia et velocitas
igiť. Secundo quicquid causatur naturaliter et
ipsum reprimere est difficile laboriosum et virtuo
sum: illud nō repressum diminuit peccatum et nō
aggrauat sed vehementia et velocitas immo et per
turbatio causantur naturaliter et difficile laborio
sum immo et virtuosum est illud reprimere ergo
si non reprimuntur diminuūt peccatum qḋ inde
cōsequiť Ideo dico ꝙ ira ex parte istorum nō ha
bet excellentiam grauitatis culpe sed magis di-
minutionem licz ex istis bene habeat ꝙ sit maio
ris nocumenti illatiua secundū illud Prouerbio
rum. xxvij. ira nō habet misericordiaz nec erum-
pens furor et impetum concitati spū ferre quis
poterit. Tertio quecunq3 naturaliter causata in-
ducunt ignorantiam et obscuritatem mentis illa
diminuūt peccatum sed vehementia et velocitas
naturaliter causanť cum pertineant ad primos
motus et inducunt ignorantiam et obscurationez
mentis igiť. minor patz per illud Gregorij. v. mo
ralium ire sue stimulis accensuz cor palpitat: cor
pus tremit: lingua se prepedit: facies ignescit: ex
asperanť oculi: et nequaq̄z recognoscuntur noto
rem quidem clamorez format: sed sensus quid lo
quatur ignorat. Ex q̄ auctoritate dupliciter ap
paret propositum. Primo per illud nequaq̄z re
cognoscit etc. et per illḋ sensus quid loquť igno
rat. Secundo q2 ille mutationes in corpore sunt
alterationes naturaliter causate nec eas causa-
ri possibile est sine magna perturbatione et obscu
ratione mentis. Aduerte tamen ꝙ Thomas be-

ne habet ꝙ ira secundum modum irascendi bene habet quandaȝ excellentiaȝ sed non dicit ꝙ habet excellentiam grauitatis quia tamē videt̄ ex precedentibus ꝙ ita debeat intelligi ex eo scilicet ꝙ questio est de grauitate ire ꝛ ꝙ in precedenti parte eiusdeȝ articuli cōparando iraȝ ad inuidiā ꝛ odiū locut⁹ est de maioritate ꝛ minoritate grauitatis ideo ex serie textus videt̄ ꝙ cū hic facit mētionem de excellentis ꝙ intelligat de excellentia grauitatis Si quis tamē velit hoc solum intelligi de excellentia nocumenti non contradico.

Quinta ꝯclo ¶ Quinta conclusio non est ira omnis ex parte boni appetiti minus grauis peccato concupiscentie. Pro qua conclusione Aduerte ꝙ secundum Thomā ira tendit in aliquod malum sub ratiōe alicuius boni. appetit enī vt dicit maluȝ primi inq̃ztū est vindicta ꝛ secundū ꝙ habet rōem boni iusticie. Tunc probat̄ conclusio iracundus appetit bonuȝ vindicte non secundum rationem iusticie sed secundū ꝙ est bonum propriū delectabile iracundi ex malo alterius ꝓueniens tunc sic Delectatio in malo alterius ceteris paribus est grauior q̃ȝ delectatio in proprio delectabili: sed delectatio irati in vindicta ē delectatio in malo alterius. delectatio aūt concupiscētis est delectatio in bono proprio scđm precise ꝙ hoc est delectanti bonuȝ ꝛ non secundū ꝙ est malum cuicūq; alteri igitur Aūs paret ꝙ iracundus occidens pro leui verbo scit occisionē illaȝ esse omnino iniustam nec appetit eam quoniā nō vt est bonum iusticie cuȝ sciat eam carere omni rectitudine iusticie sed appetit eam secundū ꝙ vindicta ꝛ vltio siue secundū ꝙ est malū alteri⁹ qui offenderat eū Secundo volo ꝙ sit aliquis qui per cōcupiscentiam carnalem sollicitet berthaȝ vxorē lini ꝛ capiat̄ sit alius quem linus offendit qui eandeȝ bertham sollicitet non propter cōcupiscentiam sed vt per adulterium berthe tanq̃ȝ per quoddā nocumentuȝ vindicet se de lino ꝛ tandē cōsentiat et potiatur aut eam adulterandem tradat alteri de cōsensu suo ꝛ cetera sint paria tūc quero quis istorum grauius peccat an primus vel secundus Si secundus sequitur ꝙ ex parte boni appetiti non est ira minus grauis quam concupiscentia sed econtra. Nec potest dici ꝙ primus quia est in vtroq; idem appetitus scilicet concubitus cuȝ bertha ꝛ appetitur a concupiscenti secundum ꝙ est bonum concupiscentis a lino vero appetitur secundū ꝙ malum berthe ꝛ secundum ꝙ maluȝ lino. Ex quibus resultat delectatio in vlciscente. Tū secundo quia grauius est delectari in malo alterius quam in bono ꝓprio sed concupiscens delectat̄ in bono ꝓprio iracūdus in malo alteri⁹ Tercio volo ꝙ quis concupiscat bertham meretricem solutam quidem ꝛ non cōiugatam Alius vero sit contra eam iratus primus petat delectationem suam per concubitū eius Secūdus vindictā per occisionē ꝛ vterq; assequit̄ quod cupit tunc sic constat apd omnes ꝙ delectatio iracundi est deterior ꝛ grauior q̃ȝ delectatio concupiscētis sed iste delectationes sunt bona illa q̄ concupiscens ꝛ iracūdus appetunt igit̄ Ideo dico ꝙ si peccā iracundi nō diminuatur ꝓpter offensaȝ aut propter obscurationem mentis aut propter aliam circumstantiam ꝛ cetera sint paria scȝ ꝙ vterq; committat in legem vel preceptū paris auctoritatis tunc iracundus plus peccabit et grauius q̃ȝ concupiscens. sed ea que dixi frequenter multum diminuunt de peccō iracundi. et ideo de peccato iracundorum semper inquirendū est quādo perpetratum est verum cū ira esset recens ꝛ cum apparebant ille alterationes tam in corpore q̃ȝ in anima de quibus dictum est aut postq̃ȝ ira refriguit ꝛ alterationes ille quieuerūt quod contingit in amaris ꝛ acerbis qui multo tēpore post retribuūt offendentibus.

¶ Sexta conclusio. iracundia nō est grauissimū peccatum grauitate extensionis licet sit odio hoc modo grauior. Prima pars probatur qꝛ concupiscentia regulariter in pluribus reperitur q̃ȝ iracundia igit̄. añs patet per experienciam. Secunda probatur qꝛ odium est ira inueterata ꝫ pluribus est communis ira q̃ȝ odium. — Sexta ꝯclo

Septima cōclusio. iracundia nō est grauissimum peccatum ex parte dispendiorū illatorum vel desideratorum proximo. patet qꝛ odium hoc modo est grauius qꝛ secundum Aristo. qui odit desiderat eum nō esse quem odit. Tum etiaȝ secundo qꝛ odiens non desiderat malum primi quia sit ipsi odienti bonum sed qꝛ est maluȝ odito iracundus autem desiderat malum ꝓximi inquantū per hoc assequitur vindictam ꝛ vltioneȝ. licet aūt iracundus aliquando tantū maluȝ optet proximo sicut odiens: non tamen tam regulariter nec sub tam mala ratione. Tum tertio qꝛ iracūdus optat malum et dompnum vni persone singulari vel duabus. odiens autem alicui toti generi aliquando quod declarabitur cum agetur de odio. — Septima ꝯclusio.

¶ Octaua conclusio. iracūdia nō est grauissimū peccatum ex parte malorum culpe q̄ ex ea nata sunt oriri. probat̄ conclusio quia superbia est hoc modo grauius peccatuȝ cum a sanctis dicat̄ esse omnium viciorū parens. — Octaua cō clusio.

¶ Nona conclusio. iracundia est hac grauitate multum grauis. probatur primo per glosam Ꝓuerbio. xxix. Janua omnium viciorū est iracundia qua clausa virtutibus intrinsecus dotabimur qua aperta ad omne facinus armabimur. Ex qua auctoritate sic arguitur omne vitium a quo nata sunt diriuari omnia vicia est q̄titate inclinationis et originationis multum graue sed ira est hmōi igitur. minor patȝ ex dicta auctoritate. Tum secūdo qꝛ per iram quis aliquando inducit̄ ad omittendum ea facere que tenetur facere de necessitate salutis ꝛ ea committere que nō committere tenet̄ de necessitate salutis per iram enim omittūt irati omne genus beneficentie et committūt contra proximū omnem iniuriam per modum scȝ vltionis ꝛ vindicte. Ex iracundia enim procedunt conuitia/rixe/contentiones/blasphemie/rapine/violationes/ ꝛ homicidia. et quicquid generat̄ ad contentionem vindicte que ptinet iracundie. tristicia est ex qua torpor segnities: ꝛ omne accidie genus manat. De ira oriunt̄ murmurationes/scandala/maledictiones/contumelie/ bella/ inuocationes demonū vt qui ex se vindictam habere nō possunt eam auxilio demonis consequent̄. Ex quibus omnib⁹ ap- — Nona ꝯclo

patet iram esse peccatum hac grauitate inclina-
Decima cõclo tionis multũ graue. ❡Decima conclusio ira est
peccatum multum graue grauitate dispendiorũ
per eam irato illatorum vel inferendorũ. probat
Nam per iram acquirit oculus mentis dispendi
um obscurationis ⁊ cecitatis: memorie tenacitas
beneficiorum acceptorũ obliuionem. Et ipsa ho-
minis voluntas innate humanitatis affectionem
deperdit. Primũ probatur per illud ira impedit
animum ne possit cernere verum. Probat etiaz
varijs auctoritatibus Cassiani ⁊ aliorum auctorum
supradictorum. Ex quo primo fit vt perdatur sa
pientia ⁊ stulticia inducat secundũ illud ira in si
nu stulti requiescit. fit secundo vt perdat pruden
tia secundũ illud. ira perdit prudentes ⁊ hoc taz
ex cecitate q̃z ex precipitatione quas inducit. fit
tertio vt iniquum tanq̃z iustum frequenter opere
tur secundũ illud. dum perturbat mens iudiciuz
sue rationis exasperat omne qḋ furor suggerit re
ctum putat. fit quarto vt nõ sit consiliũ particeps
secundum illḋ. vir iracundus agit sine consilio.
Quod ira turbat memoriã beneficiorũ suscepto-
rum patz exemplo Saul qui turbatꝰ contra Da
uid qr puelle cantabant Saul percussit mille et
Dauid decem milia oblitus est omnium benefici
orum q̃ a Dauid susceperat et omnis amicicie et
communicationis et querebat eum occidere. pa-
tet etiam exemplo Alexandri qui ira succensus
militem sibi carissimũ occidit. Qḋ voluntas ira
ta perdat affectionem hũanitatis innate patz per
illud Prouerbio. xxv Ira misericordiam nõ ha
bet nec erumpens furor. Ex quo fit vt non cures
iratus turbare cõmunicatõem hominũ/rixas/cõ
tentiones/et discordias excitet q̃ prouenit ex de
fectu hmõi humanitatis secundum illud. vir ani
mosus parit rixas et vir iracundus effodit pecca
ta cum scz malos quos ad discordiam prouocat
peiores facit. fit secundo vt ad amiciciam homi-
num et conuersationez sit ineptus. patz quia hec
omnia perturbant per rixas ⁊ discordias. fit ter-
tio per hec omnia vt ab eo gratia septiformis spi
ritussancti excludatur secundũ illud super quem
requiescet spũs meus nisi super hũanitatez et qui
etum. sunt enim hmõi gratiaruz quedam que exi
gũt acutiem mentis aliqua tenacitatem memo-
rie et aliqua humanitatem ad proximos et ideo
cum ira nos hĳs tribus destituat ideo nos hmõi
sanctispiritus gratĳs priuat. Secũdo per iracun
diam excidit quis ab honesta gestuũ et motuum
corporalium moderatione. Qḋ patz primo per il
lud Greg. v. moralium. iratus ad apertaz mox in
saniam ducitur ⁊ vsq̃ ad superficiem scz corpora
lis dispositionis ab intimo cogitationum funda-
mento dissipatur nam ire sue stimulis accensum
cor palpitat/corpꝰ tremat/lingua se prepedit/ fa
cies ignescit/⁊c. vt supra allegatum est ⁊ Prosp.
libro qui dicitur Uita regia iratus vndiq̃ iracun
die stimulis agitatur/corpus tremit/ lingua bal-
butit/vultus ignescit/cor palpitans tremulat/et
oculi turbati caligant. Et ideo iratus recte figura
tur per illum demoniacũ qui vestimentis suis di-
laceratus nudus incedebat: homines vexabat: ⁊ in
monumentis manebat. Mathei. ix. Tertio iratus
frequenter est sibi causa multarũ egritudinuz vel
mortis sibi dispendium affert secundũ illud Ec-
clesia. iij. Zelus et iracundia minuent dies. Qḋ
contingit tripliciter. Primo ex tristicia iracundi
que tristicia primo causatur ex paruipensione ve
ra vel estimata. Secundo causatur ex vindicte di
latione aut impotentia ad cuius augmentũ con-
currit retentio ire apud se. Cum enim quis parui
pensum et iniuriatum se putat ⁊ videt se nõ aude
re vel nõ posse omnino vel nõ posse satis cito vin
dicare estuat ⁊ furit apud seipsum ita q̄ conuer-
tit quasi in se furorem quem esset in eum cui irasci
tur impensurus ex quo tabescit per tristiciam ira
tus. inducunt in eo egritudines ⁊ aliquãdo mors
huius signum est q̄ animalia iracunda sunt bre
uis vite. Et refert Augustinus de ciuitate dei de
silla Romanorũ duce q̄ pre ira cum turbulentis
simus esset fracta est sibi vena sanguinis in corpo
re et mortuꝰ est. sicut autem hec fractio vene con
tingit ita ⁊ multe male alterationes letales con-
tingere possunt per iram. Secundo ꝯtingit mors
aut detrimentũ corporis per iram in executione
ipsius vindicte. contingit enim frequenter vt qui
vult vulnerare aut occidere vulneretur aut occi-
ditur aut aliud detrimentum patit. Tertio cõtin
git cum hec detrimenta corporis redduntur tan
q̃z pene aut supplicia pro iniurĳs per iram illa-
tis occidenti enim mors secundũz iusticiam red-
ditur et vulnerãti aut iniurianti pene a iudice in-
fligitur. Quarto qr per iraz reĳcitur quia a com
municatione hominum nemo est enĩ qui non for
midet conuersari cũ iracundis ⁊ ideo Gregorius
v. moralium ait. per iram gratia vite socialis a-
mittitur sicut scriptum est. Noli esse assiduus cuz
homine iracũdo ne discas semitas eius ⁊ sumas
scandalum anime tue. qr qui se ex humana ratio
ne nõ temperat necesse est vt bestialiter solus vi-
uat immo nec secum quiete habitare potes solus
vt potest probari per exemplum illius qui cũ con
uiuere cum hominibus nõ potest solus vixit. Cuz
autem bis aquam quã deportabat fudisset iracũ
dia motus vas ꝯfregit. Quinto qr iracundia per
cecitatem mentis ⁊ alia mala que inducit reddit
nos ydoneos ad tentationes dyaboli. Cum enim
vidit demon nos iam aduersus aliquẽ cõmotos
et perturbatione mẽtis pene excitatos facile sug
gerit nobis omnia que videntur ad ledentis iniuri
am accommoda ⁊ ideo Aposto. ad ephesios. iiij.
cum dixisset sol nõ occidat super iracundiam ve
stram subiunxit nolite locũ dare diabolo per hoc
signans q̄ cum per iram excecati sumus ⁊ luce rati
onis destituti facile tentationi demonum succum
bimus. ❡Ex hĳs omnibus īfertur vndecima cõ
clusio et ad questium responsiua iracundia non Undecima conclusio
est grauissimum peccatum patz ex dictis.
❡Contra hanc vltimam conclusionez arguitur Cõtra vlti
sic secundum Crisost. nihil est turpius visu furen mã ꝯclonez
tis ergo ira est grauissimum peccatum. Secũdo
iracundia maxime nocet ḡ iracundia est grauissi
mum peccatum ꝯña tenet quia quanto peccatuz
est magis nociuum tanto est grauius añs patet
quia ira aufert rationem per quam homo est dñs
suipsius. dicit enĩ Crisosto. q̄ ire et insanie nihil

est medium Tercio effectus ire est gravissimum
pctm̄ ergo et ira consequentia tenet qz interiores
motus diiudicantur scd̄m exteriores effectus et
antecedens probatur quia homicidiuz quod est
Solutiões. gravissimū peccatū est effectus ire. ¶ Ad primaz
dico q duplex est turpitudo vna opposita mora-
li virtuti τ de ista non loquitur Crisosto. Alia est
opposita cōdecentie gestuū τ motuū corporalis
et de ista loquitur. Ad secundam nego consequē-
tiam et ad probationem nego antecedens iniu-
sticia enī per errorem τ iniusticia contra consciē-
tiam equaliter nocent ceteris paribus τ aliqn̄ in-
iusticia per errorez magis nocet τ tamen non est
maius peccatum nec equale non eniz attenditur
gravitas peccati ex nocumento illato sed ex mul
tis aliis ad actum concurrentibus neqz est veruz
q assumitur p antecedēte iniusticia enī τ odium
et invidia magis nocent q̄z ira Et similiter super
bia magis nocet q̄z ira τ similiter ambicio τ ava
ricia a quibus secundū Salustium omnis rerum
publicarū pernicies originem accepit Si autem
argumentū procederet de nocumēto pene que de-
betur actui tanq̄z supplicium demerito neganda est
scd̄ minor Et ad probationem antecedentis cōce
do q ira aufert rationē Sed dico q deterius est
contemnere rationez agendo contra eam q̄z au
ferre eam non advertendo ipsam ad consilium
agendorum Ad terciam nego antecedens τ ad
probationem dico q homicidiū aliquod est effe-
ctus odiū aliqd̄ invidie aliquod iniusticie τ aliqd̄
ire illud autem quod est effectus ire est min⁹ gra
ve peccatū illo quod est effect⁹ odiī τ illo quod est
effectus invidie aut iniusticie pp̄ter ignorantiā im
petuz τ precipitationē qua per iraz nō motu spō
Cōtra q̄ntā cōclusionē. taneo sed naturali inducimur. ¶ Contra quintā
cōclusionē pro nunc non arguitur nisi auctorita
te Aris. iii. v. ethico dicentis q incontinētia con
cupiscentie est turpior q̄z incontinentia ire cuius
inter multas rationes vnaz assignat quia ira ma
gis aperte operatur cōcupiscētia autē magis do
lose et fraudulenter. Respondetur primo q sen-
tentia Aris. non est contra conclusionē positā qz
conclusio non dicit q vniversaliter ira nō est mi-
nus gravis vel turpis q̄z concupiscentie sed q nō
est minus gravis ex parte boni appetiti cuz quo
stat q ex parte multorū aliorū sit minus grave
scilicet ex parte obscurationis τ vehementie sive
precipitatōis. Dico preterea q aliquid dicit tur
Aliquid dr̄ turpius duplicter plus dupliciter vnomodo quia viciosi⁹ τ hoc mo
do non accipit Aris. aliomodo aliquid dicit tur
pius qz exprobrabilius et hoc modo accipit. pec
cata enī carnalia sunt exprobrabiliora spiritua-
libus τ tamē non sunt graviora. Et ad rationem
adductaz dico q non pbat aliud nisi q in concu
piscente est pl⁹ de vsu rationis q̄z in irato τ ideo
ex parte illius gravitatem habet concupiscentia
super iraz. Ex obiecto tamen apperito potest ira
maiorem gravitatem habere q̄z concupiscentia
habeat ex obiecto volito ceteris paribus. Cōtra
alias cōclusiones non arguitur qz rationes que
contra eas fieri possunt satis solute sunt in decla-
ratione illarum.

Querit tercio vtruz
ira sit vicium capitale. Arguit q nō
quia ira nascitur ex tristicia que non
est viciū capitale ergo ira non est vicium capita
le. In oppositū est Grego. xxx. moraliuz ¶ Pri Pria pclō
ma conclusio ex ira oriūtur indignacio τ tumor
mentis probat primo auctoritate Grego. xli. mo
ra. Secundo experimur qui irascitur contra ali-
quem nō ei infert signa veneratiōis que ante illū
inferre solebat sed poti⁹ infert signa indignifica
tionis qua eum minoris precij facit q̄z prius τ in
dignificat τ ita indignificatio sive indignatio est
vna de filiabus ire Tho. autē videtur aliter dice
re dicit enim quod per indignationem significa-
tur estimatio qua iratus estimat eam qui iniuriā
sibi fecit indignū esse qui ei iniuriaz faceret τ ita
est defectus in multis aliqn̄do autem contingit
q iratus nichil cōsiderat aliqn̄do vero contin-
git q iratus scit se demeruisse apud eum qui ledit
vt ab eo lederetur τ nihilominus tamē irascitur
commun⁹ tamen accidit quod primo dictum est
scilicet indignificatio offendētis vel per indigna-
tionem possumus intelligere conquestionem qua
nunc apud vnū nunc apud aliud iratus conque
ritur de iniuria ab offendente accepta sed si hoc
modo intelligitur tunc non oritur regulariter in
dignatio nisi ex ira prime speciei scilicet ex acute
que est propalativa τ manifestativa sui τ non ex
amaritudine aut acerbitate prima tamen expo-
sitio mihi magis placet Cassi. super psal. xxxiii.
inter iram et indignationē hoc modo distinguit
ira inquit ad vltionē ptinet īdignatio ad motum
animi mediocrē Per tumorez mentis intelligit
Tho excogitationē diversarum viarū vindicādi
τ nocendi quibus replet mentem iratus τ ob hoc Quid p tu
dicitur mente tumescere. Michi autem videtur q morē mētis
per tumorem mentis intelligunt auctores elatio itelligūt au
nem quandam irati et appreciationem sui indebi ctores.
tam aut horum exteriora signa. Et preterea con-
temptum legis et preceptorum eorum maxime cō
tra quos agit inferendo vindictam solent enim ira
ti cum offensi sunt vel parvipensi statim in ani-
mo comparare se parvipēdentibus scilicet aut in
genere aut in potētia aut in sciencia aut in bonis
fortune aut in bonis nature et in consideratione
horum tumescere mente. Excogitatio autem di-
versarum viarum nocendi non pertinet ad filias
ire sicut nec vindicta pertinet ad filias ire sed per
tinet ad consiliū vindicte inferende qui enī vindi
care se cōstituit statī excogitat qua via facili⁹ τ cō
modi⁹ se vindicare poterit τ isti duo s̄cdūa scz īdi-
gnatio τ tumor mētis sacio sibi invicē cōsentiunt
nā qui parvipēdentē dignificare desiit τ apprciari
necesse est vt statī se sibi in aliquo preponat aut in
eo in quo debz nō se subiciat qd̄ est mēte tumesce-
te ¶ Probat p̄terea q indignatio hoc mō acce- Probat q
pta sicut accepit Tho. nō sit filia ire qz oīs actus indignatio
vel habit⁹ quē assignat Grego. p filia ire est vitio secū
sus sed nō oīs indignatio qua quis estimat illum pit Tho. nō
esse indignū talia vel talia inferre est viciosa ergo sit filia ire.
indignatio accepta pro huiusmodi estimatiōe nō
est filia illa ire quaz indignationez Grego. appel

lat. si tamen quis vellet dicere indignationem accipi communiter ad hec omnia satis probabiliter loqueretur quia nõ est dubium q iratus estimatio-
Euasio argumenti. nem quã dixit Tho. habet enim indignificatio-nem et contemptũ quendam offendentis et ex huiusmodi artibus indignificandi et contemnendi maxime incitamur. hũc esse contra illum indignatũ ideo satis videtur probabile q per indignationẽ
Secũda conclusio. virumque intelligeretur. ¶ Secunda conclusio. Clamor/contumelia/ et rixa sunt filie ire. probatur cõclusio ista. Aduerte q beatus Tho. per clamorem dixit intelligendam esse inordinatam et confusam locutionem in quo (vt mihi videtur) relinquit qd est de ratione clamoris vocalis expressio que ad eius rationẽ nõ pertinent maxime si per inordinatã locutionem intelligat eam que est inordinata quo ad prolationem et non quoad ordi-
Quid clamor irati nationẽ honestatis moralis. Dico ergo q clamor irati est alta et indebita vocis pronunciatio qua iratus vel iniuriã cõqueritur vel beneficia sua in offendẽtem exprobrat vel eum indignum qui offenderet vel indignificationis sue aut contẽptus manifestationem aut aliquid huiusmodi significat sue huiusmodi pronunciationis excogitationem taci-
Declaratio diffinitionis clamoris tam. Dixi autem pronunciatio vocis et non locutionẽ quia clamor iste aliquando fit sine locutione per solam pronunciationẽ interiectionum iram et indignationẽ significantiũ. aliquando vero fit per locutionem. est autẽ pronunciatio irati indebita
Pronunciatio irati inordinata multipliciter redditur multipliciter. Vnomodo ex inordinatione morali quia cum locus et tempus aut personarũ presentium reuerentia silentium aut sermonẽ moderatum expetunt in clamorem altum prorumpit. et hec inordinatio semper reperitur in clamore irascendi. aliomõ ex inordinatione pronunciationis irati enim posteriora prioribus clamando preferunt et ordinem locutionis peruertunt. contingit etiam inordinatio in ipsa pronunciatione dictionum et sillabarum. Tertio contingit etiã inordinatio in confusione sermonis qui frequẽter ita impetuose precipitant et confuse loquũtur vt nihil particulariter exprimãt per qd possit eorũ mens plene accipi quemadmodũ apud Terentiũ legimus de geta qui multa clamando et indignãdo conquestus est priusq̃ illata iniuria posset cõcipi verbis suis et bene verum est q clamor ille quẽ diffinit Tho. ex hac oritur. sed clamor isto modo diffinitus nõ est satis generale nomẽ ad comprehendendũ omnia que per clamorem ire filiam auctores in-
Quid per rixã intelligat Thomas. tellexerunt. Per rixã secundũ Tho. intelliguntur omnia nocumenta que de facto per iram proximis inferuntur. Ista opinio non mihi videtur vera quia auctores cũ enumerant filias alicuius peccati nunq̃ inter eas reponũt actus proprios siue interiores siue exteriores illius peccati: alias omne peccatum esset vicium capitale sed inferre nocumentum proximo ledenti est actus exterior proprius ire directe correspondens appetitui vindicte
Quid per rixã intelligãt auctores ab aliis a Tho. ergo rixa hoc modo accepta nõ est filia ire ideo dico q per rixam auctores intellexerũt lites / iurgia et contentiones verbales vel mẽtales qua irati habent contra offendentes aut cõtra alios qui fouere videntur partes offendentium. postq̃ enim

existit iratus in clamorẽ siue per se siue cũ alio super est vt vel cum offendente vel cum aliis litigare surgeret et rixetur et merito hec omnia apud ipsum facit. hec autẽ rixa aliquando fit per solum cõtentionem sine cõuitiis et verbis iniuriosis: sed fit contentio aut per exprobrationem beneficiorum aut cum ostenditur indignitas iniurie aut cũ iniurie inferuntur aut alio quouismodo et tunc proprie dicitur rixa. aliquãdo fit cum verbis iniuriosis et tunc ascendit ad gradum contumelie. cõtumelia autem põt fieri sine rixa. fit enim aliquando per conquestionem aliquã per clamorẽ aliquando per rixam. eius tamen propria ratio in hoc consistit q fit in verba iniuriosa prorupio aut huiusmõi verborũ tacita excogitatio. Aduerte tamen q si videtur quã appetit iratus esset cõuiciari ledenti et conuiciaretur sibi tunc actus proprius sicut contumelie esset proprius actus exterior ire et non esset filia ire. Sed dico q conuitium vel contumelia in quã prorumpit iratus que nõ est illata ab eo per modum vindicte sed magis ex impetu et vehemẽtia ire expressa est filia ire et differẽtia est inter istã et illam q posita prima contumelia quã facit iratus statim pro vindicta quiescit ira qd verum est cum statuit eam pro vindicta totali nõ pro parte vindicte. posita autẽ sc̃da nõ quiescit ira maxime in amaris et acerbis: in acutis autẽ contingit q quiescit nõ quia fit actus exterior ire sed qr in eis facile quiescit ira per propalationem vt habet Aris. in quarto ethico. vt dictum est tamen si cõtumeliam iratus inferat per modum vindicte tunc cõtumelia huiusmõi nõ est filia ire sed actus exterior ire appetitui vindicte correspondens. ¶ Tertia cõ- Tercia cõclusio
clusio. blasphemia est filia ire probatur qr experimur in multis q in vehementia et impetu ire iratus prorumpit in verba et facta cõtumeliosa nõ solum in proximũ contra quem irascitur sed etiã in deum eumq̃ in eum qui eum prohibere potuit iniuriam non prohibuit aut in eum cuius impulsione iniuria illata est aut qr nõ habet in quẽ effundat impetum ire in deum administratorem rerum omnium effundit. Inde est q irati etiam impetum ire sue nonnũq̃ in suos effundunt. blas- blasphemia
phemia autem nõ solum verbis sed etiam factis fit duplex et
committitur vt si iratus ymaginem crucifixi con contumelia
fringeret: blasphemaret nõ verbo sed facto. non pariter
enim sola verba sunt signa iniuriosa contra deum sed etiam facta. Et eodem modo dicendũ est de cõtumelia qd non solum perficitur verbis sed etiam factis vt si statutum fuerit in ciuitate q ante domos meretricum ponatur aliquod certum signũ et Vrrihas signum illud ponat scienter ad dominum virtue sue tantam cõtumeliam hoc facto et intulit q̃tam intulisset si eam meretricem appellasset immo tanto maiorem q̃to factũ est voce permanentius. Ex quibus patet q Tho. nõ bene distin- Contelunt
xit contumeliam et blasphemiam cũ dixit q sunt inordinationes quibus irati prorumpunt in verba iniuriosa que si sint in proximum dicitur contumelia si sint in deum dicitur blasphemia. cum autem sit processus ad factum tunc dicitur rixa. non enim exprobratio satis patet ex dictis. ¶ Arguo Cõtra diffinitionẽ datas a Tho. cõtumelie et blasphemie
contra sic. cum impetus ire prorumpit vsq ad de-

a

destructionem ymaginis crucifixi aut vsq ad facium aliquod quod est signum contumeliosuz tamen modo supradicto pertinent actus illi ad filias aliquas ire sed non ad indignationem vel tumorem quia egrediuntur mentem irati nec pertinent ad rixam cum non sit ibi altercatio nec contentio plurium nec ad clamorem cum non sit ibi vocis indebita pronunciatio ergo nec ad blasphe-
Quarta pclo miam et contumeliam. ¶ Quarta conclusio est tristicia est filia ire probatur ista conclusio auctoritate Cassia. enumerantis vero vicia principalia hoc ordine gastrimargiam fornicationē philargiriam siue auariciam iram tristiciaz accidiā cenodoxiam siue iactātiā z superbiam z de sex primis dicit q incrementum priorum semper est posteriorum exordium quod probat inducendo per singula vbi expresse habet q exuberantia ire est origo tristicie Secundo secundum eum si volumus superare tristiciam oportet extinguere iram sed hoc non est nisi quia tristicia nascitur ex ira igi-
In irato triplex inenit tristicia. tur. ¶ Aduerte tamen q in irato triplex reperitur tristicia vna que est ex paruipensione z offensione Secunda que est ex nocumento Tercia que est ex eo q deest nobis vlciscendi facultas prima tristicia secundum Aristote. est formaliter ira vt patet ex secundo rethori. z non est filia ire. Secunda est filia ire secundum Cassia. z similiter tercia ipse enim collatione quinta dicit q duo sunt tristicie genera vnum quod de illato dampno desiderio vel prepedito etiam iracundia desinente generatur aliud quod irrationali mentis anxietate seu
Duo tristicie genera desperacione descendit. Ex quibus verbis apparet q preter tristiciam illam que est ira adhuc in irato reperitur duplex tristicia vna que est de illato dampno vel desiderio nostro impedito que manet etiaz quiescente ira ita scilicet q postq̄z quis cessat tristari eo q offensus est vel contempt9 cessat etiam appetere vindictaz ita q totaliter in eo quiescit ira et adhuc remanet ibi vna tristicia de damphisicatione siue de dampno illato que stat etiam cum amicicia ad eum qui intulit dampnum et q iste tristicie sint distincte patet qz aliquando est prima sine secunda vt cum irascimur aduersus eum qui conatus est inferre dampnum et non potuit aliquando vero est secūda sine prima vt cum tristamur de dampno nobis ab amico nostro nescienter illato et maxime cum de hac eius ignorantia certi sumus Tercia tristicia est illa q̄z Cassia. dicit ex desperatione prouenire cum enim desperam9 non vlcisci posse tunc noua anxietas nascitur. Similiter etiam cum quis desperat dāpna illata resarciri posse generatur noua anxietas ex tristicia licet hoc multi ponerent pertinere ad tristiciam de nocumento quia hoc quod est non posse faciliter resarciri vel restitui quod ablatum est per nocumentum est circunstantia nocumenti quod si ponamus hoc pertinere ad aliam speciez tristicie tunc ponemus ibi quattuor tristicias in irato quarū prima est ira alie ex ira nascuntur tristicia tamen ex desperatione vindicte magis proprie dicenda est filia ire inulte q̄z ire quia non nascitur nisi ex ira que vltionem assequi non potest
Quinta pclo nisi cum difficultate. ¶ Quinta conclusio ex ira

quando q nascuntur odium et inuidia de odio patet quia scclidū Augu. psal. ii. ira inueterata odiuz est z compacatur ira ad odiuz sicut festuca ad trabem vt dicit Cassi. ii. de institutione monachorum cauendū ne festuca tua fiat trabes id est ne ira fiat odium sed ira nō sit odiū per hoc quod aliqū factum sit vel hoc sit illud ergo ira fit odiū per hoc q nascit ex illo z hoc nato illud desinit minor patet per distinctionē quaz ponunt omnes auctores inter iraz z odium de qua post dicet. Secūdo patet per Aug. in regula dicentez q odiū nascitur ex ira. Tercio patet per Grego. v moral. dicētez nō nūq̄z duz accensus animus per iram consueta locutiōe restringitur q accessuz tēporis penit9 a dilectiōe proximi separat z acriores simul ad mētem venius causas q̄ grauius exasperant adiunt z ira in odiū vertit Confirmat ex hoc q est velle nocumētū alteri p modū vīdicte orit hoc quod est velle absolutum nocumentum alteri vt sibi male sit. Sed primum pertinet ad iram secundum vero ad odium primum vero importat q illud nocumentum sit apparens ira scilicet q innotescat hominibus nocumentum illatum esse tale et a tali et in vltionē iniurie hec enim importantur nomine vindicte licet a vindicante propter metum pene iuste occultentur interdum apperte tamen hec manifestantur quamuis fieri potest sine damno suo z hec patent per diffinitiones ire et odij quas ponit Aris. secūdo rethorice. Et prima pars antecedentis probatur quia ex consuetudine appetendi nocumentuz manifestum inducimur ad appetendum qualitercunq nocumentum. Similiter ex hoc appetitur impotentia aut desperatione vindicte iratus appeteret ei cui irascitur male esse et quia nō audet aperte secrete procurare malū eius ex quibus nascit in irascente odium de inuidia patet quia vt dicitur est de ira nascit indignatio z tumor mentis i. appreciatio sui super offendentē z indignificatio offendentis sed ex hoc tumore mentis que est superbia quedam nascitur inuidia igitur et ex ira nascitur inuidia iratus enim per tumorem mentis appetit precellere ei in quē irascitur cōstituat tem q appetitus iste excellentie inducit inuidiaz
Eest dicatur q ira inducit et inclinat ad dolendū de bono illius cui irascimur ergo ex ira imme- Cōtra cōnclusionē.
diate generatur inuidia et non solū mediante tumore mentis. ¶ Ad primam respondet Beatus Solutio
Tho. q dolere de bono alicuius contingit dupliciter vno modo propter desiderium nocumēti sui Cōtigit dupl'r dolere de bono alicuius.
aut quia p hoc quod promouet ad bonum potestas vindicandi in irato diminuit z sic concederet z negaret consequentiam quia ista tristicia nō pertinet ad inuidiam. Alio modo fit dolor de bono alterius similiter propter gloriaz z exaltationez nostram z hoc mō negaret añs z iste dolor pertinet ad inuidiā vt dicit Tho. ¶ Sexta conclusio Sexta pclo
Nō enim sunt quinq filie ire vt patet ex dictis Secundo pz auctoritate Ambro. ii. de paradiso dicentis omnia vitia ex cupiditate z ira oriri incentiuum inquit peccandi est ira vel cupiditas vel plerumq formido licet ex formidine oriatur cupiditas dum vnusquisq vult vitare qd metuit vnde recte iracundia z cupiditas ostenduntur incentiua

Septima conclusio.

Expō p̄clo nis

reliquorum. ¶ Septima cōclusio sola p̄dicta nascuntur ex ira regulariter totaliter ꝛ subito et nō in gñe cause fin alis. Per hoc qḋ dicit subito secluditur odium qḋ nō nascitur nisi ex ira inueterata. per hoc qḋ dixi totaliter secludo tristiciaꝫ que nō nascitur ex ira nisi vl' posito nocumento vl' pro ira desperatione vindicte vel aliquo alio extrinseco. Per hoc qḋ dixi regulariter secludo omnia alia que nascunt̄ aliq̄n ab ira licꝫ raro ꝛ in paucioribus vt iratus ad hoc q̄ cōmodius se possit vindicare ambit magistratū aut officiuꝫ vel auctoritatem iudicis aut alterius dignitatis et ita ambicio aliquando nascit̄ ex ira sed nō regulariter, dixi autem nō in genere cause finalis ꝓpteres que nascunt̄ ex ira in genere cause finalis vt magistratus/ambitio/auaricia/dissimulatō/affabilitas q̄ in istis est dabile aliqḋ quod aliquando est ꝓpter vindictam volitū vel nolituꝫ. Qḋ autē ista quinq̄ sola hō cōmō nascantur ex ira patꝫ q̄ iratus ex impetu ire aut fertur in proximū aut in deū. si in deum: sic est blasphemia siue sit mētis siue vocis siue operis. si in proximū contra quē irascit̄ aut in aliquem sitorū aut cōsistit in contēptu et intromotione signorū venerationis vel amicitie ꝛ tūc est indignatio aut in cōparatione sui scḋm excessum ad eum q̄ offendit et tūc est tumor mētis aut cōsistit in accusatione ꝛ defensione et hoc mentali vel vocali ꝛ tunc est rixa aut consistit in querimonia cū iāte et vehementi seu interi⁹ excogitata seu exterius clamosa ꝛ indebita voce ꝓlata et sic est clamor aut fertur in ꝓximū per opprobria et cōuicia ꝛ hoc siue mentalr̄ siue vocaliter et tūc est cōtumelia. Quod aūt contumelia/clamor/blasphemia: nō solum cōsistāt in factis ꝛ in verbis sed etiā in cogitatione mentis patꝫ per Gre. li. v. mora. plerūq̄ ira inquit per silentiū clausa intra mentē vehementius estuat ꝛ clamosas tacita voces format ecce de clamore mentali que nō est aliud q̄ꝫ excogitatio immo ꝛ formatio sermonis clamorosi. sine clamore tū quod pertinet ad tertiuꝫ genus mentaliū de quibus loquit̄ Aug. ꝛ recitat Greg. de arimino p̄ma questi. primi. Et sequitur obiicit et quasi inter ex intus posita diutius exasperata respōdet ꝛ hoc est quo ad rixam mentaleꝫ Ex quibus concludit sicq̄ꝫ it vt perturbatus animus maioreꝫ strepitū sui silentij sentiat cūq̄ꝫ grauius clausa ire flammā cōsumit. Et subdit ꝛ ideo dicit cogitationes iracūdi vipere gñationes sunt et mentem comedūt m̄ tcrē suam qḋ si sit clamor et rixa mentalis nulli dubiū quin etiam sit contumelia mentalis sicut autem rixa cōtumelia ꝛ tumor sunt operis vocis et mētis ita ꝛ blasphemia et indignatio et tumor mētis. blasphemus enim habet cogitationes deordinatas in deū similiter iratus habet p indignationē signa conceptus et in veneratione et separatione amicitie ꝛ hoc tam in verbis vt dicendo racha q̄ꝫ in opere vt cum est aspect⁹ toruus aut alius motus vel gestus ad indignationem pertinens. similiter iratus per tumorem mentis exhibet aliquando signa prestantie sue sup offendentem aut suos tunc sic ista exteriora nascuntur extra ꝓpositū et nō pertinent ad blasphemiam nec ad clamoreꝫ nec ad rixam nec ad contumeliaꝫ vt cōstat ex diffinitionibus q̄ pertinent ad indignationē aut tumorē mētis. Tum secundo q̄ sunt actus exteriores correspondētes actibus interiorib⁹ indignationis ꝛ tumoris mētis. similiter accipiant̄ cogitationes ille blasphemie cōtumeliose clamorose et rixose iste nascunt̄ ex ira et nō pertinent ad indignationē nec ad tumorem mentis q̄ pertinēt ad alias filias ire.

Octaua cō clusio

¶ Octaua conclusio. ira est vitium capitale. probatur cōclusio ex dictis. patꝫ secundo q̄ ira ratione impetus sui et vehementie habet q̄ ex ea multa alia vitia oriantur vt ex supradictis patuit nō placet michi tamen qḋ ait beatus Tho. q̄ ira ex parte obiecti sui scꝫ vindicte que multū appetibilitatis habet inquantū appetitur sub ratione iusti et honesti habet q̄ mala vitia ex ea nascuntur quia de sex filiab⁹ quas enumerat nulla nascitur ex vindicte appetitu sed ex impetu ꝛ vehementia ire q̄ꝫuis vt dictum est tristicia nascatur ex appetitu vindicte desperate ꝛ odium ꝛ inuidia similiter ex appetitu vindicte sed ista non enumerat Tho inter filias ire.

Cōtra p̄mā cōclusionē.

¶ Contra primam cōclusionem arguitur primo. indignatio nascitur ex inuidia q̄ indignatio nō nascitur ex ira añs patꝫ quia postq̄ꝫ quis inuidere incipit alteri nō plus ei exhibet signa venerationis que exhibere solebat ꝛ similiter posset argui de tumore mentis. Secūdo tumor mentis est spēs superbie: sed superbia nō nascitur ex ira cū ipsa sit origo omnium viciorū igit̄. Tertio arguitur cōtra ea que de indignatione dicta sunt primo per illud qḋ habet̄ Luce. xv. de fratre filij prodigi qui cū audiuisset fratrem suū a patre cū tanto gaudio receptum fuisse: indignatus est ꝛ nolebat intrare. Tum secundo per illud quod Mat. secundo legitur de decem Apostolis q̄ cum audissent q̄ duo Apost. Johannes ꝛ Jaco. fratres petijssent sedere vnus ad dextrum alius ad sinistram indignati sunt. Quarto indignatō causatur ex eo q̄ mali florent in mūdo ꝛ boni mala patiuntur ergo non nascitur ex ira. añs patꝫ per illud Ambro. Fratres non indignemini si mali florent in mundo ꝛ vos mala patimini non enim est christiane dignitatis in talibus exaltari sed deprimi illi nichil habent in celo ꝛ vos in mundo. ꝛ ideo quicquid vobis mali contingat vos potius gaudere debetis.

Autoritas decii Ambro.

Tum secūdo per illud Crisost. Nemo videns malignos prosperitatem habere turbetur. nō est hic retributio virtutis ꝛ vitij sed velut quidem gustus vt recitat̄ de penitentia disti. ii. sexta. Tum tertio per illud Augusti. super Psalte. si felicitateꝫ huius seculi promisit tibi christus murmura aduersus illum quādo vides infidelem felicem quid tibi promisit felicitatis nisi in resurrectione mortuorū. quid autē in hac vita nihil ipse promisit an dedignaris serue ꝛ discipule qḋ dominus ꝛ magister nō dedignatur nōne ab ipso audis non est seruus maior domino suo nō est discipulus super magistruꝫ ille pro te dolores flagella crucem mortē ꝛ opprobria portauit ꝛ quid horum iusto debebat̄ quod tibi peccatori non debeatur sed constat q̄ in istis

auctoritatib⁹ nō accipitur indignatio mō supra
Solutiões. dicto igitur ¶ Ad primam concedo antecedens et nego consequētiam quia nihil repugnat idem vitium ex diversis vitijs oriri secundū enim q̄ cōtemptus et indignificatio ordinātur ad deprimendū gloriaz alterius oriuntur ex inuidia secūdū vero q̄ in hec prorumpit ire impetus oriuntur ex ira. Ad secundā concedo antecedens pro prima parte et nego secundaz dico enī q̄ superbia oritur ex varijs et diversis vicijs secundaz q̄ ostensuz est cum agebatur de superbia et cum hoc stat q̄ ipsa inter omnium viciorū est Ad terciaz et quartaz dico q̄ indignatio aliquādo capitur pro tristicia que tristicia aliquando est tristicia ire aliquando est tristicia impatientie aliquādo est tristicia nemesis aliquādo tristicia zeli aliqñ tristicia inuidie aliquādo odij constat autez q̄ sicut in predictis auctoritatibus non capitur indignatio eo modo quo diximus ita nec capitur eomō quo dicit Tho. quia hijs modis tristicia non est filia ire Ad primam ergo probationem de fratre filij pdigi dico q̄ facit pro me nā nolle intrare patre gaudēte signū est inuenerationis et cuiusdaz dissolutionis necessitudinis filialis Et constat q̄ non potest capi pro estimatione de qua loquitur Tho. Ad secundam probationē de indignatiōe decē apostolorum dico q̄ illa indignatio non erat ad tristiciaz pertinēs sed poti⁹ ad nemesim si fuerit recte circūstantionata si aūt defecerit aliqua circumstantia tunc pertinebat ad aliquid simile nemesi. Indignatio autem ad nemesim pertinēs est qua indignamur alicui inesse aut pcurari aliquod bonum quo ipse indignus est et quia decez aposto. sciebant Jo. et Jaco. tanto bono indignos et ob hoc dictum esset eis a christo nescitis quid petatis ideo si non fuerit aliunde viciaz indignatio eorū fuit nemesica si autem ob hoc tristati fuissēt q̄ malebant bonū illud inesse eis fuisset indignatio zeli accepto nomine zeli sicut accipit Aristo. secundo rethorice constat autem q̄ non fuit indignatio ad iram ppriē dictā pertinens nec fuit illa estimatio de qua loquitur Tho. Ad quartam dico q̄ indignatio illa qua indignamur malos florere si sit recta circūstantionata est indignatio nemesica quia estimamus eos indignos tanta bonorū affluentia Propheta autez et alij auctores cum debent non esse ob hoc indignandi nituntur suadere non vt nullo modo indignentur sed vt indignationem perturbantem que retrahit ab operibus bonis et cultu diuino fugiamus et ad hoc inducit auctoritates Ambrosij Criso. et Aug⁹. possent etiam predicta exponi de indignatione īpatiētie et maxime qū idignatio ex hoc orit q̄ caren⁹ bonis quib⁹ illi habūdant.

Cōtra scd̄az tercia et quartā cōclusiones ¶ Contra scdam terciaz et quartaz cōclusiones arguit sic si predicta oriuntur ex ira aut imediate aut mediate non īmediate quia tūc essent actus eliciti ire et non essent inter filias numeranda sīmediāte actu elicito ire aut vel essent sine quibus non posset haberi exterior actus ire quod est falsum de rixa blasphemia et clamore et contumelia vocalibus in amaris et difficili b⁹ qui interius iram retinent aut essent vtilis ad huiusmodi actum exteriorem et hoc modo non eaz per

hec reddatur ille contra quez quis irascitur cautior ad cauendū nocumentuz aut essent remotiua impedimenti actus exterioris et hoc non vt constat igitur non oriuntur ex predictis. ¶ Ad hanc rationem respondeo q̄ mediāte actu elicito mediāte scz actuali tristicia perturbante habet enim ira immoderata habitualis duos actus scilicet tristiciaz perturbantem et impetuosaz et appetitū vindicte Et ad pbationē nego consequentiā pro terbus partibus eius dico q̄ aliquid oritur ex alio dupliciter. vno modo in genere cause finalis quomō illiberalitas capiendi vnde oportet orit in genere cause finalis ex pdigalitate et furtū aut raptus ex auaricia et gula interdum ex luxuria ideo enī non nulli gula abutunt vt luxurient Alio mō aliquid oritur ex aliquo effectiue aut excitatiue quomō luxuria oritur ex gula et hoc modo predicta oriuntur ex ira quia tristicia illa irati estuans vt dicit Gregorius excitat imo impellit iratum vt in omnia supradicta prorumpat et per hanc distinctionem pōt facile respōderi ad omnes partes argumenti q̄ argumentū pcedit de originatione in genere cause finalis cōclusiones autez de origine in genere cause efficientis vel excitatiue vel inclinantis. Aduerte tamen q̄ cū aliquid oritur ex alio in genere cause finalis ex alijs et alijs actibus q̄z cū orit ex eodē in genere cause efficientis. Nā primo modo contingit mediante actu interiori quo voluntas vult et fugit aliquid propter aliud assequādum vel fugiendum vt cum quis vult vti forti vino vt luxurietur et cum quis dissimulat inimicicium vt facilius vlciscatur vel noceat aut cum quis vult accipere quod non oportet vt consumat in eo quod non oportet. Hec autem causatio vel originatio non dicitur esse in genere cause finalis per seclusionem cause efficientis. Volitio enim qua tu vis scortari cum iudicio quo iudicas vinum forte esse aptum ad libidinem est causa efficiens volitionis qua tu vis forte vinum bibere. In secundo autem aliquando et communius causalitas est ab actu exteriori verbi gratia in predicto exemplo bibere forte vinum est causa efficiens scortationis excitans scilicet et inclinās mediantibus certis qualitatibus corporalibus per forte vinum genitis aliquando etiam hec causalitas contingit in actu interiori verbi gratia secundum Cassianum ira oritur ex auaricia non in genere cause finalis quia non ideo quis vult vindicari vt acquirat. Sed in genere cause efficientis quia cupiditas excessiua habendi cum iudicio quo quis iudicat dampnum in bonis illatum esse a tali est causa q̄ aduersus illum irascatur et ideo dans operam scientie morali multum debet notare hos diversos modos originationis. Quantum autem ad propositum pertinet dico q̄ nulla de sex filiab⁹ ire assignatis a Gregorio orit ex ira in genere cause finalis Quod patz quis vel irat⁹ indignat contumeliat blasphemat et sic de alijs per modū vindicte et in vlcionem iniurie et tunc sunt act⁹ ire et nō filie. Vel nō facit hec ex proposito vindicte sine causa vlciscendi et tunc non vult hoc propter hoc et per consequens non est originatio in genere cause finalis. Secundo cum ēt

Solutio

Aliqd ex alio orit duplicit

originatio in genere cause finalis tunc nõ est ori-
ginatio mere naturalis sed voluntaria quia pre-
stituitur a voluntate hoc tanq̃ finis illius. Sed
originatio predicta vnius ex filiarum ex ira est me
re naturalis et nõ presupponit quamcunq̃ pre-
stitutionem voluntatis nec ordinationem etiam
quia voluntas ordinet hoc ad illud q̃ non est ori-
ginatio in genere cause finalis. Similiter etiam
odium et inuidia nascunt ex ira nõ in genere cau
se finalis sed in genere cause efficientis et est ali-
quo modo simile cautioni qua ex virgula fit tra-
bes et ex puero fit vir sed nõ totaliter propter dif
ferentiam specificam inter iram et odium.

Cõtra septimã pclonẽ. ¶ Contra illud q̃d dictũ est in septima cõclusio-
ne de clamore arguit sic. nulla formatio alte vo-
cis est tacita et cum silentio omnis clamor est al-
te vocis formatio q̃ nullus clamor est tacitus et
cũ silentio. Scd'o omnis clamor est vox: nullus
conceptus mentis est vox: q̃ nullus pceptus men
tis est clamor. Eodem mõ argui potest de rixa et

Solutio. Vox dupl'r format. contumelia. Hec argumenta nõ sunt nisi ad de-
clarandum intentionẽ Gregorij. ¶ Ad primam
dico q̃ vox dicit formari dupliciter. Vnomõ in se
cum scilicet ipsa mediantib' instrumẽtis naturalib'
producitur et sic concedo maiorẽ accipẽdo silen
tium pro p̃uatione vocis aliomõ vox dicit forma
ri in signo suo sicut faciũt illi qui tacentes loquũ
tur qui formãt in se pceptus mentales nõ imme-
diate repñtantes res. sed repñtantes imediate vo
ces ipsas et hoc mõ intelligit Gre. voces clamo-
sas a mente tacita formari qz scilicet mens ipsa irati
format cõceptus mentales qui sunt naturales si-
militudines vocũ altarum et clamorosarum imo
aliquñdo talia cogitando et mente formando ita
cõmouetur animo vt etiam nõnullos motus et ge

Clamor ca pit dupl'r stus corporis conformes habeat. ¶ Ad secundã
dico q̃ clamor accipitur dupl'r. Vnomodo pprie
pro voce alta et sic concedo maiorem. Aliomodo
communiter pro hmõi voce aut pro signo men-
tali talis vocis nõ solum repñtante eam secundũ
q̃ vox sed secundum q̃ alta et sic nego maiorem

Duplex cõceptũs Et ad minorem dico q̃ duplex est conceptus qui-
dam est naturaliter representatiuus rerum quas
significat et de tali concedo minorem. Alius est re
presentatiuus ad placitum et per subordinatio-
nem ad vocem et de tali nego minorez accepto vo
cis nomine secundo modo distinctio ista de conce
ptu non est noua sed ab Augustino in multis lo-

Cõtra octauã pclonez cis posita. ¶ Contra octauam conclusionem ar-
guitur sic ira ex tristicia nascitur sz tristicia est vi
cium capitale cum eadem sit accidie q̃ ira nõ est
vicium capitale. Secundo odiũ est grauius pec
catum q̃z ira sed odium non est vicium capitale
ergo nec ira. Tertio nullum vicium capitale est
principium omnium peccatorum sed aliquorum
determinate sed ira est omnium peccatorũ prin
cipium igitur. minor ptz per glosam super illud
Prouerbiorum xxix. vir iracundus prouocat ri-
xas dicentem ianua est omnium viciorũ iracun
dia qua clausa intrinsecus virtutibus dabit qui-
es aperta ad omniũ facinus armabit animus.

Solutiões. ¶ Ad primam rñdet beatus Thomas q̃ illa tri
sticia ex qua orit ira vt plurimũ non est accidie
vicium sed passio tristicie que consequitur ex iniu
ria illata. Hec solutio nõ michi placz quia hmõi
tristicia de iniuria illata secundũ Aristotelem
secundo rethorice est ira ipsa ideo licet ex ista tri-
sticia oriantur appetitus vindicte: non tamen ex
ea oritur ira. concedo tamen cũ Thoma q̃ tristi-
cia illa ex qua oritur hmõi appetitus vindicte nõ
est tristicia accidie sed est tristicia ex damno illa-
to Ad argumentum ego nego maiorem et pñam
maiorem quidem qz ira non oritur regulariter ex
tristitia sed secundum Cassi. oritur ex auaricia et
generat tristiciam. si eñi quis nõ esset affectus ad
bona temporalia nõ irasceretur contra rationem
de damnificatione in eis: nõ nego tamen quin ex
multis alijs oriri possit. nego etiam minorem im
mo secundũ Cassianũ tristicia et accidia sunt duo
de octo vitijs principalibus et ponit alias et ali-
as species hui' et illius vt ibi clare patet. et ista
tristicia vt dicit Cassia. nõ generat iram sed ex ira
generatur. et hoc declaratum est supra. Et tertio
nego pñam quia vt patz in eodem loco vicia prin
cipalia ex alijs principalibus vitijs generantur
vt ex gastrimargia luxuria/ex luxuria auaricia:
ex auaricia ira: ex ira tristicia: ex tristicia accidia
ex iactantia superbia. Ad secundã respondet be-
atus Thomas q̃ de rõne vitij capitalis est q̃ ha
beat finem multum appetibilem et quia odium
nõ habet finem tam appetibilẽ sicut ira ideo etc.
Hec solutio nõ mihi placet qz solum habet locuz
vbi est originatio in genere cause finalis q̃d non
contingit de his que Tho. ponit ex ira generari.
Cum secundo qz oditor tantum appetit finem su
um quantũ inuidus: licz nõ habeat ex se q̃ sit tan
tum appetibilis. Dico q̃ vt prius q̃ ira compre-
hendit sub se odiũ vt dictũ est et est odiũ species
ire et ex odio nascunt multe de filiabus ire lz nõ
cum tanto impetu oditor in hec prorumpat sicut
iratus neq̃ ponit odium vicium capitale distin-
ctum ab ira eo q̃d cum sit spẽs eius eedem filie ex
eo sicut ex ira nascunt neq̃ oportz vicia capita-
lia esse grauiora nõ capitalibus. Ad tertiam con
cedo maiorem de principio in genere cause effici
entis proprie et per se et in genere cause finalis
de principio tamen per accidens in genere cau-
se efficientis remouentis prohibens nego maio-
rem et concedo minorem quia cum ira impedit
iudicium rationis ideo viam aperit ad omnia vi
cia. Hoc tamen intelligendum volo distinguen-
do vicium capitale a parente vitiorum secunduz
vsum sacrorum auctorum. Hoc modo enim vici-
um capitale includit in sua diffinitione quid no-
minis hoc complexũ non esse ex quo omnia vicia
oriuntur qz hoc est proprium vicij q̃d dicitur esse
omnium vitiorum parẽs. aliter dico et melius q̃
ira bñ est ianua omniũ viciorum sed nõ est princi
pium omniũ viciorũ. est eñi ianua qz posita ira
remotum est id q̃d obstabat viciorũ ingressui: sed
nõ est principium originatiuũ vt dictum est cum
nec omniũ vitiorũ obiecta sint volita vl' volibi
lia ppter obiectũ ire nec ira naturaľr excitet ad
omnia vicia nec ideo substrahat iudiciũ rõnis vt
pateat additꝰ ad alia vicia q̃d est nolle hoc ppter
illd velitũ in quo casu viciũ remouẽs phibẽs est

originatū a vicio qđ remolo prohibente inducit̄ nec alia vicia sunt volita vt subtrahatur iudiciū rationis in quo casu remouēs prohibens originaret aliud viciū in genere cause finalis ꝛ per se quia ex intentione sicut ex intentione frangens trabem vt lapis descendat est causa per se descensus lapidis non naturalis sed voluntaria

Querit̄ quarto vtrū

Querit̄ quarto vtrū passio ire sit ꝓ statu huius vite totaliter extinguibilis Arguitur ꝙ non qz passio ire est a natura multis insita ergo in eis nō est totaliter extinguibilis In oppositū arguitur auctoritate Cassi. dicentis omnia vicia preter gastrimargiam totaliter in hac vita extingui posse.

Quomōis iracūdie mot⁹ insequit̄ mor⁹ corpales et mores ꝛ hītu⁹ corruptos

¶ Notandum est ꝙ iracundie motus aliquā insequitur qualitates corporales ꝛ inde est ꝙ videm⁹ homines vni⁹ cōplexionis naturaliter magis inclinatos ad iracūdiā qz homines alterius ꝛ eosdem homines vno tempore magis qz alio tēpore Aliquādo vero iracundie mot⁹ consequitur mores ꝛ habitus corruptos ex actibus iracundie genitos Istis autē qualitatibus aut habitib⁹ ad iracundiam inclinantibus in nobis positis non est semper in potestate nostra quī sequatur huiusmodi motus ad apprehensionē paruipensionis ab alio illate sed in nostra potestate est superueniente iudicio rationis hmōi motū cohibere. Et ideo iracundie motus potest multis ꝛ varijs modis extingui

Iracūdie mot⁹ pt mltis modis extingui.

Primo ꝑcurando in nobis qualitates corporales cōuenientes mansuetudini ꝛ contrarias qualitatibus corporalib⁹ ad iracundiā inclinantibus. Secundo per ꝓpalationē ꝛ manifestationem causarū ex quibus quis ad iracundiā ꝓuocatur ꝛ diminutionem earū Tercio per conuersionē ad cōtrariū ire scz ad inirascibilitatē. Quarto per amorem iusticie ꝛ odium iniurie aliene. Quinto per precisionē viciorū ex quib⁹ oriri solet ira. Sexto consideratione magnorum dispendiorum q̄ ex ira īmoderata contingere possunt ꝛ parue vtilitatis q̄ ex vindicta reportat̄. Septimo ex consideratione magnorū virorum qui iracundiā cohibendo laudē am plissimā consecuti sunt Octauo ex consideratione eorū qui per opera iracundie ꝛ crudelitatis non solum vituperiū ꝛ infamiam sed etiam bona aut honestatem vite aut vitam ipsam perdiderunt. Nono ex amore christi ꝛ desiderio imitandi facta sua ꝛ ea maxime in quibus mitis et clementia sua apparuit. Decimo ex magnitudine premij quod christū imitātibus mitescentibus ꝓmissū est Undecimo ex auctoritatibus tū sacre scripture tum sactorū doctorū. tum phōꝝ moralium ad fugam iracundie suadētibus. Duodecimo ex precogitatiōe paruipensionum nobis contingere possibiliū ꝛ premunitione contra eas. Decimotercio ex cōsideratione offensionū quas in deū ꝛ proximū cōmisimus Decimoquarto ex leuioris pene inflictione. Decimoquinto ex collocutiōe honesta ꝛ rōnabili ꝛ declaratione beniuolētie nostre in eū q̄ se offensū dicit. Decimosexto ex fuga occasionū ire. Pro quorū declaratione sit.

Prīa pclo

¶ Prima cōclusio per mutationē qualitatum corporaliū propalationem ꝛ manifestationē iniurie ꝛ diminutionem eius diminuitur ire motus Prima pars probatur ex quibuscūqz causis motus aliquis excitatur ex earū oppositis natus est motus ille diminui ꝛ cessare sed motus ire per aliquas qualitates ꝛ dispositiōes corporales excitatur in nobis Nā scḋm Alber. qui iram tenent sicco disponunt̄ adusto ꝛ frigido qui aūt velocius irascuntur disponuntur calido velociter mouente ꝛ sicco acuto in motu obediente ergo ex qualitatibus corporalib⁹ diminuit̄ iracūdia Maior pz qz ex quibuscūqz causis res aliqua fit ex cōtrarijs dissoluitur Confirmatur sunt aliqui a natura inclinati ad opera mansuetudinis aut inirascibilitatis ratione cōplexionatiuū qualitatū sed huiusmodi qualitates pñt minui ꝛ augeri sicut potest subiectum earū scz humor vel flegmatic⁹ vel sanguineus ergo etiā alie qualitates cōtrarie poterūt minui et augeri ꝛ per ꝯñs poterit quis per hmōi q̄litates fieri minus iracund⁹ verbi gratia calidum et siccū quib⁹ disponit̄ velociter irascēs pōt per substractionē ꝛ diminutionē hmōi humorū calorē ꝛ siccitatē subiectantiū minui aut p alimenta frigida ꝛ humida. Similiter etiam dicendum de sicco adusto et frigido quib⁹ disponitur ille qui tenet irā diuturna in quo viget melācolia ex colera adusta Difficiles autem qui sunt ꝛ velocis ire et tenacis vt vult Albertus habēt melancoliam adustā que est ex sanguine adusto ex sanguine enim accedunt ad leuitatē colere ex adusto et tenacitatem melancolie constat enim ꝙ per bonum regimen et conuenientia alimēta aut etiam medicamina hi humores diminui poterunt ita ꝙ non habebunt tantam vim in inclinando. Est tamen in hoc remedio cauendum. Primo ne periclitet̄ sanitas ꝛ bona valitudo corporis. Secundo ne bona dispositio anime depereat ne scilz per hmōi regimen ꝛ alimenta fieret inclinatio ad vicia deteriora ad que forte ex alijs qualitatibus aliquantulū est inclinatus. Secunda ps conclusionis probat̄ auctoritate Arist. iiij. ethi. qui causam assignans ꝓpter quā iracundi acuti cito quiescunt dicit ꝙ hoc est quī non retinent irā sed reddunt vel manifesti sunt hoc est amicis suis causas ire apperiūt et notificāt. De amaris aūt dicit ꝙ diu et longo tēpore irascuntur qz retinent irā nec causas ire sue manifestant sz occultas tenent q̄ ex opposito scz ex manifestatione causarum ire quiescit ira. Secūdo qui lic causas manifestant suadent̄ ad tollerantiā et ad mansuetudinem, ab hijs quibus manifestant sz per hmōi suasiones nata est ira quiescere igit̄ Hāc rōnem innuit Arist. cum ait. hoc aūt non effecto graue habent ꝓpter nō manifestū eū esse ꝛ neqz suadebit ipsis aliqs. Uidetur eni mihi ꝙ colloquēdo et apperiendo ac manifestando ire causas iratus digerit ꝛ cōsumit humores illos in quibus sunt male qualitates inclināntes ad iracundiā aut facit ꝙ hmōi humores qui erant cōmoti et inflāmati quiescunt sicut eū tempore digerit̄ ira secundū Arist. ita ꝛ manifestatione ac propalatiōe. Confirmat̄ quia qū quis aperit ire sue causas amicis bonis ꝛ prudentibus tunc ipsi ostendunt ei vel iniuriā non esse tantam quantam esse putat vel eam non esse factam

Probant̄ ptes pclōis

etiam ex malluolentis autem eū dedisse puto alijs causam et occasionem aut ram negligendaz esse aut alio quoquomodo causas ire sue minores ostendunt. Sed per tales suasiones diminuitur ira igitur.

Secūda p̄clo ¶ Secunda conclusio. ira diminuitur per conuersionē ad inirascibilitatem z amorez iusticie z odium iniurie. Prima pars patz p Aris. secundo ethicorū vbi ponit documēta adipiscendi medium virtutis dicens q̄ quia sunt praui ad vnum viciorum oppositorū tunc se flectere et conuertere debent ad oppositum & qui sunt p̄ni ad iracundiam debent se flectere ad inirascibilitatez Per hoc enim q̄ longe z multum recedūt ab extremo ad qd̄ sunt proniores tandez veniūt ad medium virtutis qd̄ est inter hec extrema positū. et hoc fit exemplo illorū qui lingua tortuosa volūt recta facere: tales enim nō solum flectunt vsq̄ ad medium rectitudinis sed obliquant z contorquent vsq̄ ad partem oppositā. Secunda pars patz q̄z qui amat iusticiam z odit iniuriam neq̄ plus de vindicta expetit q̄z debetur neq̄ modo quo nō debetur sez contra iuris ordinem q̄z vel plus appetendo de vindicta vel contra iuris ordinem appetendo nec odiret iniuriam nec amaret iusticiam.

Tertia p̄clo ¶ Tertia conclusio diminuit ira per precisionez viciorum ex quibus nata est oriri cōsiderationem magnorum dispendiorū que ex ira immoderata contingere possunt z considerationē parue vtilitatis ex vindicta et vltione cōtingentis. Prima pars probatur p Cassi. collatione. v. dicentem q̄ q̄ precedentibus vicijs ad sequentia oportet nos intrare certamē vt si velimus accidiā vincere oportet superare tristiciam: si tristicia superāda est oportet extinguere iram si ira extinguenda est calcanda est auaricia. secondū ipsum autem ex auaricia oritur ira z probat idem Cassi. q̄z cuiuslibz arboris noxia latitudo ac p̄ceritas facilius emarcesceret si prius eius radices fuerint succise sed priora sunt radices posteriorum igit. Secundo probat idem dicens q̄ infestantes humores aquarū continuo exsiccantur si fons ac p̄fluentes vene fuerint obturate sed priora se habent vt fontes z vene ex quibus posteriora profluunt igit. Aduerte tamen q̄ q̄uis dicat Cassianus q̄ ira nascitur ex auaricia tamen hoc nō est intelligendū q̄ solum ex ea nascatur immo nascit etiam satis frequenter ex iactātia z superbia. causatur enī ira ex paruipensione q̄ nascitur ex inordinato amore omnium eorum in quibus potest p̄tingere paruipensio aut iniuria nostra. paruipensio autem et iniuria nō solum nobis affertur per nocumentū in diuitijs z alijs bonis que per auariciā amant: sed etiam in bonis glorie estimationis bone fame et hm̄oi que inordinate amantur per iactantiā. consistit etiam paruipensio in contemptu qui oditur inordinate per superbiam ideo ex omnibus istis nascitur ira ideo debet vnusquisq̄ volens certare contra iram considerare ex quo vitio in seipso oriatur ira et illud vitium quantum potest prescindere. Secunda pars patz quia qui diligenter considerat magna dispendia que ex ira contingunt puta vulnerationes/mortes/inimicitias magnorū virorum/iram dei/z alia mala a illis retrahit ab appetitu vindicte z maxime cum in vindicta nō consistat magna vtilitas imo ipse actus vindicandi frequenter plus habet periculi tristicie et detrimenti q̄z delectationis nam omnibus deliberantibus commune est per damna z incōmoda reuocari ab hijs que delectabilia videntur. Tertia pars patz quia vindicta solū habet rationem boni delectabilis. delectant enim irati vt vult Arist. cū retribuunt.

Quarta p̄clo ¶ Quarta conclusio. per cōsiderationem magnorum virorū qui parcendo laudem cōsecuti sunt aut eorum qui vlciscendo vituperium et infamiam z grauia detrimenta susceperunt diminuitur iracundia. patz q̄z magnorum virorum exempla nos multū prouocant z incitant ad hoc q̄ sequamur ea ratione quorum laudem promeruerunt z ea fugiamus pro quibus sunt cōsecuti vituperium z dispendiū. Dauid pepercit sibi cōuiciantibus z noluit occidere Saulem ipsū persequentem cum pot. Sara filia raguelis grauem ab ancillis contumeliā patiēter tulit neq̄ quicq̄z ei respondit: sed se statī ad rōnez conuertit. Thobie. iij. Hm̄oi exempla tam mansuetorū q̄z crudelium maxime quando opera mansuetudinis secuta est honestas aut cōmoditas. opera autem iracundie dispendium valent ad cohibendū iracundiam.

Quīta p̄clo ¶ Quinta conclusio per considerationem operum xp̄i quibus veniam iniuriantibus z calūpniantibus dedit z desiderium feruens imitandi iracundia cohibetur. probat auctoritate Gre. dicentis q̄ rememorando ea que xp̄s pro nobis passus est cum omni patientia z mansuetudine debemus velle eum imitari z sine turbatione velle sustinere iniurias. Secondo per illud quod habetur prime Petri scdo. xp̄s passus est pro nobis vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius qui cum malediceretur nō maledicebat: cū pateretur nō cōminabat. Tertio exemplo Hiere. qui cum tractaretur de morte eius ad dn̄m loquebatur dicens Ego nō sum turbatus te pastorem sequens ac quo in persona eius loquens ait. Ego quasi agnus mansuetus qui portat ad victimaz Hiere. iij.

Gregoriū sarcū decim Quarto per illud Gre. Si passio xp̄i ad memoriam reuocet nihil ē adeo aduersum qd̄ equo animo nō tolleret. omnia enim que possunt animum excitare ad iram z appetitum vindicte fecerunt facta circa eum ad q̄s cum maxima beneficia contulerat et tamen idem per eos moriens clamabat Pater ignosce eis q̄z nesciunt quid faciunt. Quinto xp̄s habuit vehementissimas causas ire contra eos qui persequebant eum z tamē nō iratus est sed mansuetissime se habuit erga eos ergo ex desiderio imitandi xp̄m z consideratione sue mansuetudinis maxime induci possumus ad cohibendam iram. Sexto ea que xp̄s patiebat nō debebant peccatis suis sed nostris. quecunq̄ autem patimur vt in pluribus ex demeritis nostris patimur ergo si ipse cum tanta mansuetudine iurias et opprobria sustulit nos multomagis talia mansuete ferre tenemur.

Sexta p̄clo ¶ Sexta cōclusio ex magnitudine p̄miū cohibentibus iracūdiā promissi z auctoribus tam sacrarū q̄z moraliū litterarum z rōnibus ad idē pertinentibus diminuit in nobis ira. Prima pars p̄z quia merces z pre

misi nata sunt inducere ad opera illa, pro quibus huiusmodi merces promissa est. Inde est enim quod ut habet Aristo. in quinto ethicorum leges instituerunt supplicia contra demerentes et premia pro bene et virtuose operantibus ut per supplicia deterrerentur a malis et per premia ad virtuosa opera alicerentur. Secunda pars patet quia sacrarum litterarum et moralis doctrine auctoritas vim magnam habet in nobis ad hoc quod sequamur id quod per huiusmodi auctoritatem consulitur esse faciendum et fugiemus id quod per eam consulitur esse fugiendum nam si nude stat et sine ratione tunc impellunt ex ipsa auctoritate dicentis si autem non sint nude sed rationem adiunctam habeant tunc iam est eis duplex efficacia. Tercia pars patet quia nihil est in nobis quod voluntatem contra passionum impetum hortari et allicere possit tam efficaciter sicut ratio: sed rationibus et argumentis contra iracundiam inductis maxime firmatur ratio igitur Huiusmodi autem rationes et argumenta ex omnibus supradictis colligi possunt.

Septima conclusio. ¶ Septima conclusio ex preuisione paruipensionum nobis contingere possibilium et consideratione paruipensionum quibus et deum et proximum frequenter paruipendimus cohibetur in nobis iracundia. Primum patet quia si quis incepturus aliquid ex quo potest nasci et oriri contra eum materia iniuriarum et paruipensionum preconsideret omnes iniurias et contumelias que inde possunt sibi inferri et ex tunc antequam inferantur preparat animum ad tollerare tunc animus eius erit mirabiliter preparatus ad tollerantiam equanimem earum et ad hoc quod inter eas imperturbatus maneat sicut contingit de mercatoribus et aliis cum preconsiderant dampna que possunt eis accidere tunc cum accidunt equanimius ferunt. Secundum patet quia quicunque diligenter considerat se offendisse deum et proximum et tamen optare veniam sibi offensionum suarum et a deo et a proximo dari ille multum est dispositus ad hoc ut offendenti veniam det. Nam unusquisque apud se iniquum esse credit et cogitat si nolit alteri condonare offensam ille qui petit offensam suam sibi condonari. Probatur etiam auctoritate gregorii quinto moralium oportet inquit ut cum alienos excessus aspicimus nostra in quibus in aliis excessimus delicta cogitemus considerata enim infirmitas propria mala excusat nobis aliena pacienter quippe illam iniuriam tollerat qui pie meminit quod fortasse adhuc habeat tollerari. erubescit enim peccare aliis non parcere qui vel deo vel proximo recolit parcenda peccasse. Tercio per illud Ecclesiastici xxviii. homini homo seruat iram et a deo querit medelam quasi d. contra dictamen rationis est ut velit sibi ignosci a deo et in magnis offensis et ipse non velit parcere proximo in paruis. Quarto quia per parabolam christi seruus ille traditus est a domino tortoribus cruciandus cui cum fuisset a domino dimissum debitum decem milium talentorum conseruum suum pro centum denariis tenebat in carcere Mathei. xviii. Quinto per illud quod in oratione dominica dicitur petimus Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Octaua conclusio. ¶ Octaua conclusio iracundia tollitur per sublationem et substractionem causarum et occasionum que nate sunt iram vel excitare vel excitatam inflammare. Pro quo est aduertendum quod excitantia iram sunt contentiones litigia/ verba/ et facta que sunt signa paruipensionis conuicia/ opprobria/ iniurie/ blasphemie/ dure responsiones/ opera turpia et inhonesta et ideo qui sentit se inclinatum ad iracundiam debet fugere societatem hominum inclinatorum ad predicta ne aliquid predictorum videndo vel audiendo irritetur ad iracundiam. Si quis igitur cognoscat quod non bene potest resistere his et aliis similibus que iram excitant debet fugere eas occasiones per quas sibi presentia huiusmodi excitantium et ob hoc de sermone duro dicit sapiens prouerbiorum xv. responsio mollis frangit iram et sermo durus suscitat furorem per que verba instruimur vel sermone molli ad iracundos ne ad iracundiam suscitentur et cum sumus iracundi fugere eos qui responsionibus duris vel ut ne ad iracundiam prouocemur.

¶ Nona conclusio iracundia locutione et conferentia honesta et rationabili diminuitur. quam conclusionem intelligo tam de iracundia nostra in alium quam de aliena iracundia in nobis. Probatur conclusio ex quibuscunque causis augetur iracundia ex contrariis eadem diminuitur sed Ex taciturnitate nostra aut locutione dura et irrationabili augetur iracundia tam in nobis quam in aliis quia hec signa sunt indignationis et tumoris ergo ex contrariis causis diminuitur iracundia. Minor est Grego. et satis apparet quia per silentium aut verba dura ira vertitur in odium ut patuit supra: sed ira non vertitur in odium nisi quia augetur formaliter vel equiualenter igitur. Et ideo laudabile est quod si iracundia aduersus alium inflammemur et alius aduersus nos quod statim tentemus verba secum habere opportunitate tamen capta et modestius quam possimus vel causas propter quas lesi videmur vel propter quas nihil lesimus aut minus aut necessario aut imprudenter aut casu exponamus verbis et signis et gestibus ostendendo animum beniuolum in alium. Nona conclusio.

¶ Decima conclusio iracundia aliquando leuiore vindicta vincenda est. Si enim quis sit amicus alicuius iracundi difficilis cuius scilicet ira non quiescit sine punitione et velit diminuere iracundiam quam concepit contra quempiam alium. Si videt quod priora remedia non prosint debet consulere aliquem leuem vindictam et ostendere eam esse magnam et hoc ne grauiorem et importabiliorem inferat et quantum potest ostendere et demonstrare vindictam illam esse magnam et grauem et tunc vel quiescet ira eius vel omnino vel ira minuetur et cum prioribus remediis faciliter quiescet. Aduerte tamen quod iracundorum complexio ac nature varia est et apud alios et alias aliis et aliis remediis est utendum. Decima conclusio.

¶ Undecima conclusio iracundia non solum diminui potest sed etiam pro tempore huius peregrinationis totaliter a nobis expelli. Patet prima conclusio quia iracundia habet multas et magnas causas sue diminutionis ergo etiam potest totaliter eradicari. Secunda probatur auctoritate Cassiani collatione quinta dicentis Omnia vicia preter gulam posse totaliter expelli vult enim quod Undecima conclusio.

septem vitia omnino extingui possint usque ad ultimam exemptionem. gastrimargia vero deleri potest non extingui. ¶ Ad contrarium ante oppositum respondeo negando aña. non enim passio ire est insita a natura sed a natura bene sunt insite alique qualitates corporales ad iram inclinantes que qualitates possint minui et corrumpi et dato q nec minui nec corrumpi possint earum tamen inclinatio potest per modos supradictos impediri et etiam per habitus et consuetudines contrario modo inclinantes

Solutio primi argumenti

¶ Contra primam partem secunde conclusionis arguitur sic. transire ad irascibilitatem peccare est sed habere habitum iracundie non est peccare ergo non est transeundum ad irascibilitatem ut corrumpatur habitus iracundie Secundo non est faciendum minus malum ut vitetur maius nisi in casu in quo hoc vel illud facere est necesse sed non est necesse q parvipensus peccet secundum iracundiam aut secundum irascibilitatem quia potest medio modo se habere et non est transeundum ad irascibilitatem ut perdamus iracundiam. Iste rationes directe sunt contra preceptum Aristotelis recitatum ex secundo ethicorum. et consimiles rationes fieri possunt contra preceptum de vindicta levitore quarum fundamentum consistit in hoc q non q3 doctor theologus vel moralis phus debet docere aliquid esse faciendum qd faciendo peccatur

Contra primam partem secunde conclusionis

¶ Ad primam q3 respondeo primo q3 minum pertinet ad materiam ire distinguo maiorem q2 aliquis potest transire ad irascibilitatem dupliciter.

Solutiones.

Uno modo ut ibi permaneat et non castiget quod recta ratio dictat esse castigandum et sic ego concedo. Alio modo ut obviet et occurrat impetui et perturbationi iracundie et sic ego nego q2 postq3 huic impetui obviatum est et ratio manet imperturbata potest certius et melius cognoscere quid et quomodo castigandum est. Secundo respondeo negando 9ñam quia non peccatur peccato irascibilitatis ultimate finalr ut depereatur habitus iracundie sed ne per iracundiam qd est gravius peccetur. ¶ Ad secundam dico q aliquid dicitur necessarium dupliciter. Uno modo necessitate naturali et inevitabilitatis et de illa nego maiorem Alio modo necessitate morali que ut in pluribus accidit licz voluntarie tamen et de illa 9cedo maiorem et nego minorem in casu. Et ad aliam probationem dico q phus moralis bene docere pot vitare actus magis malos per actus minus malos ideo simpliciter nego assumptum. eodem modo dici potest de leviore vindicta.

Aliquis potest transire ad irascibilitatem dupliciter

Aliquid dicitur necessarium dupliciter

¶ De crudelitate

Consequenter dicendum est de crudelitate que est species ire de qua queritur. utrum crudelitas sit vitium clementie oppositum. Arguitur q non quia crudelitas opponitur severitati et non clementie. In oppositum arguitur auctoritate Senece libro secundo de clementia dicentis q opponitur clementie crudelitas que nihil aliud est q3 atrocitas animi in exigendis penis. Notandum q hec quattuor vindicta/crudelitas/sevitia/et feritas signant actus iracundie. ¶ Vindicta enim proprie significat omnem penam inordinate retributam pro parvipensione sive illa vel alia similis maior aut minor debita sit p parvipensione sive non sive sit cum sanguine sive non sive sit per substractionem beneficiorum sive per inflictionem penarum. Crudelitas vero proprie significat penam sanguinis modum humanum non excedentem ex causa inflictam. Dixi ex causa inflictam q intelligo de causa vel secundum veritatez vel secundum estimationem. Pro quo advertere q Beatus Thomas vult q crudelitas significat penam inflictam ex culpa: et fundat se in dicto Senece secundo de clementia dicentis q ille qui non est lesus nec peccatori irascitur non dicitur crudelis sed ferus sive sevus. Sz hec opinio non mihi videtur conformis Valerio qui exempla multa crudelitatis ponit in quibus non infligitur pena ex culpa sed bene ex causa. Nec valet dicere q Valerius ut patz ex textu suo comprehendit feritatem sub crudelitate q2 lz hoc verum sit in distinguit ipse crudelitatem a fera et in oi exemplo quod ponit de ira videtur semper exprimere parvipensionem vel culpam aliquam in eo qui punitur aut si non exprimat reputat eam notam ut in exemplo de leo Alexandri qui tres duces Lisimachum Clitum et Calistenem morti tradidit. Nec est opinio ista conformis Senece eo libro quem allegat Thomas q2 Seneca non utitur nomine culpe sed nomine cause. Pz ubi ponit differentiam inter tirannum et regem. Quid enim inquit interest inter regem et tirannum. Species enim ipsa fortune par est nisi q tirannus in voluntate sevitiam reges non nisi ex causa et necessitate. Et cum diffinit crudeles, diffinit per causam non per culpam vel iniuriam az. crudeles inquit vocabo qui puniendi causam habent modum non habent non enim culpa vel parvipensio puniri vel solacium punientis contra iniuriam susceptam sola est causa crudelitatis sed etiam evitatio periculorum sine sevitias qd paulo ante expressit Se. dicens. Illo duas eos psolere solet aut solaciuz afferre ei qui accepit iniuriam aut in reliquum securitatez. neque legi in illo libro q allegatur a Thoma q si alicui legatur sic exponendum est q qui cruciat eum a quo nec lesus est nec ledi timet dicitur sevus et non crudelis. Quod adhuc verum universaliter verum sit colligi poterit ex dicendis Hec opinio videtur conformis Valerio recitanti crudelitatem arthaxersis qui ocisam sororem eandem et socerum vivum capite defodit et patruum cuz centum et amplius filiis ac nepotibus iaculis confixit et sequitur nulla iniurie accessitus sed quia in his maximaz apud personas probitatis et fortitudinis laudem consistere videbat. Similiter cum athenienses eginensium iuvenibus polices absciderunt hoc non ex culpa eginensium sed veluti essent athenienses fecerunt. Valerio causam reddente ut inquit classe potens populus in certamen maritimarum virium secuz descendere nequiret sed dicentur hec ad feritatez potius q3 ad crudelitatem pertinere. Dixi penaz sanguinis. Nam crudelitas dicitur a cruore quia crudelitas in effusione sanguinis proprie peragitur. ¶ Vult autem Tho. q crudelitas dicitur a cruditate quia sicut ea que decocta et digesta habent suavem et dulcem saporem ita illa que sunt cruda habent horribilem et asperum saporem. mi-

Vindicte designatio

Crudelitatis signatio

Crudelitas secundum Tho. a cruditate

chi autem videtur vel quod crudelitas immedia te dicitur a cruore vel si dicatur a cruditate hoc non est quia que sunt cruda hñt asperum saporez sed quia in aliquis crudis puta in carnibus cruor habundat qui per decoctionez euaporatur alij tamenim omne opus iracundie esset crudelitas qz in omni tali est indigestio & sapor asper. Ideo si crudelitas a crudite vel crudo dicatur hoc est ratione cruoris a quo dicitur cruditas Dicitur autez p quam debetur pena quia secundum Senecaz est crudelitas cum maior pena exigitur q̃z debeatur clementia autem cuz re pena debita quieq̃z diminuit. dixi ab eo illata &c̃ quia si ab alio inferretur pena non proprie diceretur crudelitas sed vel nomine communi vindicta vel vitio appellaretur Quãuis ista sit propria huius nominis acceptio nihilominus tamen crudelitas aliqñ significat penam sine sanguine ve combustio vrbis ac necone facta crudelitas dicta est Crudelitatẽ autẽ describit. Valeri. cum ait crudelitatis vero horridus habitus truculenta species violenti spiritus vox terribilis nimis / & cruentis imperijs referta cui silentium donare eremenniz est adducere vbi Valerius crudelitatez pro feritate accepisse videtur quia in omnibus exemplis suis pene moduz humanum excedit vt de lucio silla qui omnes italie partes ciuilis sanguinis fluminibus inundauit ee quatuor legiones partes suas secutas obtruncauit & quinq3 millia prenestinorum quibus per Publium cethegum data fuerat spes salutis in perficienda & per agros dispergenda curauit non nulla etiam posuit in quibus non fuit effusio sanguinis vt cum. C. marij cineres in amnis alueuz sparsit et eum Cai⁹ marius caput. Marci anthonij abscissum suis manibus inter epulas cuz summa insolentia animi ac verbo₂uz diu tenuit. Et si queras que sit propria ratio iracundie crudelitatis & feritatis visso q̃ Valerius aliud & aliud capitulum de crudelitate & iracundia facit ¶ Respondeo q̃ licet Valeri. non distinguat inter feritatez et crudelitatem hoc modo tamen tria peccata distingui possunt Nam quotiensquis infligit penam etiam sanguinis propter paruipensionem priuatam que tñ nec ex natura sua nec ex aliqua circũstantia excedit modum humanum dicitur peccare ex iracundia accipiendo iracundiam distincte a supradictis q̃ autẽ iracundia se extendat ad penam sanguinis patet per Valeri. qui in capitulo de iracundia refert exemplũ de Alexãdro. qui tres illos duces clarissimos nioei fecit quotiens vero pena sanguinis aut ei equipollẽs notabiliter immoderata tribuitur propter causam que non est priuata paruipensio sed est vel vtilitas vel securitas & illa pena nec ex natura sua nec ex circunstantia modũ humanum excedit tunc dicitur peccatum ex crudelitate Quotiens vero pena excedit modũ humanũ siue ex paruipensione priuata siue ex causa siue ex culpa infligatur tunc dicitur feritas est aũt feritas est cruciatus qui natura sua aut ex aliqua circunstantia ita horrori & abhominationi est omnibus hominibus vt inusitatus sit ita q̃ qui tales cruciatus irrogant omnem humanitatem exuisse & ferarũ bestialitatem

Valeri⁹ nõ distinguit iter feritatẽ et crudelitatem.

accepisse videant Dixi aũt ex natura cruciat⁹ vt cum carthaginenses Marcum regulũ sectis primo palpebris machina in qua peracuti stimuli eminebant cõtinuo tractu doloris necauerũt Cũ etiam idem carthaginenses milites romanos in suam potestatem redactos supposuerunt nauib⁹ vt earum carinis & pondere velut inusitata ratione mortis necati barbaraz vedicis Valeri. feritatem satiarent quod factum idem Valeri. crudelitatez appellat eodẽ loco eadem inquit crudelitate vsi sunt in milites nostros &c̃. Nomine aũt seuitie idez significare videtur cum recitat de Anibale q̃ de militib⁹ romanis pontẽ fecit ad exercitũ suum traducendum & ne captiuis q̃ eos relinquebat oneribus & itinere fessos abscisa prima parte pedis Idem crudelitatis feritatis & seuicie nomina cõfundit in historia de diogiride filia regis tracie cuius eaz admiranda crudelitas fuit & tanta seuicie rabies vt et viuos homines per medium secaret nec liberorũ viscicorporib⁹ nefas crederet idem crudelitatem precipuam & teterrimaz vocat factum illud quod ptholomeus rex egipti menephiten filiũ suũ quem ex cleopatra susulerat in conspectu suo occidi iussit ac caput pedes et manus eius in cistam inclusos clamideq3 opertos cleopatre matri in moduz muneris misit licet autez Val. crudelitatem pro feritate accipiat tamen proprie crudelitas consistit in immoderata pena sanguinis modũ tamen humanum non excedente ab eo irrogata qui causaz habet Feritas autẽ in pena consistit que taz immoderata est vt modum humanum excedat Excedit autez modus humanus Quomodo cum sit laniatio vel lacerati o vel obtruncatio membrorum ex certa intentione &c̃ vt in multis exemplis prius tactis in hoc enim imitantur feras et bestias que necando laniant. Secundo enim in huiu'modi pena delectamur hoc enim ferinum est & humanitati cõtrarium ferarũ enim est nulla habita ratione vtilitatis delectari in huiusmodi effusione sed si hec delectatio ratione vtilitatis alicuius fieret puta cum causa rapine vel depredationis human⁹ sanguis funditur tunc non proprie diceretur feritas nisi aliud incideret ratione huius opera illa ad feritatem pertinent quibus vel caput mortui inspectu lo ostentationis gracia differuntur vel effusi sanguinis vestigia gloriandi gracia ostenduntur nullus enim sine feritate et omnimoda destitutione humanitatis gloriari potest in homicidio. Tertio cum in occisi corpus vltio procedit vt eaz occisorum corporibus negatur sepultura aut eã auibus et feris lanianda exponuntur et maxime si hec fiant sola ratione vindicte. Quarto cũ his ad vindictam luctum et merorem alterius obutimur vt Tholo. qui caput manus et pedes filij abscisos cleopatre loco muneris misit sicut etiaz de atreo qui Thiesti fratri filios edendos parauit & prandio facto eorũ capita afferri iussit hec enim ad feritatẽ pertinẽt q̃ nihil aliud est q̃z inhumana crudelitas. Ad hunc quartum modum pertinet etruscorum illa feritas qua viuorum corpora cadaverib⁹ allegabant ita vt singule partes singulis essent accommodate ct eas sic tabefcere pa

Multis modis excedit mod⁹ hũanos

fiebatur de quibus dicit Uale ꝙ erant amari tor
tores vite pariter et mortis. i. viuorum et mortuo
rum. Quinto cum sine necessitate sit excogitatio
suppliciorum nouorum acerbissimorum vt inuen
tor Enei tauri et barbari qui homines ponebant
infra pecudes macinatas ita vt tantum capita eo
rum apparerent et sic nutriebant eos donec a ver
mibus que in cadaueribus generant consumpti
essent. Sexto exceditur modus humanus rationis
multitudinis cū eius sanguis sine causa vrgente
funditur vt patz in exemplis suprapositis de le-
gionibus interemptis et aliis similibus. Ex istis
patet ꝙ nō ideo nomen feritatis a similitudine fe
rarum accipitur quia hmōi animalia nocent ho
minibus vt ex eorum corporibus pascant non ex
aliqua iusticie causa quia tunc omnis crudelitas
predonum hostiū et generaliter eorū quibus nō
est commissa auctoritas iusticie essz feritas quod
falsum est cum non omnis talis sit bestialitas.
Secundo patet ꝙ seuicia vel feritas nō bene diffi
nitur a Thoma cum sit ꝙ est secundum quā ali-
quis in penis inferendis nō cōsiderat aliquā cul
pam eius qui punitur sed solum hoc ꝙ delectat
in hominum cruciatu. Tum primo qꝛ qui punit
alium propter offensam et cum hoc delectatur in
eius cruciatu est ferus. Tum secūdo qꝛ ille qui nō
considerat culpam eius qui punit sed considerat
vtilitatem suam puta vel manutenentiam domi
ni vel aliquid simile nectamen delectatur in ho-
minum cruciatu eos tamē vt terreantur inaudi-
tis suppliciis afficit est ferus sicut phalaris qui
test tur in epistolis se in necessitatem tyrannidis
impulsum ergo male diffinita est feritas. Confir
matur ex dictis eiusdem doctoris quia secundum
Tho crudelitas differt a feritate siue seuicia sicut
malicia humana a bestialitate ita ꝙ omnis effu-
sio sanguinis inhūana et bestialis secundū Tho.
est feritas sed constat ꝙ tum quis vel propter cul
pam alterius vel propter vtilitatem suam etiam
sine delectatione suppliciis incōsuetis et horrorē
cuilibet cognoscenti incutientibus afficiet aliquē
ille inhumane et bestialiter cruciat igitur.
Seuicia et feritas sunt verē sinoni- mi sm̄ Thomā. ¶ Notandum preterea ꝙ secundū Tho. seuicia
et feritas sunt termini sinonimi vt patz ex his que
habet secunda sc̄de. q. clix. arti. ii. vbi indistincte
omnino de feritate et seuicia loquit. Huguitio ta-
men et multi alii videntur esse alterius opinionis
dicunt em̄ ꝙ seuicia a crudelitate differt in hoc ꝙ
crudelitas est in sanguine seuicia in ira que verba
sunt satis cōfusa maxime cum crudelitas ad iraz
pertineat. Pro declaratione tamen horū est ad-
uertendū ꝙ ira vt est nomen virtutis licet cōmune sit
ad omnem vindictam tamē appropriat frequen
ter ad vindictam que est sine sanguine. vindicta-
rum enim alia est cum sanguine et illa proprie di
citur crudelitas. alia sine sanguine et ad eaz signi
ficandum appropriatur nomē ire vel iracundie
et ꝙ ita sit apparet ex nono li. Uale. in quo vnuz
capitulū facit de crudelitate et aliū de ira et odio
in capitulo de crudelitate tantum ea ponit exem
pla que sunt formaliter vel equiualenter cum san
guinis effusione in ca. de ira ea tantuz ponit que
sunt sine sanguinis effusione. vindictarum autez
que sunt sine sanguine alie sunt humane alie in-
humane. humane sicut ille qui repulsus a cōsu-
latu eum venissent ad eum postero die multi con
silii habendi causa remisit eos sine consilio et di-
xit eis omnes consulere scitis cōsulem facere ne-
scitis. vindicta enim hec humana erat qꝛ fiebat
per substractionem solā beneficiorum. vindicta eti
am nobilium romanorum humana fuit qui cum
vidissent Gaynm flauium humillime sortis homi
nem preturam adeptum annulos aureos ex digi-
tis et phaleras ex equis detraxerunt et abiecerunt
Inhumana vt iracundia metelli qui iam pene verā
ꝙ hyspaniaz subegerat qui cū cognouisset Quin
tum pom. inimicum suum successorē sibi mitti o
missis omnes qui miliciam suam finiri voluerunt
cōmeatus omnibus petentibus dedit horrea cu-
stodibus remotis: oportuna rapine: p̄buit arcus
et sagittas Cretheusium fregit et in amnē abyssi
iussit elephantis cibaria dari vetuit. Inhumana
etiam esset vindicta si quis pre iracundia alteruz
fame vsqꝫ ad extremam necessitatem exclusum: af
fligeret. Dico ꝙ ꝙ sicut feritas se habet ad crude
litatem in suppliciis que sunt cum sanguine ita et
seuicia se habet ad iracundiam in suppliciis que
sunt sine sanguine qꝛ est supplicium sine sangui-
ne inhumanum aut ex natura supplicii aut ex ali
qua circumstantia. Et aliter dictum illud vulga
tum expone ꝙ crudelitas est in sanguine vel cuz
alterum pena sanguinis qua indignus est affici-
mus sed seuicia est in ira cum scz pre indignatio
ne nimis magna pars supplicii in nos redundat
aut per merorem et tristiciaz quibus graues egri
tudines incurrimus aut priuando nos magnis
bonis vt metellus priuauit se gloria reruz magni
fice gestarum dicente vale. quibus factis vt cupi
ditati sue indulsit ita magnifice gestaruz rerum
gloriam corrūpit meritumqꝫ honorem triumphi
hostium qꝫ ire victor fortior amisit aut indigna
tione et concitatione nimia animi vel vehemen-
tiore clamore sicut Lucius silla qui animi conci-
tatione nimia et immoderate vocis impetu con-
uulso pectore spiritum vt dicit Uale. cruore ac mi
nis mixtum euomuit et ita potest exponi nomen
seuicie vt significet iram qua pre nimia indigna-
tione aut concitatione animi aut desiderio nocen
di sibi vehemens et notabile nocumentum affert
Ual. tamen nomine seuicie vtitur cum de crudeli
tate et feritate agit sed hec dicta sunt ppter vul-
gatum illud dictum crudelitas in sanguine seui
cia in ira. Ex suppradictis apparet ꝙ crudelitas
a cruore dicta accipitur aliquādo stricte et secun-
dum hanc acceptionez descripta est in principio
Secundo modo generalissime et tunc cōtinet sub
se feritatē quia comprehendit omnem irrogatio
nem pene cuz sanguine sine pro causa irrogetur
siue non. Tertio modo accipitur pro irrogatione
pene humane et vsitate satis communiter apud
homines siue irrogetur propter causam siue nō.
Quarto potest accipi strictissime vt est inflictio
pene immoderate pro culpa ab eo qui huiusmo-
di penam infligere potest. ¶ Prima conclusio. Pria cōclo
Crudelitas primo et tertio modis se habet ad fe
ritatem nō vt species disperata ad spēm: sed vt

gradus vicij ad gradū patet quia vt dictū est cru
delitas est vindicta modū humanū non excedens
feritas vero est vindicta vel irrogatio supplicij
inhumana ꝛ bestialis sed constat ꝙ viciuz huma
num se habet vt gradus ad vicium inhumanum
quando pertinent ad eandem materiam ꝛ eidem
virtuti opponitur igitur Iracundia enim diuisio
ne graduali diuidi potest in humanā et non hūa
nam humana in incontinentiā ꝛ intemperantiaꝫ
non humana autē est bestialitas ꝛ appellatur feri
tas dixi autez tanꝗ̃ species desperata quia secun
dum veritatem gradus isti specie differunt sed ta
mē non sunt species desperate propter subordi
nationem gradus ad gradum que non reperitur
Scda pclō in speciebus omnino desperatis ¶ Secunda con
clusio crudelitas tercio modo accepta non oppo
nitur adequate et per clementie patet quia crude
litas talis aliqñ exercetꝰ ab eo cui nō est cōmissa
publica auctoritas aliquādo non propter culpaꝫ
sed propter vtilitatē igitur. Secundo stesse op
posita clementie adequate ēēt quotienscunqꝫ quis
crudeliter agit posset reliquis eodem mō stantibꝰ
clementer agere sed constat ꝙ priuatꝰ homo cru
delitatem exercens non potest reliquis stantibꝰ
clementer agere cum nō sit in eo publica aucto
ritas igitur. Tercio crudelitas hoc modo capta
pro aliqua parte eius opponitur mititati pro ali
qua vero parte pietati cōdonatiue: ergo non op
ponitur adequate clementie. Quarto stat aliquē
esse totaliter clementez ꝛ crudelem hac crudelita
te igitur Antecedens pꝫ quia stat aliquē prōpte
et faciliter remittere offensas que sunt contra euz
vt est publica persona et hoc conformiter ad iu
diciū recte rationis et tamen excedere notabiliter
cet ꝛ sibi ꝛ proximo plus q̃z quodcunq̃ aliud pec
catum in proximum propter duas primas ratio
nes Thomas coactus est respondere per distin-
ctionem supra positam et tamen directe conclu-
dunt oppositum nisi aliter exponantur et potis-
sime secunda quod patet. Quanto aliqua sunt
maiora in peccato tanto sunt magis deordinata
et grauioris culpe sed secundum auctoritatem al
legatam adulterium et homicidium sunt maiora
in peccato q̃z ira concupiscentia et odium ergo
sunt grauiora in deordinatione et culpa. ¶ Ad Solutiões
primã ergo respondeo primo supposito cũ Tho.
q̃ odium significat actum interiorem tantum cõ-
cedo maiorem et minorem et negando consequẽ
tiam quia licet per homicidium plus noceat pro
ximo q̃z per odium tamen per odium plus nocet
odiens simpliciter q̃z per adulterium quia nocu
mentum illatum sibiipsi per odium est maius q̃z

nocumentum illatum proximo per homicidiuz
Aug. autez non posuit rõnem mali in hoc cõsiste
re q᷒ est nocere alteri: sz in hoc q᷒ est nocere imo
videt ponere in hoc q᷒ est nocere facienti q᷒ p₃
pet eñ xij. de ciuitate dei ca. vij. ita dicentẽ de ma
lo hoĩs quero inde vtruz in aliqua natura fuit
si enĩ in nulla fuit omnino non fuit si aũt in aliq̃ vi-
ciabat eaz ⁊ corrũpebat erat eq₃ illi noxia ac ꝑ hoc
bono ꝑuabat et iõ in mala natura volũtas mala
esse nõ poterat s₃ in bona mutabili vñ cui vicium
hoc posset nocere si enĩ non nocuit non vtiq₃ viciũ
fuit et sequitur porro si nocuit boni auferendo vel
minuẽdo vtiq₃ nocuit nõ igitur poterit esse sempi
terna voluntas mala in ea in qua bonum natu-
ra precesserat quod in illa voluntas nocendo pos
set adimere ecce quomodo Aug. asserit aliquid
dici vicium quia nocet nature in qua recipit adi
mendo vel minuendo bonum in eo existens. Ad
secundum dico q᷒ nomina viciorum sũt duplicia
quedam sunt que ex impositione sua si principa-
liter important actus exteriores vt furtum adul
terium homicidium Alia sunt que principaliter
importãt actus interiores vt irasci concupiscere
odire inuidere diligere Dico preterea q᷒ in vsu an
ctorum et maxime scolasticorum plura nomina
important tã actus iteriores q̃₃ exteriores vt cũ
moralis phũs dicit adulterium pertinere ad intẽ
perantiam non solum loquitur de actu exteriori
sed etiam interiori sc₃ de voluntate adulterandi
similiter posteriora importãt actus exteriores si
cut interiores sicut cum dicant odium esse pecca-
tum non solum loquuntur de voluntate qua ma
la volumus alteri sed etiã de opere nocendi a ta-
li mala voluntate imperato ⁊ hoc modo visũ est
Jo. in canonica sua cum ait omnis qui odit fra-
trem suum homicida est fratris non soluz opere
sed voluntate dico tercio q᷒ adulterium vt dicitu3
est importat actũ exteriorem concumbendi cum
illa que est alterius et actum interiorem impera
tiuum formaliter huius concubitus et furtũ ne-
cnon interiorem imperatiuum formaliter deten
tionis rei aliene hoc enim intelligunt omnes cum

Conclusio

dicunt aliquem fecisse furtum vel adulterium ⁊c.
¶ Dico quarto q᷒ irasci concupiscere odire ⁊c.
non sic important ex sua prima impositione act᷒
exteriores nec solos actus interiores imperatiuos
formaliter executionis. Ex quibus patet q᷒ adul
terium dicit concupiscentiam vxoris aliene in im
perations formaliter executionis et homicidium
importat irasci vel odire vel inuidere imperati-
uum formaliter executionis ⁊ ideo quando adul
terium et furtum comparantur ad concupisce-
re tunc vel comparatio est indebita vel concupi
scere accipitur pro actu interiori non imperati-
uo formaliter executionis tunc dico Crisostom᷒
censuit adulterium ⁊ furtum et homicidium es-
se grauiora q̃₃ irasci concupiscere et odire non cõ
parat ibi actus exteriores ad actus interiores s₃
comparat actũ interiorem concupiscendi impe-
ratiuum formaliter executionis ad actum cõcu-
piscendi non imperatiuum formaliter executio-
nis ⁊ dicit q᷒ primus q᷒ significatur per adulteriũ
est grauior in peccato q̃₃ secundus similiter com

parat actuz irascendi imperatiuũ formaliter exe
cutionis qui significatur per nomina nocumen-
tum importantia vt homicidium conuicium de-
tractio ad actum irascendi non imperatiuum for
maliter executionis, actus enim odij imperatiu᷒
formaliter nocumenti est multo culpabilior q̃₃
actus odij nullius nocumenti formaliter impe-
ratiuus et ideo de talibus non potest dici q᷒ sint
magis deordinati ideo solutio Tho. nullomodo
satisfacit. Ad tertiũ dico q᷒ homicidiũ aliqñ acci
pitur vt dictum est pro actu exteriori et sic aliquã
do est actus exterior ire aliquando inuidie aliquã
do odij et tunc negat ãtecedẽs immo dico q᷒ act᷒
interior cui respondet est culpabilior non quia sit
maiori culpabilitate culpabile sed quia primo et
per se actus interior est culpabilis ⁊ extrinsece tã
tum ⁊ per alterũ actus exterior est culpabilis ali-
qñ vero homicidiũ sign̄ volitionẽ imperatiuã for
maliter executionis et tunc dico q᷒ illa volitio vel
est ira vel inuidia vel odium et illa que est odium
semper ceteris paribus est grauior et ideo quomõ
cunq₃ ista accipiatur homicidiũ est grauius odio
ipsa est falsa nisi odium acciperetur pro actu inte
riori non imperatiuo executionis cũ quo stat q᷒ ali
quod odiuz sit ita graue sicut homicidiũ aut etiã
grauius mõ dicto puta odiũ formaliter imperatiuũ
executionis. Ad ista autem duo vltima breuiter
respõdeo etiã supposito q᷒ homicidiũ/furtum et
adulteriũ accipiant pro actib᷒ exterioribus ⁊ di-
co q᷒ adulteriũ aliqua cõcupiscentia est grauius
sed non est qualibet concupiscentia vxoris alie-
ne grani᷒ similiter homicidiũ aliquo odio est gra
uius sed nõ quolib₃. adulteriũ enim est graue gra
uitate cõcupiscentie vxoris aliene imperatiue for-
maliter executiõis et similiter homicidiũ est gra-
ue grauitate odij imperatiui formaliter executio
nis et ideo adulteriũ est grauí᷒ cõcupiscentia sim
plici et homicidiũ grauius odio simplici que sci-
licet non sunt imperatiua executionis formaliter
sed tamen homicidiũ non est quolibet odio gra-
uius quia non est grauius odio a quo imperatur
nec adulterium est qualibet concupiscentia gra-
uius quia non est grauius concupiscentia a qua
imperat et ob hoc dicit Crisostomus. Cõcupisce-
re ⁊ irasci simplicia scilicet nõ imperatiua execu-
tionis comparando ea ad act᷒ exteriores qui ha-
bent grauitatem concupiscentie et odij imperati-
uorũ executionis. Et si dicas q᷒ actus concupiscẽ
di nõ reddit exterior nec grauior per hoc q᷒ hab₃
actũ exteriorem sibi cõiunctũ. Dico q᷒ si non esset
in voluntate nisi act᷒ simplex cõcupiscentie ⁊ sibi
cõiungeret act᷒ exterior nõ per hoc reddit grani-
or quia actus interior nõ hab₃ grauitatem ab ex
teriore sed ecõtra sed actus interior cõcupiscentie
qui hab₃ actũ exteriorem pro obiecto imperato q᷒
scilic₃ est iperatiu᷒ formaliter ille est grauior q̃₃
act᷒ simplicis cõcupiscentie nõ q₃ hab₃ actũ exte
riorem sibi cõiũctũ sed quia est imperatiu᷒ ei᷒ for
maliter et nõ ali᷒ ⁊ hab₃ ipsum pro obiecto non
autẽ alius. Quod autẽ habet in Jo. tertio Om-
nis qui odit fratrem suum homicida est intelligi
tur de odio imperatiuo formaliter vel equiualẽ-
ter executionis et maxime si intelligatur q᷒ est ho

micida fratris. Si aũt intelligatur q est homicida suspitus tunc intelligitur tam de odio simplici q̃z de odio imperatiuo executionis quia cum vtrumqz sit peccatũ mortale vtrũqz habentẽ occidit spiritualiter talis aũt nõ diceret homicida fratris per actum imperatiuũ licet forte per quã daz dispositionẽ animi ad actum imperatiuũ. Et ideo aliquis dicit̃ tripliciter homicida Uno mõ per dispositionem animi. Secundo mõ per actũ formaliter vel equiualenter imperatiuum executionis. Tercio modo per exhibitionẽ act⁹ exterioris Tertio modo occidens actual'r dicitur homicida. Secũdo modo volens occidere ꝛ eo solo nõ occidens quia deest ei facultas occidendi dicitur homicida. Tertio mõ oẽs odiẽs dr̃ homicida.

De odio

Queritur vtrũ odiũ

sit vicium capitale? Arguit̃ q sic qꝛ ex odio oritur homicidiũ ergo odium est vicium capitale. In oppositũ arguitur auctoritate Gregorij. xxxi. moraliũ qui odium nõ enumerat inter vicia capitalia. Notandũ q opinio Tho. est q odium nõ est viciũ capitale. cui⁹ rationez assignat quia omne vicium est cõtra naturam hoĩs iuxͣ q̃z est animal rationale in ijs autez que contra naturã fiunt paulatim id qđ est nature corrũpitur ꝛ ideo oportet q primo recedat̃ ab eo qđ est minus scđz naturã ꝛ vltimo ab eo qđ est maxime secundũ naturaz quia id qđ est primũ in constitutione est vltimũ ĩ resolutione id aũt qđ est maximũ ꝛ primo naturale homini est qđ diligat bonum ꝛ precipue bonũ diuinũ ꝛ bonũ ꝓximi et ideo odiũ q huic dilectioni opponit̃ non est primũ in destructione virtutis que fit per vicia sed vltimũ ꝛ ob hoc odiũ non est viciũ capitale. Quicquid sit de cõclusione ratio tamen eius multipliciter deficit Primo quia non consonat alijs opinionibus huius doctoris quod patet Omne vicium est capitale qđ habet finẽ multũ appetitũ ꝛ desideratuz sic q ad eius assequutionẽ multa vicia ordinari possint regulariter sed cum hoc q aliqđ vicium est maximũ in grauitate stat q habeat finem de facto multũ desideratũz ad cui⁹ assequutionem multa vicia minora ordinari possint regulariter ergo ex grauitate odij non potest sufficienter concludi q odium non sit viciũ capitale. Secundo quia aut vicium minus graue potest oriri ex vicio grauiori vel non: si sic ergo nulla ratio cogit quĩ simul sit odiũ esse grauissimũ peccatũ et esse capitale. Nec potest dici q nõ Cum ex superbia fere omnia vicia oriantur ꝛ extra oriatur indignatio ꝛ que est minus grauis quam ira. Tum secundo quia nihil ꝓhibet viciũ min⁹ valere ad assequutionẽ finis grauioris ergo nihil prohibet viciũ minus oriri ex grauiore. Tum tercio qꝛ odiũ dei est grauius peccatũ q̃z odium ꝓximi ergo per illam rationẽ nõ potest concludi q odiũ proximi non sit vicium capitale. Quarto quia ex odio dei quod est grauissimum peccatum oriri potest idolatria contemptus ꝓximi furtum/sacrilegiũ/ꝛ reliqua huiusmodi peccata in proximũ. ¶ Prima conclusio Ex odio siue in deum siue in proximũ multa vicia interdũ oriri pñt Probat̃ qꝛ ex eo vicio multa oriri possunt ad cui⁹ finẽ assequẽdũ multa vicia ordinari pñt sed ad assequendũ finẽ odij multa vicia alia ab odio ordinari possunt igitur Secundo ex illo vicio alia vicia oriri pñt cui⁹ augmentatio alijs vicijs dat initiũ vt patet per Cassianum vbi agit de origine viciorũ s multa vicia initiuz sumunt ex augmentatiõe odij vt ex odio ĩ deum vel in proximũ inicium sumit impatiencia irreligio/impietas ꝛ multa huiusmodi igitur.

Prima co[n]clo

¶ Secunda cõclusio odiuz non est inter vicia capitalia numerandũ Probatur illud solum est numerandum inter vicia capitalia ex quo sic aliqua vicia regulariter oriũtur q ex nullo alio vicio eadem tam frequenter ꝛ tam regulariter oriunt̃ sed vicia q̃ dicta sunt oriri ex odio regulari⁹ ex alijs vicijs oriunt̃ vt patere posset inducendo per singula ergo odium non est inter vicia capitalia numerandũ. Secundo ꝓbatur auctoritate Gre. auctoritate etiaz Cass. qui odium inter vicia capitalia in enumerant.

Scđa co[n]clo

¶ Tertia conclusio Ex ira ꝛ inuidia oritur odiuz Probatur ex omni vicio quod vel ẽ tristicia de bono ꝓximi vel hz huiusmodi tristiciaz annexã oritur odiuz sed inuidia est tristicia de bono ꝓximi ꝛ ira tristiciaz hmõi regulariter annexaz habet ergo ex ira ꝛ inuidia orit̃ odiũ Maior patet qꝛ sicut mouemur ad diligendũ ea que nos delectant ita mouemur ad odiendũ ea q̃ nos cõtristant vt vult Tho. Minor pz qꝛ omnis iratus tristat̃ de bono illi⁹ de quo vindictã cupit et oĩs inuidia tristicia est de bono ei⁹ cui inuidem⁹ Scđo ex oĩ vicio qđ est gaudiũ ꝛ delectatiõ de malo alieno aut hmõi gaudiũ ãnexũ hz itatũ est oriri odiũ s ira et inuidia gaudiũ de malo alieno annexũ hñt ira quidem propter vindictã inuidia ꝓpter gloriaz et minor est certa et maior probatur quia omnis qui odit gaudet de malo alieno quia sibi vult male esse. Unde velle malum alicui propter vindictam et velle malum eidem vt michi bene sit ꝛ velle malum eidem ipsi vt sibi male sit sunt sibi inuicem proxima et cum duo prima nõ oriantur regulariter ex tertio opz q tertium oriatur ex ipsis.

Tertia conclusio.

¶ Quarta conclusio Odiũ regularius ex inuidia q̃z ex ira nascitur Probatur quia inuidia est formaliter tristicia de bono alterius aut gaudium de malo sed ira non est formaliter huiusmodi tristicia de bono alterius licet eaz annexam habeat igitur Secundo odium nõ nascitur regulariter ex ira nisi inueterata sit maxĩe secundum eos qui dicunt q odium est ira inueterata sed ex inuidia siue inueterata sit siue non nascitur odium q̃ regularius ex inuidia nascitur odium q̃z ex ira. Tertio probatur per gregorium qui. xxxi. mora. dicit q de inuidia nascitur odiũ non quia non nascat̃ de ira aut superbia sed quia regularius nascitur de inuidia.

Quarta co[n]clo

¶ Quinta conclusio odium interdum oritur ex superbia. Probatur quia omnis contemptus alicuius rei via ẽ ad odium eius sed per superbiam contempnitur⁹ proximum ergo ex superbia interdum oritur odium proximi. Maior patet quia ille qui fit maxime est in contemptu alicuius cum videt eum factis et operib⁹ laudabilem et gloriosum odire in

Quinta co[n]clo

cipit et cupit male esse ei quem non sine opprobrio contempnere potest. Secundo sicut se habz velle male esse isti vt michi sit gloria ad velle male esse vt sibi male sit ita se habet velle male esse isti vt contemptibilis habeatur ad velle male esse vt sibi male sit sed propter primam habitudinez ex inuidia oritur odium ergo propter secundam ex superbia oritur odiū.

Sexta p̄clō

¶ Sexta conclusio ex inuidia regularius oritur odium q̃z ex supbia. Pz quia ex inuidia oritur odiū quotiens credimus q̄ bene esse eius quem odimus nocet irreparabiliter glorie nostre ex superbia autem quando credimus q̄ nocet excellentie nostre sz frequentius et regularius primum cadit ī estimatione nostra q̃z secundum ergo frequentius et regularius ex ī quit nascitur odium q̃z ex superbia. Maior ptz quia superb⁹ multo magis errat in iudicio de excellentia sua et contemptibilitate proximi q̃z inuidus erret in iudicio de gloria sua ꝛ proximi ergo frequentius iudicat inuidus bona proximi nocere glorie sue q̃z superbus iudicet excellentiam diminui et excellentiā proximi augeri.

Contra nonā ꝛ vltē p̄n̄ū arguitur

¶ Cōtra ea que dicta sunt in primo notabili. Arḡ per rōnem Thom̄. ibidem factam. Secundo que posteriora sunt generatione illa priora sunt perfectione sed omne vicium ortum ex alio est eo generatiōe posterius ergo omne vicium ortuz ex alio est eo p̄fectius et grauius.

Solutiōes.

¶ Ad primam concedo q̄ regulariter ita ē q̄ ab aliquo quod ē min⁹ secundū naturam primo receditur sed non oportet q̄ a q̄libet quod est minus secundum naturam p̄mo recedatur q̃z ad vltimum perueniatur et ideo dico q̄ qui ex inuidia transit ad odium ab aliquo recedit per inuidiam quod est minus secunduz naturam q̃z id a quo recedit per odium sed habito odio nichil impedit q̄ postea ab aliquo recedat quod est minus secundum naturam q̃z erat id a quo recessit per odium. Dicitur preterea quod si intelligatur q̄ omnis qui vī viciorum sequitur necesse est vt primo ab aliquo quod est minus secundum naturam recedat q̃z ab eo quod est magis secundum naturam falsum est quia tunc nullus posset laborare aliquo vicio nisi prius laborasset omnibus viciis minoribus ꝛ ita nullus posset esse illiberalis nisi prius fuisset prodig⁹ ꝛ nullus fur nisi fuisset pusillanimis et nullus sodomita nisi fuisset adulter et nullus adulter nisi fuisset fornicator que omnia sunt absurda. Alie solutiones posite sunt in eodem notabili. Ad secundam dicitur q̄ duplex est generatio scilicz naturalis et libera de secunda negatur maior in hac enim non attenditur prioritas perfectionis secūdum posterioritatem temporis.

Contra secundam cō clusionem.

¶ Contra secundam p̄clōnem Arguit auctoritate Decii dicentis q̄ nemo a summo incipit. Secundo homicidium non oritur ex odio ergo nec aliquod viciuz oritur ex odio. Antecedens patet quia homicidium se habet ad odium sicut actus exterior ad interiorem. Tertio riuus est maior fonte sed nullum vicium est maius odio ꝙ nullum viciuz orit̄ ex odio.

Solutio

¶ Ad p̄mā p̄cedo q̄ regulariter nemo a summo incipit ꝛ nego cōsequentiā quia licz odiū sit maximū vicium ex quo etiā alia oriantur non propter hoc tū ab eo incipit eū possit esse ortum ex alio: scz ex ira/inuidia/vel superbia. Ad scd̄az concedo aīs homicidii enim est actus īperatus ab odio: sed non est viciū ex eo ortū quia supra dictū est q̄ vicium originans et viciū originatuz debent secundum actus interiores specie differre. Ad tertiam dico q̄ si per fontem intelligatur omne id ex quo oritur riuus, maior est falsa nam ex fecolis multi riui oriuntur fecana sine comparatione minores.

Rursum ꝫ scd̄am p̄clō nē arguit.

¶ Contra secundam conclusionē Arguitur primo sic. Caritas est principalissima virtutū et mater aliaruz ergo odium est maxime vicium capitale et principium omnium aliorum Consequentia tenet quia odium opponitur caritati. Secundo peccata oriuntur in nobis scd̄uz inclinationem passionum secundū illud ad romanos secundo. Passiones peccatorum operabantur in membris vestris vt fructificarent morti sed in passionibus nature ex amore ꝛ odio vniuersaliter omnes alie sequunt̄: ꝙ odiū poni debz inter vicia capitalia. Tertio viciū est malū morale sed odium principalius respicit malū q̃z alia passio igit̄

Solutio be ati thome.

¶ Ad primā respondz beatus Tho. q̄ in virtutibus illud est p̄mū et principale qd̄ est primū ꝛ principale scd̄z ordinē nature q̄ virt⁹ vniuscuiusq̄ cōsistit in hoc q̄ sit bn̄ disposita scd̄m naturā ꝛ ppt̄ hoc caritas est prima in ordine virtutū et eadē ratione vt dicit odiū nō potest esse primum in viciis. Ista solutio non michi placet. Tū p̄mo q̄ scd̄m Aris. in predicamentis qui vult redire a viciis ad virtutes paulatim recedere debet ꝛ secundū grad⁹ virtutū ascendere. Tū secundo quia scd̄m doctrinam omniū sanctoꝝ in virtutibus primo graduz incipientiū deinde proficientiū ꝛ tertio perfectorum attingimus. Tū tertio quia vel loquitur hic Tho. de caritate infusa vel acquisita si de acquisita illa non est perfectissima virtus si de infusa tunc constat q̄ multe virtutes sine ea frequenter acquiruntur. Ideo aliter respōdet. Et primo caritate acquisita. Secūdo de caritate infusa. Dico ergo de caritate acquisita. Primo q̄ ipsa nō est virtus specialis. Dicit̄ secūdo q̄ aliqua virt⁹ dicit̄ principalissima virtutū dupliciter. Unomō

Aliqua virtus dr̄ principalissima virtutū dupliciter.

principalitate perfectionis et sic ego nego in omni enim virtute que est ad proximū includit̄ huiusmodi caritas ad proximū ꝛ eē hoc aliquid aliud. Secundo modo principalitate communitatis et originationis ꝛ sic ego p̄cedo hec ē caritas q̄ communitatē quādā habz originationis secundo omnis virtutis acq̄site. Et si dicas q̄ secundū hanc habetur intentū sic enim arguit̄ Caritas acquisita est principalissima virtutum principalitate originationis ergo oppositum eius est vicium principale originationis. Ad hoc respondetur negando consequentiam quia oppositum eius scilicet odium tam rarum est in hominibus q̃z communis est in ipsis caritas sed bene dico q̄ excidere ab huiusmodi caritate seu nō habere huiusmodi caritatem est omni vicio cōiunctū quia autem odiū huiusmodi nō est tā frequens in hominib⁹ sicut caritas acquisita, iō ex eo nō generant̄ cetere vicia sicut ex caritate cetere virtutes nisi ad sensum statim dicendum. De caritate autez infusa

dico q̄ ipsa non est de facto mater omnium virtutum quo scilicet ad generationem earum et acquisitionem cum multe sine ea frequenter generentur licet sit mater omnium q̄ztum ad esse meriti qz nullus actus habet se q̄ sit meritorius nisi sit caritati coniunctus. ¶ Dico tamen q̄ aliquod vitium dicitur mater omnium vitiorum dupliciter. Unomodo quia omnes virtutes mediante ea generantur et hoc modo patet quid dicendū sit. Secūdo mō quia ipsa mediāte actu suo elicito nata est in act⁹ omnium virtutum inclinare et hoc modo ipsa est mater omniū virtutum. Ita etiam aliquod vitiū dicitur parens omnium vitiorū tripliciter. Uno modo quia de facto omnia vitia mediante eo generantur. Secundo mō quia mediante actu suo elicito inclinat in omnia vitia et hoc dupliciter. Unomodo quia hoc regulariter fit. Aliomō quia licet hoc non fiat regulariter tamē si actus suus exigeret actū alterius vicijs ita fortis est inclinatio ei⁹ q̄ inclinaret in ipsum potius q̄z desisteret ab actu suo. Tertio modo quia per ipsum remouetur dispositio ad omnium vitiorū oppositos act⁹ inducēs. Primo modo odium nō est parens omnium vitiorū nec primo modo secundi modi sed secundo mō secundi modi propter vehementē motum odij et etiā tertio modo quia per odium auferitur caritas et amor ad proximū non solum quidam caritas infusa sed acquisita per quā ad omnes virtutes et maxime que sunt ad proximū patet ingressus qui autem odium habet in proximū non habet illud inclinans quod inclinat ad opera virtutum circa illud proximū. Ad secūdum respondet beatus Tho. q̄ duplex est odiū scz mali quod cōtrariatur bono naturali et vt dicit tale est primū inter passiones anime sicut et amor naturalis boni. Aliud est odiū generalis boni et tale nō potest esse primū sed habet rationē vltimi quia tale odium attestatē corruptioni nostre iam facte sicut et amor extranei boni. Hec solutio indicio meo non sufficit quia vt patet ex maiore argumentum procedit de passionibus malā inclinationem habētibus odium autē mali oppositi bono naturali non habet malā inclinationem sicut enī bonum moris est amare bonū cōnaturale ita et odire malum oppositū et maxime malum culpe. Ideo aliter dico q̄ accipiendo amorem et odium proprie vt diffinit Aris. secundo retho. amorem scilicet p velle alicui ea que sunt sibi bona gratia sui et odium pro nolle et talia et velle que sunt sibi mala et gratia sui sic ego nego minorē. Si autem accipiantur amor et odium communiter p velle et nolle sic cōceditur minor sed nō sic loquimur de odio. Ad tertiam respondet Tho. q̄ duplex est malum scilicet verūm q̄ repugnat naturali bono. Aliud est malū apparens q̄d scz est verū et naturale bonū estimatū tū malū sed hec solutio nō sufficit qz odium vel est respectu mali veri: vel respectu mali apparentis. Si sit respectu mali veri ergo cum vitium moris de quo maior argumenti assumit sit malum verū sequitur q̄ argumentū concludit. Si respectu mali apparentis tunc sequitur per odium appetitur odito id quod secundum veritatem est bonum licet ab odiente estimetur malum quod falsum est probatur secundum Tho. ibidē odiū. Ideo dicitur q̄ argumentum istud non peccat in materia sed in forma tantum nisi tamē q̄ nullā habet apparentiam bone forme per simile enim argumentū probaretur q̄ caritas et amor esset potissimū vitiorū caritas ad proximum maxime respicit verum malum proximi q̄ intelligo non volendo sed nolendo sed vitium morale est verum malum ergo caritas ad proximū est origo omnium vitiorum. Ideo respondeo negando consequētiam nec reddenda est causa vbi nulla est forme bone apparentia. ¶ Contra quartam conclusionem. Arguitur sic inuidia est tristicia de alienis bonis sed odium non oritur ex tristicia imo potius tristiciam generat tristamur enim de presentia malorum que odimus ergo odium non oritur ex inuidia. Secundo odium dei non causatur ex inuidia dei ergo nec odiū proximi ex inuidia proximi. Antecedens patet quia nō inuidemus his que maxime a nobis distant et consequentia tenet qz odium dilectioni opponitur sed dilectio proximi refertur ad dilectionem dei ergo et odium proximi ad odium dei. Tercio odiū oritur ex ira ergo non ex inuidia consequētia tenet quia vnius effectus tm̄ est vna causa et antecedens probatur per Augu. in regula dicente q̄ ira crescit in odiū.

Cōtra quandā cōclusionē.

¶ Ad primam negatur minor ex tristicia enim bene oritur odium ex hoc enī q̄ bene esse hui⁹ me contristat opto sibi male esse imo ipsum omnino non esse volo nec est inconueniēs q̄ ex tristicia causetur odiū et ex odio tristicia sicut ex tristicia pusilanimitatis causatur appetitus vindicte et ex appetitu vindicte quā consequi nō possumus causatur tristicia similiter ex delectatione causatur tristicia penitentie et ex tristicia penitentie causatur delectatio dicit autem Tho. q̄ hoc ideo contingit quia vis appetitiua reflectitur supra se ex tristicia ergo causatur odium modo dicto et ex odio causatur tristicia quia cū volo efficaciter alicui male esse et sibi bene esse tristor. Ad secundam negatur consequentia. Et ad probationem concedo secundam partem assumpti ad hunc sensū q̄ dilectio recta et rationabilis per prius est dei q̄z proximi quia bonum quod est obiectum dilectionis a deo in creaturas deriuatur vt dicit Thomas quia tamen malū non diriuatur a deo in creaturas ideo odium dilectioni oppositum primo est ad proximum et postea a proximo in deum. qui tamen defenderet q̄ in sola dilectione creature potest consistere virtus moralis non concederet q̄ omnis dilectio ordinata prius esset dei q̄z creature quia licet bonitas diriuetur a deo in creaturas potest tamen amare voluntas bonitatem in creatura nō amando bonitatem in deo immo huiusmodi diriuationem ignorando. Ad tertiam negatur consequentia quia vt supradictum est idem vicium potest ex diuersis causis oriri vt supra satis ostensum est. et ad probationem dico q̄ aliquando aliud et aliud est odium ex ira et ex inuidia ortum. Aliquando vero idem vt eum eidem irascor et inuideo tunc potest odium generari et oriri ex vtroq̄ et tunc ira et inuidia habebunt rationem

Solutiōes.

Quomodo intelligitur q̄ caritas sit mater omnium virtutum

vnius cause totalis ex pluribus partialibus causis constitute quomodo autem ex ira generetur odium et quomõ ex inuidia dictum est satis. Dicit tamen Thom. q directius generatur odium ex inuidia q̃z ex ira ego autem supra non dixi directius sed regularius propter causam supra assignatam et ve dicis Thom. qui per iram appetit malum proximi secundum quãdam mensurã continuando iram appetit malum proximi absolute quod pertinet ad rationem odij Non placet tamen michi quod ait quod ex inuidia generatur odium formaliter secundum rationem obiecti ex ira autem dispositiue tantum quia secundum ipsum malum alterius absolute est obiectũ odij sed inuidus appetit malum alterius ꝑpter appetitum proprie glorie et ita si malum illud nõ esset ordinatum ad propriam gloriam non appeteretur ab inuido sicut nec ab irato appeteretur si non esset ordinatum ad vindictam.

De inuidia.

Circa peccatum inuidie.

Queritur pmo. Utrum inuidia sit per se ꝛ directe circa bonum Arguitur q non inuidia est tristicia ergo non est circa bonum. In oppositum est Arist. secundo rethorice. Notandum q opinio Thom. est q tristicia de bono alterius inq̃ztum imminet sibi per hoc periculum alicuius nocumenti non est inuidia sed tristicia de bono alterius inq̃ztum est diminutiuum ꝓprie glorie vel excellẽtie est inuidia. Ista opinio non videtur michi vera et eius improba-
Prima ɔclo tio ex sequentibus ɔclonibus apparebit. ¶ Prima conclusio inuidia est tristicia. Probatur per Arist. scdo retho. qui n̄iam nemesim zelum ꝛ inuidiam dt in hoc conuenire q quodlibet eorũ est tristicia. Scdo per illud eiusdẽ ibidẽ tristicia est conturbans inuidia ẽ ad bonam actionem. Tertio per Damas. scdo libro ponentem inuidiã speciem tristicie tũ per Gre. dicentem q inuidũ torquet aliena felicitas Tum per illud vulgatũ dictum liuid⁹ alter⁹ rebus macrescit opimis. ¶ Se-
Secũda ɔclo cunda conclusio non oĩs tristicia de bono alterius inuidia est. Probatur qꝛ aliqua est tristicia de bono alterius ex eo q ille est tali bono indignus quam Arist. vocat nemesim et aliq̃ tristicia ẽ de bono alterius ex eo quod illũ mallemus nobis inesse quã Aris. vocat zelum et aliq̃ est tristicia de bono alterius qꝛ timemus male nobis fore ex eo q illi bñ est quam Aris. vocat timorem & nõ oĩs tristicia de bono alterius est inuidia. Consequẽtia tenet quia secundum Arist. nec nemesis nec zel⁹
Tercia ɔclo nec timor inuidia est. ¶ Tertia conclusio inuidia est tristicia conturbans de bono alterius similis vel equalis gratia eius cui inuidemus quia scilicet nolumus ei bene esse. Patet hec cõclusio auctoritate Arist. vbi supra ita inuidiam diffinientis Tristicia enim aliquid conturbans ad bonam actionem inuidia est sed non indigni sed equalis et similis hoc autem non quia eueniet ipsi inquit alterum licet propter ipsum proximum omnib⁹ similiter oportet insistere Exsequitur probatio nõ enim ad hec esset hoc quidem inuidia hoc autem nemesis sed timor si propter hoc tristicia existit et turbatio quia ipsi aliquod erat malum ab illo bona actiõe Uoluit dicere Aristo. q si quis turbaretur de bono alterius ex eo q estimat bonum illud posse faciliter esse sibi causam mali et nocumenti tunc turbatio talis est timor et non inuidia
¶ Quarta conclusio Nulla tristicia de bono alterius inq̃ztum est diminutiuum glorie et excellentie nostre ẽ inuidia patet nulla tristicia de bono alterius inq̃ztum per hoc nobis imminet periculum alicuius nocumenti est inuidia sed oĩs tristicia de bono alterius inquantum est diminutiuũ glorie et excellentie nostre est tristicia de bono alterius inq̃ztum per hoc nobis imminet periculũ alicuius nocumenti ergo nulla talis tristicia ẽ inuidia. Maior nota est ex immediate dictis Minor autem patet quia omnis diminutio glorie ẽ nocumentum immo malis q̃z diminutio opum et diuiciarum ergo per omne illud per quod imminet nobis periculum diminutionis glorie imminet etiam nobis periculum alicuius nocumenti. Secundo nullus timor est inuidia sed omnis tristicia de bono alterius inq̃ztum est diminutiuũ glorie ꝛ excellentie nostre est timor ergo nulla talis tristicia est inuidia. Maior est Aristo. secũ do retho. et Thom. ar. eodem in quo hãc conclusionem terminat et minor probatur omnis tristicia vel turbatio ex apprehensione futuri mali aut corruptiui aut contristatiui de prope apparentis est timor vt patet per Aristo. secundo retho. diffinientem timorem cum ait Sit itaq timor tristicia vel turbatio ex fantasia futuri mali aut corruptiui aut cõtristatiui et paulo post et hoc si nõ longe sed ꝑpe videantur vt in proximo futura Et hoc declarat dicens que enim longe valde sunt non timentur sciunt enim omnes q morientur sed quia non prope nichil curant sed ita est q diminutio glorie est malum corruptiuum vel cõtristatiuum quod aliquando de prope videtur futurum ergo turbatio de bono alterius inq̃ztum ẽ huiusmodi glorie nostre diminutiuum est timor. Tertio quicquid facit tristiciam de bono alterius non esse ꝑpter ipsum ꝑ̃imum de cui⁹ bono tristamur sed propter eum qui tristatur facit tristiciam non esse inuidiam sed tristiciam esse de bono proximi inq̃ztum est diminutiuum glorie nostre facit tristiciam non esse propter ipsum de cuius bono tristamur et eam esse propter nos qui tristamur & hoc sufficienter facit q tristicia talis non sit inuidia. Maior patet per diffinitionem inuidie supra positam et minor probatur Tum q̃z facit tristiciam huiusmodi esse propter nos. Tum secundo quia tristiciam esse de bono alterius ne inde aliquod nocumentum nobis accidat facit eam non esse gratia proximi ergo etiam tristiciam esse de bono alterius ne inde diminuatur gloria nostra facit eam non esse gratia proximi Nec q valet dicere q licet diminutio glorie sit malũ non est tamen nocumentum quia omnis priuatio boni nocumentum est. Tũ secundo quia Aristoteles in illo passu vbi diffinit inuidiam non vtitur nomine nocumenti sed nomine mali Non erit inquit inuidia sed timor si propter hoc tri-

ticia existit et turbatio quia ipsi aliquod erit malum ab ipsa bona actione. Ex his patet ꝙ opinio Tho. contradicit Aris. ⁊ sibi ipsi. cum secunda pars inferat contradictorium prime. Quarto possibile est ꝙ aliquis tristetur de bono proximi propter ipsum proximum quia scilicet non vult sibi bene esse ⁊ non inquantum est diminutiuum glorie sue ⁊ possibile est etiaz ꝙ quis tristetur de bono proximi inquantum est diminutiuum glorie sue ⁊ non propter ipsum proximum sed in tali casu primum est inuidia ⁊ non secundum igitur.

Quinta ɔclo ¶ Quinta conclusio aliqua inuidia est gaudium ⁊ delectatio de malo alicuius. Probatur ponatur casus ꝙ inuidus hodie tristetur de bono fortis ⁊ cras bonuz illud ab eo auferatur tunc constat ꝙ inuidus ille gaudebit ⁊ non per iram nec per adiuz nec per nemesim nec per zelum nec per timorez quia patet ꝙ non habet aliaz passionem ab inuidia ⁊ ꝙ non gaudeat de oblatione illius boni neqz qz vindictam petit neqz quia odit neqz qz eum putat indignuz neqz quia male habere neqz quia timebat ne per illud bonum eueniret sibi aliud malum ergo per inuidiam gaudet. Et per consequens gaudium illud est inuidia cum non sit actus cuiuscumqz alterius passionis

Sexta ɔclo ¶ Sexta conclusio non quodlibet gaudium de malo est inuidia sed gaudium de malo quod est carentia boni quod nolebamus inesse proximo propter se ipsum. Probatur primo quia fere omnia que enumerata sunt in supradicta conclusione sunt gaudium de malo et tamen nulluz predicatorum est inuidia Secundo probatur expressa auctoritate Aris. secundo retho. ita dicentis Contraria autem contrarijs idem enim qui gaudet de malo ⁊ inuidus est de quo enim quis tristatur facto ⁊ existente necessarium hunc de priuatione huius ⁊ corruptione gaudere vbi vult dicere Aris. ꝙ omnis inuidus qui tristatur de bono inexistente ei cui inuidet gaudet de priuatione illius boni hoc est illo bono priuetur gaudet Non tamen intelligit ꝙ circa quodlibet maluz proximi est inuidia sed circa malum quod est carentia illius boni propter quod tristabatur cum inexistebat.

Septima conclusio. ¶ Septima conclusio. Omnis inuidia est circa bonum proximi. Probatur qz omnis inuidia siue sit tristicia siue sit gaudium est nolitio boni proximi Sed omnis nolitio boni proximi est circa bonum proximi ergo omnis inuidia est circa bonuz proximi Maior probatur omnis inuidia est tristicia vel gaudium si sit tristicia tunc est nolitio boni proximi inexistentis Si sit gaudium tunc est nolitio boni proximi corrupti vel ablati vel non inexistentis quod iam existimabatur de prope futurum. Secundo Omnis inuidia que est gaudium de malo proximi est circa bonuz proximi ergo omnis inuidia est circa bonum proximi consequentia tenet quia omnis alia inuidia ab ista est circa bonum proximi Et antecedens patet quia inuidia non est gaudium de malo vt dictum est nisi qz est gaudium de carentia boni sed omne gaudium de carentia boni alterius est nolitio illius boni ergo omnis inuidia que est circa malum proximi est circa bonum eiusdem.

Quoddam notabile. ¶ Pro quo aduerte ꝙ idem actus voluntatis cum vna apprehensione est tristicia vel causa tristicie et cum alia apprehensione est causa gaudij ⁊ delectationis verbi gratia. Nolitio boni proximi cum apprehensione inexistentie talis boni est tristicia cum apprehensione vero carentie eiusdem est gaudium. Tercio Omnis inuidia est tristicia de bono proximi vel gaudium de malo non qz sibi velit male esse absolute quia tunc esset odium sed quia non vult sibi bene esse sed omnis nolitio circa bene esse alicuius circa bonum illius inuidia est circa bonum proximi igitur.

Octaua cōclusio. ¶ Octaua cōclusio inter similes ⁊ prope equales inuidia est. patet auctoritate Aris. secundo rethorice dicentis tristicia quidem enim conturbans ⁊ inuidia est ad bonam actionem sed non indigni hac est non quia illo bono sit indignus sed equalis ⁊ similis ⁊ duobus capitulo interpositis ait. Si quidem est inuidia tristicia quedam super bona actione apparente dictorum bonorum ⁊ circa similes Cuiusmodi autem similes intelligantur declarat declaratione Similes autem dico secundum genus secundum cognationem secundum staturam secundum habitum secundum opinionem secundum ea que existunt. Et sequitur etiam quilibet in modico defuit ꝙ non omnia existunt vbi vult Aristoteles ꝙ omnes quibus insunt aliqua laudabilia eiusdem speciei aut equaliter aut fere equaliter ita ꝙ bonum vnius non multum excedit bonum alterius inclinantur ad inuidendum sibi ipsis.

Nona ɔclo ¶ Nona conclusio omnes cupientes credi ⁊ opinari excellere in aliquo bono inclinati sunt inuidere eis qui in modico excellunt eos aut deficiunt ab eis in tali bono Ista cōclusio probatur auctoritate Aris. ita dicentis de quibus autem inuidentur bona dicta sunt in quibus enim amant esse in opinione ⁊ amantes honorari in operibus ⁊ appetunt opinionem ⁊ quecunqz es fortuna sunt fere circa omnia inuidia est Ex quo infertur ꝙ magna tractantes communiter inuident ijs qui magna tractant patet cupiunt honorari in magnarum rerum gestione Sequitur secundo ꝙ omnes qui honorantur singulariter in aliquo ⁊ maxime in sapientia ⁊ felicitate inuident communiter ijs qui in eisdem honorantur Sequitur tertio ꝙ omnes amatores honoris ⁊ omnes opinari sapientes ⁊ vi'r amatores fame circa aliquid inuidi sunt circa hoc ⁊ etiam pusillanimes sunt circa illud primum probatur vt prius qz omnes tales cupiunt bonum nomen ⁊ laudabilem opinionem circa hoc ⁊ ideo eum dico ⁊ omnes opinari sapientes intelligo de ijs quibus huiusmodi opinio sapientie cure est ⁊ desidero. ꝙ autem omnes tales sunt pusillanimes circa illud bonum in quo honorari cupiunt probatur ratione Aris. qz talibus omnia magna videntur vbi intendit Aris. hanc rationem omnis ille est pusillanimis circa aliquid in quo omnia sibi magna videntur aut difficilia sed cupientibus honorari in sapientia aut felicitate omnia opera sapientie ⁊ felicitatis ex quibus honorem assequi ⁊ habere in opinione possunt sibi videntur magna ⁊ difficilia igitur Sequitur quarto ꝙ bene fortunati ⁊ infortunatis que ipsi appetunt nunt oportere se habere putant inuident communiter ijs qui eis in similibus infortunijs fere similes sunt ita ꝙ parum excellunt eos vel deficiunt ab eis patet ex dictis

Decia ɔclo ¶ Decima cōclusio ⁊ si inuidia ex appetitu glorie ⁊ proximi adhuc ex timore nascatur non tamen ipsa pro fine gloriam vel honorem habet. prima pars probatur ex nona conclusione ⁊ correlarijs inde illatis et duobus patet ꝙ illi soli sunt inuidi qui cupiunt opinionem excellentie in aliquo quod non

esset nisi inuidia ex hmōi appetitu honoris nasce-
retur et in hoc multum apparenter fundauit opi-
nionem suam beatus Tho. quia sentit q̄ inuidus
odit bonum proximi inq̄ztum est diminutiuum
glorie et excellentie sue michi autem videtur q̄ ibi
sunt quattuor p ordinem p̄mū est appetitus glie
et opinionis circa aliq̄d puta circa sapientiā aut
formam aut idustriaz aut aliquid aliud et iste ap-
petitus non est inuidia vt constat secūdum est nol-
le bonum consimile inesse alteri ne per hoc dimi-
nuatur glia eius et hoc nolle non est inuidia sed p-
tinet ad timorē s verisimile sit q̄ sit in futurum
Tertiū est tristicia de bono tali inexistente pro-
ximo inq̄ztum est diminutiuum boni nostri et hec
tristicia secundum Arist. est timor et non inuidia
quartum est tristicia de bono tali īexistente pro-
ximo qr nolumus sibi bene esse et hec tristicia est
inuidia sicut enī ex iniuria ira q̄ appeto huic
malum per modum vindicte oritur odiū quo si-
bi volo simplr male esse ita dico q̄ ex timore di-
minutionis glorie nostre et tristicia bonorum p-
ximi inq̄ztum diminutiua sunt glie nostre incre-
rata oritur inuidia qua simplr et absolute nolum⁹
proximo eni inuidemus bene esse Arist. ergo di-
xit eos inuidere qui cupiunt honorari in aliquo et
bonam ac laudabilem opinionem assequi non qr
inuidia pro fine suo appetitū honoris et glorie
habeat sed qr mediante ex appetitu glie et pro-
ximitas ex timore diminutionis eius oritur et na-
scitur ex hiis īfero contra Tho. q̄ ex pusillanimi-
tate non sequitur inuidia sed potius econtra ex inui-
dia sequitur pusillanimitas ad sensum dicendum
Tho. autem ī posuit Arist. dixisse q̄ pusillanimes
sunt inuidi et applicat ad hoc probandum rōnē
Arist. quia omnia eis magna videntur hec opi-
nio Tho. non bene concordat cum hiis qui eodē
loco dixit Et ideo arguit sic nullus inuidet ī his
in quibus se multum putat deficere sed pusillani-
mis oīa reputat magna et sibi difficilia vt dicit
Aris. et approbat Tho. ergo pusillanimis ex pu-
sillanimitate sua potius retrahitur ab inuidia q̄z
ad eam iducatur maior est Arist. et Tho in eodē
loco sez secunda secunde. q. xxxvi. ar. i. in respon-
sione ad tertium argumentum dicentis q̄ null⁹
conatur ad ea ī quibus est multū deficiens et io
cum aliq̄s in hoc eum multum excedat non inui-
det sed si modicum deficiat Confirmatur nullus
inuidet ei a quo putat se ī magno superatum es-
se vt patet ex nunc allegatis sed pusillanimes q̄c
quid boni alieni accidat se reputant ī magno su-
peratos esse ergo pusillanimes non ī[n]clinantur p
pusillanimitatem suam ad inuidiam maior et mi-
nor sunt Tho. in solutione allegata dico ergo q̄ ī-
uidia non oritur ex pusillanimitate sed econtra
pusillanimitas ex causis inuidie potius orit om-
nibus enī amatoribus honoris et fame ea vidē-
tur magna et difficilia per que paratur honor et
fama sed aliquid videri magnum est causa pusil-
lanimitatis ne videamus cognari aggredi. illud
ex eo q̄ nobis videtur magnū ideo huiusmodi
appetitus honoris et fame facit hominem pusil-
lanimē neq̄z habz Arist. q̄ inuidi sunt pusillani-
mes sed habet sic vt vlr amatores fame circa ali-

quid inuidiosi circa hoc et pusillanimes que pro-
positio habet duplicem sensum vnum ī propriū
amatores fame sunt inuidi et pusillanimes sunt
inuidi et ī illo sensu accepit litteram Arist. Tho.
aliam sensum habet proprium et non extorum
amatores fame sunt inuidi circa id circa quod fa-
mam amant et idem amatores fame circa aliq̄d
sunt pusillanimes circa illud ex quo textu nō ha-
betur nec q̄ inuidi sint pusillanimes nec ecōtra
sed q̄ ex vna et eadem causa oritur inuidia et pusil-
lanimitas et ad sensum dictum habetur Job. v. p-
uulum occidit inuidia paruuluz hoc est pusillani-
mem non quidem quia pusillanimitas causat inui-
diam sed qr quando hec coniunguntur ī eodem
sez appetitus fame pusillanimitas et inuidia tan-
ta inde vis tristicie oritur vt frequenter sequatur
mors nam cum famam appeto nolo bene eē hu-
ic per inuidiaz et nolo aggredi aliquod op⁹ egre-
gium per pusillanimitatem quod aggreditur il-
le cui ego inuideo et si hoc sepe fiat tanta tristicia
sequitur vt mortem nonnunq̄z inferat Et si dicas
bene sequitur amatores fame sūt inuidi et pusillani-
mes g̃ pusillanimes sūt inuidi Scdo illa tristicia
vl timor cōtra est inuidia cū sit tristicia de bono pxī
et cōtra est ex pusillanimitate g̃ pusillanimitas ē
causa tristicie. Ad p̄mū rñdeo ɔcedēdo ɔñ ī sen-
su dialectico hoc ē accipiendo ipsum vt est pro-
positio cathegorica sed nego ipsum vt est pro-
positio causalis scd̄m moduz loquendi Arist. in
.i. phis. in q̄ sensu nō tantum significatur hoc es-
se hoc sed q̄ reo q̄ importatur per subiectū sit cā rei ī-
portate per p̄dicatū cā quidē per se. Ad scd̄m di-
co q̄ amor fame et pusillanimitas dicuntur cāne inui-
die qr amor fame cāt inuidiā per se etiā vbi nō ē cō-
iunct⁹ pusillanimitati. pusillanimitas aūt non
sic p se cāt inuidiā nisi sit ɔiūcta amori fame et ho-
noris qr g̃ pusillanimitas aliqñ cōiūcta ē amori
et aliqñ nō cū multi sint pusillanimes qr nō mltū
curāt de fama et honore io aliqñ cāt inuidiā pusil-
lanimitas et aliqñ nō sed amor fame siue ɔiun-
cta sit pusillanimitas siue nō cā regularit cātrp
hoc modū pōt deffendi opinio Tho. et ɔcordari
cū ea quā sequuti videmur. ❡ Undecimā ɔcl'o ī ē-
os regularit habet inuidia q̄ nobiscū de honore Undecima conclusio.
contendūt pbatur a autoritate Aristo. scd̄o retho.
ita dicētis manifestū est autē ex q̄bus inuidēt et
paulo post et ad q̄s sunt in amore honoris vbi a-
lia translatio hz et quib⁹ de honore contēdūt ex
q̄ infert q̄ inuidem⁹ iis q̄ sunt nobis ppinq̄ tēpo-
re loco etate et glia siue opinione fame dixi tem-
pore quia nullus iis inuidet qui ante eum fue-
rūt neq̄z futuris neq̄z mortuis dixi loco quia nō
non inuidemus iis qui apud herculis columnas
habitāt dixi glia qr nullus inuidet iis q̄s se et mul-
ta maiores glia aut multo miores pbatur corela-
riuz qr nos ɔ oēs sic nobis ppinquos de honore
ɔtēdimus Tū scd̄o p illud pūerbiū cōe cognatū
inuidere scis vbi alia translatio propinquus inui-
dere solet Secundo sequitur q̄ inuidemus cōi-
ter aduersariis nostris et vniuersaliter iis que ea-
dem nobiscū cupiunt pbatur primo qr tales no-
biscū de honore ɔtendunt Tū scd̄o p illud cōe di-
ctū figulus figulo inuidet faberq̄z fabro Tertio

sequitur ꝙ illi qui conati ad aliquid honorificuz
non optinuerunt illud aut cū difficultate aut cuz
multo sumptu optinuerunt illud communiter in
uident ijs qui cito ⁊ faciliter ⁊ cuz paruo sumptu
illud optinuerunt patet quia ex ijs causis dimi-
nutio honoris facta esse estimatur ex qua tristicia
infertur et excitatur inuidia. Quarto sequitur ꝙ
ijs cōmuniter inuidem⁹ q̄ ea bona possident que
decuit et oportuit non possidere vel que aliquā pos
sidemus quia omnes tales videntur nobiscuz de
honore contendere ⁊ inde est ꝙ seniores inuident
iunioribus ⁊ hoc per experienciam cognoscimus
in doctrina et exercitio litterario senes carentes
eloquentia aut artib⁹ quibus eos incūbere decuit
inuident iunioribus eisdem rebus insudantibus
Quinto sequit ꝙ omnib⁹ ijs inuidemus cōmuni
ter qui aliquid possidēt ꝙ eos possidere nobis op
probrium est ⁊ per hoc correlariū redditur causa
et ratio precedentis, opprobrium est enim senib⁹
si iuuenes optinent ea que aut ipsi nūq̄z optinue
runt aut iaz non optinēt cum tamen deceat ⁊ de
cuerit eos talia optinere. ¶ Contra primam con

Cōtra pmā cōclusionē.

clusionem arguitur inuidie obiectum non est ma-
lum sed bonū sed tristicie obiectum est malum er
go tristicia non est inuidia maior patet per Gre.
quinto mo. dicentem inuido tabescentem mentē
sua pena facit q̄z felicitas torquet aliena et mi-
nor videtur certa. Secundo tristicia ex aliquo de
fectu causatur ⁊ inde est ꝙ illi qui sunt in magno
defectu sunt ad tristiciā proni sed inuidia nō cau
satur ex defectu ḡ inuidia nō est tristicia minor pz
q2 scđm Aris. ij. retho. illi qui sūt i modico defectu
⁊ q̄ sūt amatores honoris ⁊ q̄ reputātur sapiētes
sūt inuidi. ¶ Ad primā concedo maiorez de pri

Solutiōes.

mario obiecto et nego minorez ⁊ dico ꝙ tristicia
est de omni quod nolentib⁹ nobis accidit ⁊ quia
bonum aliquando accidit proximo nolentibus no
bis ideo tristicia est circa bonum, dico secundo ꝙ
malum accipitur dupliciter vnomodo pro turpē
vel nociuo aliomodo pro displicibili sicut bonū
pro eo quod placet dico ergo ꝙ tristicia est circa
illud quod est malum nobis: vel displicens sed
illud idem est bonum proximo. Ad secundum di-
